



FINNI JOHANNÆI

EPISCOPI DIOECESEOS SKALHOLTINÆ
IN ISLANDIA,

HISTORIA ECCLESIASTICA ISLANDIÆ,

EX

HISTORIIS, ANNALIBUS, LEGIBUS ECCLESIASTICIS, ALIISQVE RERUM SEPTENTRIONALIUM MONUMENTIS CONGESTA, ET CONSTITUTIONIBUS REGUM, BULLIS PONTIFICUM ROMANORUM, STATUTIS CONCILIORUM, NATIONALIUM ET SYNODORUM PROVINCIALIUM, NEC NON ARCHIEPISCOPORUM ET EPISCOPORUM EPISTOLIS, EDICTIS ET DECRETIS MAGISTRATUUM, MULTISQVE PRIVATORUM LITTERIS ET INSTRUMENTIS MAXIMAM PARTEM HACTENUS INEDITIS, ILLUSTRATA.

TOMUS I.

HAVNIÆ,
TYPIS ORPHANOTROPHII REGII
EXCUDIT GERHARDUS GIESE SALICATH;
MDCCLXXII.

AUGUSTISSIMO ET POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
CHRISTIANO
SEPTIMO,
DANIÆ, NORVEGIÆ, VANDALORUM,
GOTORUMQVE
REGI.
SLESVICI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ
ET DITHMARSIÆ
DUCI.
COMITI IN OLDENBURG ET
DELMENHORST.

DOMINO SUO LONGE
CLEMENTISSIMO.

REX AUGUSTISSIME!

Immortalis PATRIS TUI in historiam regnorum & provinciarum SIBI subjectarum, ut in omnes literas, favor, & inde nata, mihiqve per *Generalis Ecclesiarum Inspectionis*

ſpectionis Collegium ſignificata voluntas de *Hiſtoria Eccleſiaſtica* patriæ meæ *Islandiæ* conſcribenda, in cauſa fuere, qvod hanc hiſtoriam ſcribere aggreſſus ſum. TUA, REX AUGUSTISSIME! gratia editionem operis, poſtqvam conſcriptum erat, ſub auſpiciis laudati *Collegii* adornandam imperavit, liberalitas promovit.

TIBI ergo ſummo jure debetur qvod hic prodit opus, qvippe non mei tantum in PATREM TUUM obſeqvii, ſed TUÆ etiam in literas munificentiæ documentum,

cujus

cujus ut partem bene magnam antiqviorum Norvegiæ & Daniæ Regum in Ecclesiam Islandicam merita constituunt, ita longe maximam innumera *Stirpis Oldenburgicæ* in eandem beneficia sibi vindicabunt.

Velis igitur PRINCIPUM OPTIME hanc de Ecclesiæ Islandicæ conversionibus & fatis scriptionem, qva bonas literas & ecclesiam ipsam foves, conservas, protegis, clementia suscipere, TUUMqve ei & auctori præsidium indulgere.

Faxit

Faxit Deus O. M. ut TIBI rem publicam & ecclesiam, TE auspice indies magis ac magis feliciorem & florentiorem multos in annos videre contingat! Ita jugiter vovet

SACRÆ REGIÆ
MAJESTATIS

subjectissimus & obseqventissimus
servus
FINNUS JOHANNÆUS.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ ISLANDIÆ.

PERIODUS I.

DE INTRODUCTIONE RELIGIONIS CHRISTIANÆ IN ISLANDIAM.

CAP. I.

De Islandiæ ſitu, & an veterum Thule ſit.

§. 1.

Islandia eſt inſula valde montoſa pariter ac ſinuoſa, in mari Caledonio ſita ſub gradu latitud: 64. 55. Nam Schalholtum, ſedes epiſcopalis, in meridionali Islandia, jacet ſub gradu 64. & aliqvot min. Holis vero, qvæ eſt ſedes epiſcopalis in boreali Islandia, latitudo circiter 65 gradus 44 min. eſſe dicitur (a). Ab ortu ad occaſum circiter 110 milliaria Germanica, latitudo autem ad 73 extendi perhibetur. A Nidaroſia Norvegorum 120 milliaribus, A Grönlandia 60 diſtare dicitur.

§. 2.

(a) Teſte *ARNGRIMO JONÆ* in *Crymogæa*, L. I. c. 1. & *Commentario de Islandia* part. 1. pag. 7.

§. 2.

An Islandia, veterum Thule ſit, nec ne, hujus loci non eſt disqvirere; diſputarunt hac de re Viri doctiſſimi. Qvi negativam tuentur ſententiam, hoc præſertim nituntur argumento, qvod Thule antiqviſſimis ſcriptoribus nota fuerit; Islandia vero a Norvegis, ſeculo demum nono inventa ſit & habitari cœperit (a). Sed iidem noſtratium Annales & monumenta, qvæ de Norvegorum in Islandiam infuſione, ſeculo a Salvatoris nativitate nono facta, agunt; etiam inſulam noſtram non tantum veteribus notam, ſed & ab hominibus, chriſtiana imbutis religione freqventatam fuiſſe teſtantur.

§. 3.

Hac de re antiqviſſimus & fide dignus Author *ARIUS POLYHISTOR* ita ſcribit (b): *Tum temporis hic erant homines chriſtiani, qvos Nordmanni Papas vocant; qvi, qvod vivere hic cum ethnicis nollent, alio migrarunt.* Similiter etiam procemium antiqviſſimi libri *LANDNAMÆ* (c): *Sed anteqvam Islandia habitari* (a Norvegis) *cœpit, viri illic erant, qvos Norvegi Papas appellant. Chriſtiani hi fuerunt & ex Hibernia adveniſſe crediti*

(a) Nimis audacter (ut videtur) doctiſſimi qvidam viri Islandiam veteribus notam & Thulen appellatam fuiſſe negant; nec multo cautiores, qvi Pythiæ Maſſilienſis, Plinii, Solini, & aliorum Thules deſcriptionem in Islandiam ad amuſſim fere qvadrare putant. Media ergo ſententia, qvæ ex his emergit, tutiſſima & forte veriſſima eſt: antiqvos nimirum qvamcunqve longe diſſitam & parum notam regionem, de qva fando aliqvid inaudiverant, modo Norvegiam, modo Scotlandicas inſulas, forte & Islandiam aut Grönlandiam, Thulen vocaſſe, unde *VIRGILIO* ultima, & *STATIO* nigra Thule audit. Pro affirmativa ſententia ſtare videntur, *SAXO GRAMMATICUS*, *ADAMUS BREMENSIS*, *CASAUBONUS* & *JOHANNES IS. PONTANUS*, in *chorograph. Daniæ deſcript.* aliiqve magno numero. Eorum autem, qvi pro negativa pugnant, caput & choryphæus eſt noſtratium doctiſſimus *ARNGRIMUS JONÆ* in *Crymogæa, Commentario de Islandia*, maxime vero in *Specimine Islandiæ*, ubi ex inſtituto contra Pontanum ſcribit & diſputat. Mediam vero ſuam faciunt *BOCHARTUS Can.* cap. 40. & *HORNIUS Orig. Americ.* lib. 3. cap. 6. Ex noſtratibus autem ad eandem inclinant Doctiſſ. Schalholt. Epiſcopus *BRYNJULFUS SVENONIUS* in *epiſtola ad Arngrimum Jonæ* dat. Schalholti 1645. 7 Febr. & celeberr. Selardalenſium Paſtor, *PAULUS BIORNONIUS* in *Miſcell. N. Teſt.*

(b) *Sched.* cap. 2.

(c) Procem. *Landnamæ.*

crediti ſunt. *Nam libros Hibernicos, nolas, & lituos reliqverunt, unde colligi potuit, eos ex occidente adveniſſe. Hæc ad orientem in inſula Papey & Papili inveniebantur. In libris etiam Anglicis, navigia tum temporis inter has terras commeaſſe, leguntur.* Præterea idem Auctor teſtatur (a) *Papas heſce prædium Kirkebai in locis mediterraneis ſitum habitaſſe*, unde patet eos non ſemper piſcationi intentos circa oram maritimam hæſiſſe. His conſentiunt doctiſſimi Monachi, *GUNNLAUGUS* & *ODDUS* in *Hiſtoria Olai Tryggonis*, Venerabilis Bedæ, & aliorum Anglicæ Hiſtoriæ Scriptorum auctoritatem & teſtimonia allegantes (b).

§. 4.

Ex exoticis Scriptoribus ſolum tantum adducemus *GEORGIUM HORNIUM*, qvi (c), Islandiam ante Norvegos variis gentibus freqventatam fuiſſe, certa indicia eſſe dicit, *Krantzium* teſtem adducens, qvod poſt ſubactam ab Hengiſto Britanniam, Friſii in Islandia conſederint. Hoc Seculo qvinto factum eſſe oportet, cum certum ſit, Hengiſtum tunc temporis floruiſſe; at fides tamen hujus rei penes Authorem eſto.

(a) *Landn.* Part. 4. cap. 11. p. 143. Edit. Schalholt.

(b) *Hiſtoriæ Trygg.* Part. 2. cap. 4. p. 10. ubi *BEDAM* teſtem producunt. Si *BEDA* Islandiæ ſub Thules nomine mentionem facit, oportet eam Anglis notam fuiſſe, ad minimum ſesqviſeculo, anteqvam a Norvegis inventa fuit, qvod omnium conſenſu factum eſt Anno Chriſti 870; Sed floruit Beda ineunte ſeculo octavo. Et cui qvæſo erit veriſimile, *BEDÆ*, viro ſui ſeculi doctiſſimo, inſulas Angliam circumjacentes ita ignotas fuiſſe, ut de aliqva earum ſcripſerit, *tantum eam a Britannia diſtare, ut non minus, qvam ſex diebus illuc navigari poſſit, nullas illic ſolſtitio æſtivo noctes, & nullos contra per brumam dies.* Et tamen multo minus hæc deſcriptio Norvegiæ competit, qvam Beda certe ſcivit inſulam non eſſe.

(c) *HORNIUS Orig. Am.* lib. 3. cap. 6. p. m. 158. Pluribus exoticorum Scriptorum teſtimoniis adducendis libenter ſuperſedemus, gnari ea a contrariæ ſententiæ patronis non admitti; qvo referenda ſunt: Diploma *LUDOVICI PII* datum Anno 834. in qvo Grönlandiæ nomen, & Bulla *GREGORII QVARTI* Anno ſeqventi 835 ſcripta in qva tam Islandiæ qvam Grönlandiæ nomen legi dicitur. Nam noſtra ſententia eſt, Islandiam ante Norvegos, & Grönlandiam ante Islandos, aliis populis notam fuiſſe, ſed ſub aliis appellationibus; Hodierna autem nomina *Island* & *Grönland* a Norvegis & Islandis impoſita eſſe, ut noſtratium Annales teſtantur, a qvibus ne latum qvidem ungvem diſcedimus.

§. 5.

Huc etiam facit Arii, de Grönlandia, ab Erico Ruſo circa Annum Chriſti 982 inventa & occupata, verba facientis teſtimonium. *Invenerunt,* inqvit, *ibi, tam in orientali qvam occidentali regionis parte, hominum indicia, ſcalmorum fragmenta & lapides fabrefactos* (a). Nam ſi ultima ſeptentrionis pars, Grönlandia, ante Islandos aliis populis nota fuit & habitata; qvid obſtat, qvo minus idem de Islandia ante Norvegorum adventum ſtatui qveat?

§. 6.

Par veriſimilitudine argumentum ab inventione Americæ peti poteſt. De hac apud antiqvos ſcriptores, anteqvam ab Hiſpanis ſub initium ſeculi decimiſexti detecta fuit, ne verbum qvidem. Interim tamen certum eſt; Islandos & Grönlandos non tantum eam Americæ, qvæ maxime ſeptentrionalis eſt, partem, ſed regionem etiam auſtro propiorem, qvæ breviſſimum habet diem horarum 9, ſæpius adiiſſe, ibidemqve domos exſtruxiſſe, & aliqvando integrum triennium hæſiſſe (b). Qvid ergo obſtat, qvo minus idem de Islandia eadem veri ſpecie ſtatui poſſit? Scilicet eam ab aliis gentibus, anteqvam Norvegi eam adierunt, & occuparunt, cognitam.

(a) *Schedarum* cap. 6. p. 32. Edit. Havn.

(b) Ante Annum 1000 *Arius Mauri filius Reykholenſis tempeſtate abreptus ad Alborum hominum regionem, qvam qvidam vocant Hiberniam Magnam, qvæ non longe abeſt a Vinlandia illa bona, diciturqve ſex dierum navigatione, ab Hibernia verſus occidentem diſtare,* ut expreſſe teſtatur *Landnamá* part. 2. cap. 22. pag. 64. Sub idem tempus Biörnus Breidvicenſium Athleta Islandiam reliqvit, ſed poſt triginta circiter annos in regione qvadam Americæ, Gudleifo cuidam Islando, illuc tempeſtatibus acto, ut Prætor ſeu Princeps provinciæ, vitam atqve libertatem donavit, amicisqve in Islandiam munera transmiſit, ut ex *Eyrbyggiæ* cap. penultimo diſcimus. De Vinlandia antiqvorum, (qvæ non procul a Virginia diſſita fuiſſe videtur, ſi non fuit ipſiſſima Virginia, aut Terra Nova) cujus præter alios mentionem facit *Snorro Sturlæus*, qvam Biornus Heriolfi filius primum vidit, ſed Leifus Ericifilius deinde adiit, ibidemqve hyemavit; ſimiliter etiam paucis poſt annis, frater ejus Thorvaldus, qvi poſt triennalem ibi manſionem a Skrælingis occiſus eſt; & tandem Thorfinnus Karlſefni, qvi pariter ac Thorvaldus ibidem integrum triennium hæſit, legenda ſunt ſcripta Celeberr. & Doctiſſ. Virorum *Arngrimi Jonæ & Torfæi*, qvi tamen, an eandem materiam ita tractaverint, ut omne tulerint punctum, ſunt qvi ambigunt. vid. infra Period. 2. Sect. 1. c. 1. §. 26.

nitam & freqventatam, forte etiam Thulen vocatam fuiſſe, licet haud clare ſatis hac de re Authores antiqvi ſcripſerint, aut eorum qvi ſcripſerunt opera interciderint, & ad nos non pervenerint.

§. 7.

Ex his partim tam claris & indubiæ fidei, partim valde probabilibus argumentis liqvet, & Islandiam ante Norvegorum immigrationem aliis populis cognitam, & ab hominibus Chriſtianis freqventatam fuiſſe, licet mox advenientibus Norvegis, hominibus barbaris, crudelibus & idololatris, ceſſerint, & eorum furori ſeſe ſubduxerint.

CAP. II.

De primis Islandiæ occupatoribus, eorumqve religione.

§. I.

Islandia a Norvegis primum habitari cœpit temporibus Haraldi Pulchricomi Regis Norvegiæ. Naddoddus pirata qvidam Færöenſis, domum (vel, ut habet *Cod. flat.* Norvegiam) verſus tendens, ad orientale Islandiæ latus tempeſtate delatus eſt. Inde ſub autumnum ſolvens, montium cacumina nivibus obduci animadvertit, ideoqve e re nata nomen inſulæ fecit *Sniáland*, hoc eſt *nivoſa terra*. Alter Gardarus, natione Svecus, fama, qvam de Sniálandia Nadoddus attulerat, impulſus, eam qvæſitum ivit, inventamqve circumnavigavit, & de ſuo nomine *Gardarsholma* i. e. Gardari inſulam inſignivit. Tertius Floco, famoſus etiam pirata, a corvis qvos Norvegiam relinqvens aſſumſerat, corvorum Floco vocatus, Islandiam petiit, ibidemqve hyemavit; ſed cum verno tempore ſinum qvendam glacie obductum offenderet, tertium inde nomen inſulæ impoſuit *Island*, qvod etiam neglectis prioribus adhuc retinet. Ingolfus autem vocabatur vir, patria Norvegus, qvi primus inde in Islandiam trajeciſſe vere dicitur; idemqve anno ætatis Regis Haraldi decimo-ſexto factum eſſe perhibetur.

hibetur (a). Paucis deinde annis, cum omnibus ſuis in Islandiam migravit; a qvo tempore tantus qvotidie e Norvegia in Islandiam hominum fiebat transcurſus, ut ſexaginta annorum ſpatio, inſula habitantibus impleta fuerit (b); ipſeqve Rex Haraldus, timens, tanta incolarum emigratione regnum ſuum deſolatum iri, lege cavere neceſſum duxerit, ne qvis eo, niſi ſolutis ſibi qvinqve unciis, trajiceret.

§. 2.

Hi ut reliqvos Majorum mores & conſvetudines, ita etiam avitam religionem & deorum cultum ex Norvegia in Islandiam tranſtulerunt, de qvo hic prolixe agere inſtituti ratio vetat. Paucis tamen rem attingere non abs re noſtra eſſe videtur, ut inde eluceſcat, qvantis in tenebris erraverint, qvamqve abominandam ſectati fuerint Majores noſtri idololatriam, anteqvam lux divinæ cognitionis mentes eorum irradiavit; nosqve inde ad debitas devotasqve grates ſummo Numini ſolvendas, qvod non vult ullos perire, ſed omnes ad agnitionem veritatis, tandemqve ad æternam ſalutem venire, incitemur & inflammemur. Et cum eos tantum deos, illosqve tantummodo ethnicæ religionis articulos, indicare animus ſit, qvos ex indubiæ fidei documentis in hac regione cultos & creditos eſſe certo ſcimus; non eſt, ut qvis a nobis totius Theologiæ Gentilis perfectam deſcriptionem, ſed eorum tantum, qvæ heic loci invaluerunt, ſtrictam valde & ſuccinctam delineationem exſpectet. Pauciſſimis itaqve, qvos deos majores noſtri coluerint, qvales eorum antiſtites, templa, & præcipua dogmata fuerint, indicabimus.

§. 3.

Thorus, cujus adorationem Norvegi in Islandiam introduxerunt, filius fuit magni illius Odini Upſalenſis, Aſianorum, qvi annis circiter

70

(a) Islandiam a Norvegis habitari cœpiſſe Anno Chriſti 874 conſtanter teſtantur *Landnama*, *vita Ol. Trygg* ed Isl. part. 2. cap. 5. & *Arngrimus* paſſim in ſuis ſcriptis, qvos alii magno numero ſeqvuntur. *ARIUS* vero *ſched* cap. I. id refert ad Annum 870. ponens tantum numerum rotundum; qvæ qvadriennii differentia hiſtoriæ fidem non evertit; nam in reliqvis conſentiunt.

(b) De his cum *Landnama*, *Specim. Island. Arngrimi*, & noviſſime *TORFÆUS Hiſt. Norv.* Tom. 2. p. 93-103. prolixe agant, plures exſcribere operæ pretium non ducimus.

70 ante nativitatem Chrifti in terras feptentrionales immigraffe, creduntur, Principis, ex matre terra procreatus. Hic robuftiffimus habebatur omnium Deorum, hominum, gigantum & cyclopum præcipuus terror & pernicies; malleo ad ipfos debellandos inftructus, per qvem fulminis vis rectiffime intelligitur (a).

§. 4.

Idem Thorus, hominis vultum & perfonam indutus, fui in Norvegia cultus originem Olaum Tryggonis Norvegiæ Regem his verbis docuiffe perhibetur: *Terra hæc, Domine, qvam præternavigamus, a gigantibus qvondam habitata fuit, qvibus fubito qvodam cafu deletis, non nifi binæ mulieres ex eo genere fupererant. Deinde homines ab oriente venientes hanc regionem incolere cœperunt, qvibus ingentes illæ fœminæ magnas facesfebant moleftias, eosqve ad duras conditiones adigebant. Tunc homines ad id auxilii confugerunt, ut hanc rubicundam barbam invocarent, ego autem malleo depromto, illas confeci* (b).

§. 5.

(a) Thorum præter freqventes & tantum non perpetuas gigantomachias, ipfum Jovem feptentrionalem faciunt, tum fulmina eum præcedentia, qvorum in monomachia Hrugneriana mentionem facit *Edda*, tum nominum communio; unde dies Jovis majoribus noftris Thorsdagr, qvi Danis, Germanifqve hodiedum Thorsdag & Donnerstag audit; &, qvod olim Romæ fuit, Capitolium, Doctiff. *BRANDUS* Epifcopus diferte *Thorshof* (Thori delubrum) appellat. Nec aliud fibi volunt voces *Reid* & *Reidarslag* qvæ fulmen & fulminis ictum fignificant, nec non *Reidarþruma*, qvæ ejusdem ftrepitum & fragorem denotat. Vox enim *Reid* non modo eqvitandi actum, fed & fæpius ipfum currum veteribus fignificat. Hæc omnia Thoro, cujus currus duobus hircis trahi in *Edda* dicitur, eodem modo tribuuntur, ac de Jove canit *HORATIUS: Dum per purum, tonantes egit eqvos volucremqve currum.*

(b) Vide *vitam Olai Tryggonis.* part. 2. cap. 47. p. 186. & ex ea *TH. BARTHOL. Antiq. Dan.* lib. 2. c. 5. Ipfe autem Thorus in *Olai Sancti vita* cap. 97. ita defcribitur: *Idolum ad fimilitudinem Thori factum, malleum tenens, tantæ eft ftaturæ, ut ejus magnitudinem nemo mortalium fuperet. Intus eft cavum, ara fubtus pofita, cui fub dio pofitum infiftit; Non deeft ornatui aurum, aut argentum: qvatuor panes qvotidie apponuntur, & carnis qvantitas panibus congrua, qvæ omnia confumit.* Has vero fraudes detexit fatellitum unus, qvi juffu Regis, magna & nodofa, qva armatus erat, clava, vehementem adeo ictum ipfi impegit, ut confracto penitus idolo, ingens murium, lacertarum, infectorumqve caterva in confpectum veniret, doceretqve præfentes, Thorum fuam divinitatem, edendo comprobatam, ab aliis mutuaffe.

§. 5.

Hunc in Islandiam infusi Norvegi maxime coluerunt, cujus unicum tantum exemplum huc referam. Circa annum 880. nobilis qvidam Norvegus, Thorolfus cognomento Mostrarskegg, iram Haraldi Pulchricomi, qvam irritaverat, metuens, insigni adornato sacrificio Thorum consuluit qvid facto opus esset, qvi ei, ut in Islandiam transmitteret, respondit. Hoc indicio accepto, sarcinas collegit, imprimis vero Thori delubrum, cujus non tantum pleraqve ligna, sed & terram, qvæ sub idoli sede erat, secum avexit. Islandiæ appropinqvans, antes, seu postes anteriores, qvi in delubro Thori fuerant, qvibusqve ejus effigies insculpta fuit, in mare ejecit, voto simul nuncupato, habitaculum sibi futurum, ubi illi appellerent. Hos autem paulo post, qvam navi egressus est, in peninsula seu lingula, inde Thorsnes vocata, invenit. Mox villa ædificata, magnificumqve delubrum, in qvo antes collocavit, intra qvos sanctissimum asylum esse putabatur. In adyto autem (nam macerie domus distincta fuit) altare in medio pavimento constituit, cui annulus novem uncias pendens impositus, super qvem jurandum, qvi etiam Prætori, majoris momenti res capessenti, gestandus. In eodem etiam altari phiala *Hlautbolle* vocata, inqve ea instrumentum, qvod *Hlauttein* nuncupabant, pistilli aut aspergilli manubriati instar, constitutum, qvo, mactatorum Thoro animalium sangvis, qvi *Hlaut* dictus fuit, spargebatur; Deniqve circa altare (aliorum minoris notæ) Deorum simulacra & formæ dispositæ cernebantur. Huic delubro omnes provinciales tributum pendebant, omnesqve Prætorem, qvi Thori antistitem egit, ad publicos omnes conventus comitari, & satellitum loco stipare tenebantur.

§. 6.

Ipse autem Thorolfus, cui delubri cura incubuit, universum eum tractum, qvi Stafaa & Thorsaa interjacet, igne prius lustratum (a) de Thori

(a) Scio eqvidem esse viros doctissimos, inqve illis mihi nunqvam sine laude & admiratione nominandum, meum qvondam Præceptorem. Perillust. *JOH. GRAMMIUM* Augustiss. Dan. & Norv. Reg. a consiliis status, & Havn. Academ. Profess. celeberrimum, qvi nolunt, majores nostros, agros & pascua igne lustrasse. vide *GRAMMII* Diatriben de voce & nomine *Arild in Actis Societat. Havn.* Tom. 3. p. 329. *ARNGRIMUM*

Thori nomine Thorsnes vocavit, & Thoro conſecravit. Lingula eſt, in cujus medio monticulus, maxima ex parte præruptus. Hic ipſi adeo ſacer habe-

MUM JONÆ adducit Laudatiſſimus GRAMMIUS, qvi in *Specim. Island.* pag. 60-61 ſect. 30 in hunc modum ſcribit: *Obtinuerat conſvetudo in legem abiens, ut agrum ſuum vel habitationis terminos deſignaturi, aduſti graminis qvaſi ſulcum ducerent, vel in circuitu, vel ab uno & altero latere, ubi res ita poſtularet, qvi cujusqve poſſeſſionem vel agrum limitaret. Unde jam hic Onundus cum fluvius Jokulſaa eo loci eſſet impervius, eſſetqve maturato opus, pharetram ignitam* (tundurör eſt in manuſcripto) *trans fluivum jaculatus eſt, e regione ſui fundi* (cui appellatio fuit Merkigil) *agrum ſic incenſum vel aduſtum ſibi vendicans, qvem terminum Erico non licuit tranſcendere; Atqve hac ratione vallem Jokulsaardal utrinqve ſuam reddidit. Illam vero conſvetudinem per ejusmodi combuſti graminis ductum agros & loca limitandi Manuſ. ita tradit.* " Þeir " *förù ellde um landnám ſitt.*" Hactenus ARNGRIMUS. Si qvæ ſentio, effari licet (qvod tantorum nominum pace dictum velim,) dicerem antiqvos duplici more & reſpectu domos & habitationum terminos igne circumiiſſe: alter erat mere civilis & politicus, ideoqve ex legis præſcripto agendus; alter vero ſacer & cæremonialis; qvorum qvandoqve utrumqve, qvandoqve autem alterum tantum adhibuerunt. Hunc qvem ARNGRIMUS ex *Landnama* exſcripſit, & ſine dubio mere civilem fuiſſe putavit, nos ceremonialem & ſacrum fuiſſe ſtatuimus. Nam de eo *Landnama*. part. 3. cap. 8. pag. 99. expreſſe dicit, Onundum, *ſacrificio adornato*, certiorem factum de Erici propoſito, ideoqve cum amnis eo tempore eſſet impervius, dicto ſtratagemate eundem præveniſſe; qvod ſine dubio nihili æſtimaſſet Ericus, ſi actus fuiſſet mere civilis, & religio non obſtitiſſet. Exemplum habemus Herſteinum Blundketilli filium, qvi ſimile ſtratagema Oddi Tungenſis cum nulla obſtaret religio, ſusqve deqve habuit, de qvo vide *Hænſna-Thoreri Sagam* his verbis: " Þeir komu fyrer dag til böiarins (Ornúlfsdals) " voro þá fallin öll hús í heyma bænum; Nú rídr Oddr at húſe einu er ei " var allt brunnit, oc kippir ofan byrkerapti úr húſenu, rídur ſídan andſælis um " húſin med logande brandinn oc mællte: Her nem ec mer land fyrer því at her " kalla ec eigi bygdan bólſtad, oc heyri þat vattar þeir er hiá eru" ɔ: *Ante lucem ad villam* (Oernólfsdal) *pervenerunt, cum omnia ædificia qvæ villam proprie ſic dictam conſtituebant, corruerant. Oddus ædiculam qvandam non penitus combuſtam adeqvitans, ſudem betulinam inde eripit, & villam, contra curſum ſolis, ardentem illum titionem manu tenens, circumeqvitat, dicens: Hic territorium mihi vindico, hic enim villam inhabitatam eſſe nego; vos, qvi adeſtis, anteſtor.* Sed paulo poſt de Herſteino Blundketilli filio patrimonium hocce ſuum recuperante & ſocero ſuo emancipante: " Er þeir mágar komù veſtr, ſkiptu þeir um búſtadi, fór Gunnar í Ornólfsdal, " enn Herſteinn tóc vid búi á Gunnarsſtödum —— Gunnar Hlífarſſon ſitr nú " Ornólfsdal, oc hefer húſat vel." ɔ: *Poſtqvam affines iſti occidentem verſus pervenerant, habitacula permutabant, ita ut Gunnarus Ornolfsdalum, Herſteinus Gunnarſtadas inhabitaret. —— Gunnarus Hlifari filius Ornolfsdali habitat*, & villam *ædibus pulchre inſtruxerat.* Sacri hujus actus meminit qvoqve *Landnama* part. 5. cap. 2. pag.

habebatur, ut in eum vel oculos illoto conjicere piaculum esset, nec animal inde abigere, multo minus ibi necare liceret; Heic enim loci, sedem esse beatarum post vitam animarum credidit, unde ei *Helgafell*, *montis* scilicet *sacri* nomen indidit. In extremitate lingulæ locus erat causis forensibus tractandis consecratus; tanta munitus sanctitate, ut ibi nec sangvinem fundere, nec alvum laxare liceret. Hoc tamen paulo post Thorulfi mortem, qvorundam minus religiosorum temeritate factum legitur, unde alium non longe distantem locum comitiis habendis eligi placuit ubi hodieqve conspiciuntur sedilia judicum, & lapis ad qvem dorsum illis, qvi sacrificiis destinati erant, frangebant (a).

§. 7.

Freyius, cujus cultus primum in Svecia ortum habuit, unde in Norvegiam & tandem in Islandiam transiit, Rex fuit Sveciæ tertius a famosissimo illo Odino, circa aut paulo post initium æræ Christianæ. Hic primus

---

pag. 151. *Asbiornus Thoro terminos habitationis suæ consecravit, nomenqve Thorsmork* ɔ: Thori campum *indidit.* Similiter etiam Thorolfum nostrum fecisse autumamus, aliosqve, qvos brevitatis studiosi hac vice omittimus. Mere civilis seu politicæ lustrationis igne factæ legem & morem describit *Landnama* part. 5. cap. 1. pag. 148. Cum, qvi primi in Islandiam transierant, qvantum libuit terræ spatium occupavissent, sibiqve vindicassent, illis qvi postea appulerunt, nimis arcta sibi terræ portio relicta esse videbatur. Ideo Rex Haraldus Pulchri-comus utrisqve hanc legem præscripsit, *ut nemini latius regionis spatium occupare sibiqve vindicare liceret, qvam qvod uno die cum sociis navalibus igne circumire posset. Idqve hoc modo, ut sole in oriente constituto* (seu circa horam 6. matutinam) *igne accenso fumus excitaretur, qvi ad noctem usqve perduraret. Hinc cum ad horam vespertinam sextam progressi essent, alter ignis & fumus, qvi a priori loco conspici posset, excitandus erat.* Et hæc erat ratio, seu lex civilis, habitationis terminos circumeundi, viris præscripta. Mulieribus autem hanc terram occupantibus alia lex data legitur apud eundem Authorem part. 4. cap. 10. pag. 141-142. *Lex erat mulieribus terram occupantibus posita, ne latius spatium sibi vindicarent, qvam bimula vacca, cum dies esset longissimus, a solis ortu ad occasum circumduci posset.* Civilis, sibi per ignem vindicandi, actus mentionem facit *Vigaglums Saga* cap. 26. pag. impr. 234. nam fundus Munkathveräensis Freyo actu religioso dudum consecratus fuisse videtur, ut ex sanctitate loci probabiliter concludi potest. vid. cap. 19. p. 218, & qvamvis actus ille civilis non legali modo processerit, cum tamen vi pacti antea initi factus fuerit, Glumus ei cedere cogebatur.

(a) Vide *Eyrbyggiam* de Thorolfo ejusqve nepotibus prolixe agentem: *ARNGRIMUM* in *Crymog.* & *Specim. Island.* ut & *Landnamam.* p. 2. cap. 12. p. 45.

primus Upſalis delubrum condidiſſe ingentemqve theſaurum congesſiſſe perhibetur, unde Svecis gratus adeo & deſideratus fuit, ut mortuum perinde ac priores Reges, Odinum ſcilicet & Niordum, non comburerent, ſed ingenti exſtructo tumulo inferrent; cumqve mortem ejus ægerrime ferrent, homines qvosdam ei ſolatio futuros, tumulo una includi volebant. Qvamvis autem, dum in vivis erat, omnibus fuiſſet amabilis, nemo tamen cum mortuo eſſe cupivit; ideoqve id conſilii ceperunt, ut binas imagines humanas, ex ligno affabre factas, qvibuscum colludendo tempus falleret, tumulo cum eo includerent. In ipſo autem tumulo fores & tres feneſtras fieri curaverunt, per qvarum unam aurum, ſecundam argentum, per tertiam vero ænei nummi in tumulum dejecti (a).

§. 8.

Longo autem elapſo temporis tractu, qvidam Svecorum, ſcientes magnam pecuniæ vim tumulo ineſſe, cujus fores feneſtræqve jamdiu occluſæ fuerant, eundem effringere aggreſſi ſunt. Aperto itaqve tumulo, funis auxilio viri aliqvot ad fundum ejus deſcenderunt, ubi ingentem qvidem auri argentiqve copiam conſpexere, ſed cum hanc ſurripere tentarent, tanto terrore perculſi ſunt, ut nihil præter duas illas ligneas imagines auferre auſi ſint, qvibus ſecum ſumtis, extracti a ſuis, tumulum clauſerunt. Ligneas haſce imagines Sveci reverenter exceperunt, earumqve alteram ipſi pro Deo coluerunt (b). Altera autem in

Norve-

(a) Vide *SNORRONIS STURLÆI Hiſt.* ſeu *Chron. Norv.* aliosqve recentiores eum magno numero ſeqventes.

(b) Celeberr. *BARTHOLINUS Antiqv. Dan.* Lib. II. cap. 5. unicuiqve regno ſeptentrionis, ſuum, durante ethniciſmo, Deum tutelarem aſſignat, Sveciæ ſcilicet Freyium, Norvegiæ & Islandiæ Thorum, Daniæ vero Odinum; qvod minime ita intelligendum, ac ſi qvævis harum Regionum, nullum, præter nominatum illiqve aſſignatum Deum coluerit. De multis contra Islandorum certiſſimum eſt, qvod Freyio ſummum habuerint honorem. Ejus fanum Thveraaæ in Toparchia Eyiafiordenſi memorat *Vigaglúms* ſaga cap. 9. ed. Isl. p. 199. cui etiam univerſum territorium ſacrum fuit, tantaqve, non ſolum fani, ſed & totius fundi ad extremos usqve terminos ſanctitas, ut nemini ſcelerato intra eosdem morari licuerit. vide cap. 19. p. 218. unde etiam colligitur (qvod hic in tranſcurſu monemus) fundum Thveraaënſem Freyio non minus ſacrum fuiſſe, qvam Thorsnes & Thorsmörk Thoro fuerunt conſecrata. In fano etiam, qvod Hofi Vatnsdalenſium fuit, Freyus præcipue colebatur, tantaqve ejus

erat

Norvegiam translata fuit, ibiqve diu & religiose colebatur. Inde Freyi cultus una cum incolis ipsis in Islandiam transiit, ubi haud multo pauciores qvam Thorus cultores & delubra nactus est (a).

§. 9.

Famosissimum illud septentrionis Numen *Odinum* ab Islandis divino honore cultum fuisse, negare non audemus, cum ejus rei haud spernenda occurrant indicia (b). Idem de *Freyia* (c), *Niördo* (d), & *Thorgerda Holgabruda* (e) censemus. Majus vero dubium erit de aliis deabus, qvæ *Disæ*

erat religio, ut nulli gladium gestanti illud intrare liceret. Nominantur præterea Thordus & Rafnkillus uterqve Freyi Antistes seu Curio dictus; hic in Mulensi, ille vero in Skantafellensi Toparchia habitans. Et qvid attinet singula numerare? Id tantum non omittendum, qvod sæpe in uno delubro ingens Deorum caterva culta fuerit. Exemplo sit Thorshof supra a nobis memoratum, ut & delubrum Bessonis in *Droplangæ filiorum vita* cap. 26, in qvo ad unum latus sedebat Thorus, Freyus, Niördus, aliiqve Dii masculini, sed ex transverso Frygg, Freya, & ingens Dearum Disarumqve turba. vid. infra §. 12. not. (c). pag. 16.

(a) Qvod ex *Vigaglumi vita*, *Vatnsdæla*, *Niala*, aliisqve historiis constat.

(b) Licet nusqvam de speciali *Odini* cultu in Islandia (qvantum memini) qvicqvam legerim, generatim tamen ejus mentio facta est ab Olao Tryggvino, in ejusdem *Vita* part. 2. cap. 22. p. 95. cum Kiartano Olai filio Islando hoc modo responderet: *Ex verbis vultuqve tuo intelligo, te magis propriis virtutibus & fortitudini confidere, qvam Thoro aut Odino*. Ita & in voto Islandorum ibid. cap. 21. pag. 86. *Nautæ omnes unanimi consensu concluserunt, Deos votis pro optato vento, qvi ipsos a Norvegia ad ethnicam regionem veheret, sollicitandos esse. Votum autem hoc modo conceptum erat, ut pecuniam & trium saldarum (mensuræ genus est) cerevisiam Freyio offerrent, si in Sveciam navigare possent; Thoro autem vel Odino, si in Islandiam ventus eos reveheret.* Nec minus diserte se suosqve *Odinum* coluisse testatur Hallfredus ejusd. *Hist.* cap. 20.

(c) De *Freyiæ*, (qvæ omnibus Asis supervixit, ideoqve post Freyium Svecorum Antistes, si non Domina constituta est, & ab iis post mortem in Deorum numerum relata) cultu in Islandia, idem nobis ac de Odino judicium est. Meminit ejus Hialto Skeggonis, in rhythmo, qvi vocatur *Godgaa*, dicens: *Canicula mihi videtur Freyia, alterutrum semper erit Odinus abominatio aut Freyia:* de qvo plura infra cap. 8. §. 1.

(d) *Niördo* templa exstructa & sacrificia oblata fuisse nescimus, sed per ejus numen juratum fuisse certum est; ut ex *Landnama* part. 4. cap. 7. pag. 138. constat.

(e) Celebris idoli fæminini sexus, qvod Thorgerda Horga-seu Holgabruda vocatur, multa in *Hakonis Norvegiæ Comitis vita* mentio est, cui cum piratis Jomsburgensibus dimicans filium immolavit. Hanc in Islandia adoratam fuisse extra dubium ponit, *Hördi & Holmen-*

Díſæ (a) vocatæ ſunt. *Bardus* autem *Snæfellsaas* (b), qvi in hunc cenſum veniat, omnino indignus eſſe videtur. Sed *Svinfellsaas* (c), *Díſæqve*, qvæ Thidrandum Halli filium occiderunt, Dii tantum tutelares certæ cuidam genti proprii, fuiſſe videntur, aliiqve ejusdem farinæ (d).

& Holmenſium Vita, edit. Isl. cap. 18. p. 95; ibi enim Grimkelo vota nuncupaturo, objeciſſe traditur necem fratris ſui Sotonis, ab Hördo ejus filio peractam, qvapropter a Grimkelo, furore percito, una cum delubro combuſta fuit, qvi & ipſe eodem die repentina morte exſtinctus fertur.

(a) Vox *Díſa* qvid ſignificet non una eſt omnibus ſententia. Sunt qvi peculiare qvoddam muliebris ſexus numen eſſe contendunt. Sunt & qvi Díſarum nomine qvascunqve Deas venire autumant. Sunt deniqve qvi *Díſam* nomen eſſe appellativum ſentiunt, idemqve ſignificare, qvod vocula latina *Virago*, unde compoſita volunt nomina propria mulierum, *Þórdis*, *Freydis*, *Arndis*, aliaqve ejusdem generis, qvaſi, boni ominis ergo, virginem recens natam, vocarent *virginem Thori*, *Freyi* &c. id eſt *futuram viraginem Freyio aut Thoro dignam*. Sed qvicqvid ſit de nominis *Díſæ* ſignificatu, id tamen certum eſſe putamus, qvod ſive proprie, ſive tranſlate, de viraginibus in Deorum numerum relatis uſurpatum fuerit; *Díſablót* vero, qvod exoticis Hiſtoriis ſæpius memoratur, ſacrificium fuiſſe & epulum in Dearum honorem inſtitutum. Qvalia, an unqvam in Islandia inſtituta fuerint, dicere non habemus.

(b) *Hiſtoriam de Bardo Snæfellsaas* univerſam fere merum figmentum eſſe non tantum inſignes parachroniſmi, ſed etiam multa futilia & incredibilia, qvæ in ea referuntur, ſatis evincunt. Noſtra ſententia eſt, exſtitiſſe forte in Islandia robuſtum qvendam virum nomine Bardum, qvi filiam habuerit Helgam; & cum inſignis incantator fuerit, a ſui ſimilibus magni æſtimatum & poſt mortem invocatum fuiſſe.

(c) De *Svinfellsaas* legitur in *Niala*, cum qvo Skarphedinus Floſonem Theodori, nefandam converſationem nona qvaqve nocte habere, magis vere, qvam honeſte effutiit. Hunc inter minoris notæ numina, qvæ *Landvætter* vocabantur, omnino referimus. Fuerunt autem Landvætter cujusvis loci vel regionis Dii tutelares, qvorum, ut alibi paſſim, ita in *Landnama* part. 4. c. 7. p. 138. mentio injicitur, occaſione legum, qvibus Islandi ſub ethniciſmo uſi ſunt. Harum enim initium fuiſſe traditur, *qvod nemini conceſſum eſſet ea navi mare trajicere, qvæ caput* (pro inſigni) *haberet; & ſi qvæ habuerit, deponendum & auferendum erat caput, ante qvam in conſpectum regionis ventum eſſet. Non enim licere aperto ore aut hiante roſtro terram adnavigare, ne Landvætter terrore percellerentur.* De his Landvættis plura lectu digna promittit Doctiſſ. Egerhardi Olavii differt. de Superſtitione circa ignem ſubterraneum Havn. 1751. edi cœpta. Materiam autem iſtam elegantiſſime nuper tractavit Celeb. *ERICI* in *Obſervatt. ad Antiqvitt. Septentr.* Obſerv. 2. Ad hanc etiam claſſem referendus eſt Codrani *Armadur* ſeu Deus lapidem habitans, de qvo infra, aliiqve ejusdem farinæ.

(d) De Díſis qvæ Thidrandum occiderunt, legenda eſt *Olai Trygg, vita* part. 2. cap. 57. p. 213. 214. & ex ea *BARTHOLINUS Ant. Dan.* Libr. 3. c. 1. p. 614-616. *Thidrandus*

lignorum

§. 10.

Qvam lubentes iis consentimus, qvi solem ab Evropæis cultum fuisse asserunt, tam dubii sumus & diffidentes, an Islandi unqvam solem coluerint, seu divinos illi honores habuerint. Loca & testimonia, qvæ ex historiis ad probandam hujus rei veritatem adferri solent, nobis non satisfaciunt (a). Eddæ enim & exoticarum Historiarum exemplis aut assertionibus non convincimur.

§. 11.

lignorum struem accedens, audivit borealem areæ partem ungulis eqvinis concuti, viditqve adesse fœminas novem, nigris vestibus indutas, strictosqve gladios manibus gestantes. Audivit & australem areæ partem ungulis eqvinis similiter personare, novemqve alias fœminas adesse, candidas vestes indutas, albis eqvis insidentes. Cumqve in dormitorium regredi vellet, aliis qvid vidisset indicaturus, fœminæ nigrum indutæ amictum citius aderant, eumqve armis statim impetebant; Ille vero impetum earum viriliter sustinuit. Aliqvanto post Thorhallus evigilans, rogavit, utrum Thidrandus vigilaret nec ne? Cumqve nullum acciperet responsum, dixit se nimis tardasse. Exibant deinde viri aliqvot, qvi Thidrandum faucium jacentem invenerunt, eumqve in domum retulerunt. Ille de suo casu rogatus, omnia qvæ vidisset, enarravit, eodemqve mane circa ortum diei mortuus, tumulo, ethnico more, illatus est. Deinde explorari fecerunt amici, an qvidam forte hostes illo tempore hac via essent profecti, sed frustra, cum nulli qvod sciri posset, Thidrando essent inimici. Hallus autem Thorhalli sententiam, de admirando hocce portento, inqvirit; Respondit Thorhallus: Hoc exacte non scio. Conjicere tamen licet has non veras fœminas sed genios tantum fuisse tuæ prosapiæ seqvaces. Religionis mutationem brevi subsecuturam præsagio, illamqve hac meliorem fore, qvæ brevi introducetur. Hanc mutationem Disas hasce vestras, præsenti Religioni faventes, prænovisse auguror, perqve eam, prosapiam vestram ab iis separatum iri; Ideoqve ægre tulisse, omni vestra familia penitus privari, ac idcirco hunc juvenem in suam partem sumsisse; Meliores autem Disas ei auxilium laturas fuisse existimo, sed hac vice impeditas. Cæterum eos prosapiæ vestræ emolumento fore crediderim, qvos illæ venturos præmonstrant, & qveis hæc tum adhærebit. Hactenus illa.

(a) Hæc enim de solis creatore, non vero de ipso sole, divino honore affecto, agunt, qvod ut clarius elucescat; ipsa adscribam *Landnamæ* part. 1. cap. 9. pag. 10. de Thorkillo Mane verba: *Hic*, inqvit, *ethnicorum in Islandia, qvantum nobis innotuit, optime moratus, melius vixerat qvam christiani, qvi optime vivunt. Moribundus se in apricum constitui jussit, seqve ei Deo, commendavit, qvi solem creasset.* Ita & Auctor *Vatnsdælæ* de Thorsteino Ingemundi f. & Thoro ejus fratre; *Ego ex vobis fratribus* (inqvit Thorus) *minimi sum pretii, cum furor berserkicus me sæpius corripiat; vellemqve frater tua mihi prudentia & sollicitudo in hoc depellendo succurreret.* Cui Thorstanus paucis interjectis respondit: *Votum nuncupo ei, qvi solem creavit, hunc*

enim

§. 11.

Qvantum dubito, an ignis unqvam ab Islandis pro Deo habitus & cultus fuerit, adeo ut nunqvam eos aut illi aut ulli ejus vice symbolo divinos tribuisse honores putem; tam certum mihi, saltem verisimile est, eos ignem, qvippe ad sacrificia perficienda, & vitam commode traducendam maxime necessarium, magni fecisse. Unde in antiqvissimis legibus (a) & historiis (b) *sacri ignis* mentio occurrit.

§. 12.

---

enim omnium potissimum suspicio, illius honoris ergo, me infantem nuper expositum honeste educaturum, si malum hoc a te avertat. In utroqve hocce loco, omnibusqve aliis illis similibus, a viris cordatissimis divinus honor habetur, & vota nuncupantur, non soli, sed solis creatori, qvem omnium potentissimum adeoqve omnium rerum creatorem esse statuebant, licet ipsis ignotus esset. Imo, cum a sole solis creatorem manifeste distingvant, non video, qvi pro vero Deo solem habere potuerint viri sobrie judicantes, præsertim cum similia Finni verba considero. *Olafs Saga.* Lib. 2. cap. 43. pag. 175. Hoc autem modo isti egregie Divi Pauli fidem liberarunt. *Rom.* 1. v. 20.

(a) Antiqvæ leges, teste *GUDMUNDO ANDREÆ* in *Lexico Island. Latin.* & perillustr. *GRAMMIO* in Disqvisit. *de Voce Arild.* Kiøbenhavnske Selskabs Skrifter 3. Deel, ut & aliis, triplicem nominant ignem legitimum, *arinselld, bybyla-elld,* & *vita-elld*, per qvos qvidam ignem *sacrum, domesticum,* & eum *qvi in signum aliqvod accensus*, intelligunt, nam sacrum ignem qvi perpetuo in ara fovebatur exstitisse, locus ex *Bua-Saga* (infra not. b.) adducendus clare docebit, qvidam autem per *arinselld* intelligunt ignem domesticum, qvi ad parandum cibum qvotidie accendebatur, freti loco *Sturlungæ* libr. 4. cap. 50. „ Þeir tóco þar glædor af arne. „ *Torres de foco sumserunt*, ubi ut sine dubio agitur de foco domestico & communi, ita notandum, qvod *Sturlunga* scripta sit seculo 13., cum vox *arin* aliam forte acceperat notionem, qvam sub gentilismo habuerat. Hinc á vero minimum abesse videntur, qvi asserunt vocem *arin* sive *arn* primitus & sub gentilismo specialissime notasse *focum sacrum* seu incantamentis destinatum, ita enim in *Vatnsdæla* cap. 26. de incantamentis Liotæ sciscitantem Thorsteinum Ingemundi dixisse perhibetur: „ Var glædr elldr „ á arne? „ ɔ: *an splenduit ignis in foco?* sed post introductam religionem Christianam & abolitis gentilium cæremoniis, eliminatam etiam fuisse hanc specialem vocis notionem, forte etiam, in contemtum prioris religionis, ad focos communes & profanos tantum relegatam fuisse, vero haud est dissonum, ut in pluribus ejusdem farinæ factum esse videmus, ex. gr. *at blóta* qvondam sub gentilismo significabat Deos, nunc verbis (vid. *Histor Christianism.* cap. 2.), nunc factis, nunc utroqve modo decenter & devote venerari, sed post introductam religionem Christianam, hæc vox in contemtum prioris religionis tantum accipitur de maledictis, diris, & imprecationibus. *Galldr* antiqvitus qvemvis cantum, nunc autem sola incantamenta denotat, qvoniam eadem qvondam svaviter canendo exercebantur. *At gánga til Róm* sub Papatu dicebatur

§. 12.

Thoro & Freyio, ut propriis & præcipuis regionis diis, templa (c) paſſim ingentis capacitatis & magni ſumtus exſtructa & dedicata fuerunt,

---

batur de illis, qvi limina Apoſtolorum ad conſcientiam peccatis exonerandum adibant, ſed poſt Reformationem cavillatores hac phraſi de exoneratione ventris abuti cœperunt. Simile qvid de pluribus dici poſſet, qvod tam longum eſt enumerare, qvam à ſcopo noſtro alienum. *Hybyla elldr* qvibusdam eſt, qvi veſpere, aut ingruente frigore, ad curam corporum accendebatur, & alias *málelldr* ſive *lángelldr* appellatus fuit, vide *Eyrbyggia* cap. 48.

(b) *Búa Saga* cap. 2. ed. Isl. p. 4. *Ante* Thori imaginem in delubro Kialneſenſi *collocata erat ara ferro cooperta, in qva aſſervabatur ignis nunqvam exſtingvendus, qvem vocabant ignem ſacrum.*

(c) Fani Thorulfiani qvalem §. 3. dedimus deſcriptionem *Eyrbyggia* exhibet, ſed Kialneſenſis fani deſcriptio ex *Búaſagæ* cap. 2. Edit. Isl. p. 4. in latinam lingvam translata talis eſt: *Thorgrimus fanum in campo prædium circumdante exſtruxit, qvod longitudine centum & viginti, latitudine ſexaginta pedes patuit, & lege cavit, ut omnes illuc tributum ſolverent. Ibi Thorus maximo cultu honorabatur. Fanum intus concavum pilei inſtar, & totum tapetibus ac feneſtris conſpicuum erat. Ibi Thorus in medio, & reliqva idola utrinqve ordine ſedebant. Coram Thoro ara erat conſtituta affabre facta & ſuperne ferrea lamina obducta, in qva ignis perpetuus,* luſtralis *appellatus, ardebat. In eadem qvoqve ara armilla erat argentea magni ponderis, Prætori in comitiis omnibus manu geſtanda. Hanc omnes delictorum incuſatos, ſi juramento locus eſſet, tangere oportebat. In eadem præterea ara collocabatur vas æneum rotundum & capax, qvod ſangvinem animalium & hominum Thoro immolatorum exciperet, qvem ſangvinem* Hlaut, *vas autem* Hlautbolle *appellabant. Hoc ſangvine homines luſtrandi erant, pecunia vero fano perſolvenda conviviis deſtinabatur, qvæ qvoties ſacrificia peragebantur, inſtitui oportebat, homines autem in hoſtiam offerendi, in paludem, qvæ præ foribus erat, præcipites erant dandi, qvam paludem* blótkelldą *appellabant.* Aſt *Vita filiorum Droplaugæ* delubrum Beſſi Sapientis hoc modo deſcribit, cap. 26. " Þeir ſiá at þar var virke eitt mikit oc hátt, ſo at Helge gat eigi betr en ſeilſt jamnhátt því. Þeir gengu umhverfis virkit oc var þat kringlótt. Þeir fundu hlid á virkinu oc var þar læſt grind fyrer oc búit vegliga um." ɔ: *Munimentum qvoddam ſpatioſum & altum, ita ut Helgo vix ſummum manu pertingere poſſet, conſpiciunt. Munimentum circumambulantes, rotundum, porta obſerata & ſplendide ornata inſtructum eſſe vident.* Et paulo poſt: " Þeir Helge gánga þá ad hlidenu, brióta upp oc gánga inní hofit, oc ſiá þar er lióſt, ſva hvörge bar ſkugga á, þar var allt tialldad oc ſetit var þar á báda bekki, oc glóadi allt í gulle oc ſylfri. I öndvegi á hinn ædra bekk ſátu þeir i ſamſæte Freyr oc Þór —— þá ſnyr Helge um þvert gólf, þar ſátu þær Frygg oc Freya." ɔ: *Helgo cum ſociis portam aggre-*

fuerunt, qvorum numerus facile iniri non poteft. Cum autem Islandia omnis in qvatuor partes, qvarum binæ, meridionalis fcilicet & occidentalis, in tres toparchias (a), borealis in qvatuor, fed orientalis in duas tantum, divifa fuerit, adeo ut duodecim toparchias univerfa continuerit Islandia; unum ad minimum delubrum cuilibet toparchiæ affignandum videtur. Præter hæc etiam facella domeftica apud viros qvosdam opulentos, fupra vulgus religiofos, hic illic fuiffe confentaneum eft, in qvibus fuam qvotidie pietatem teftatam facerent, precesqve funderent (b).

§. 13.

Horum antiftites vocati fuerunt *Godar*, feu deorum miniftri, qvorum erat, non tantum idola & delubra curare, eorumqve jura farta tecta confervare, fed & facrificiis præeffe, ac, ut omnia circa eadem rite decenterqve fierent, profpicere. Cumqve hi fimul civilem jurisdictionem exercerent, communiter *Prætores* appellantur. Hi telonium, qvod vocant, delubro debitum a qvovis colono pendendum colligebant; eosqve ad publicos conventus tendentes, aut judicia exercentes, omnis fubjectorum civium univerfitas ftipare tenebatur. Cautum autem erat, ut Prætores, publica negotia exfeqventes, annulum facrum manu geftarent, ad

aggreditur, effringit, fanum intrat, & omnia tam illuminata videt, ut nufqvam umbra appareat. Omnia tapetibus erant ornata, & idola utrinqve ordine collocata, ubiqve auri & argenti fplendor emicuit. In honoratiffima fede uterqve Freyus & Thorus junctim fedebant —— Helgo ad adverfam templi partem tendens, Fryggam & Freyam fimul fedentes offendit, &c.

(a) *Schedæ* ed. Island. p. 6. *Landnama* part. 4. cap. 7. p. 138, aliaqve monumenta de hac Islandiæ divifione clare teftantur; priores, cum impreffæ extent, ipfe adire poteft curiofus lector.

(b) Pietatem & devotionem, qvam ethnici fæpe oftenderunt, obviam in hiftoriis paffim habemus. Thorfteinus Kialnefenfis, primo mane in delubro adorandi caufa coram Thoro proftratus occifus eft. *Bua Saga* cap. 4. p. 7. 8. Ita & Thorfteinus Gullknappus ante folis ortum a facello fuo reverfus: *Hordi & Holmenfium vita* cap. 37. pag. 122. Qvin tanta multorum fuit pietas, ut reliqvos, qvi deos eorum adorare nollent, aut remiffioris devotionis viderentur, fummo profeqverentur odio, tandemqve exilio aut morte mulctarent.

ad qvem etiam, saltem prima vice, seu officium inituri, se omnia bona fide ex legum præscripto acturos esse, jurare debuerunt (a).

§. 14.

Diversi ab his fuerunt *incantatores*, qvi magicis artibus sibi amicisqve lucrum, inimicis vero damnum afferebant, qvorum non una eademqve operandi forma, licet omnes ad eundem finem collinearent. Qvidam eorum igne & qvisqviliis instrumentorum loco usi, propriissime vocati sunt *seidmenn*, id est coctores (b); Qvidam *galldramenn* seu incantatores, qvod carminibus adhibitis negotium perficerent (c). Qvidam vero *fiölkyngis-menn*

(a) Vide *Landnamam* part. 4. cap. 7. p. 138. *Eyrbyggiam*, aliosqve Authores.

(b) *Vatnsdælæ* de his locus prolixior est, & honestis auribus durior, qvam ut hic inseri mereatur; ejus itaqve summam & præcipua capita sabimus. *Ingemundi Grandævi* (suo seculo spectatissimi, qvem Hrollaugus, homo neqvissimus, insontem occiderat) *filii, pro more seculi paternæ ultionis tam cupidi erant, qvam Hrollaugus ejusqve mater Liota, pythonissa famosissima, ad eandem avertendam vigilantissimi; qvod cum sine arte magica fieri posse desperarent, ad eandem iit sacram ancoram confugerunt. Hæc suspicans Thorsteinus Ingemundi filius, vir sagacissimus sciscitatum, qvid ageretur, opilionem, oves deperditas, qvo minus suspectus esset, sese quærere causaturum, ad Hrollaugi ædes misit. Ille vero reversus focum multis recentibus pruinis, domumqve fumo plenam, & supra focum ingentem vestium acervum, inqve illo extremitatem vestimenti rubicundi conspexisse se renunciabat; sed licet ad fores, a qvo easdem primo pulsaverat, usqvedum aperirentur, tantum temporis steterit, qvantum duodecim rhythmis recitandis sufficit, ne verbum qvidem audivisse: Qvo audito, Thorsteinus, incantationem seu* seid *hoc tempore factam esse, aut fieri potuisse, conjiciebat; nam rubrum illud vestimentum, Hrollaugi* seidklæde *seu vestem huic actui consecratam, fuisse auguratus est; qvod & recte præsagiisse eventus docuit.* Qvi plura hac de re cupit, ipsam adeat *Vatnsdælam*. Modum autem talem *seid* seu coctionem aut ustulationem faciendi docet *Bua Saga* cap. 4 & 5. ed. Isl. p. 9. 10. de Ella pythonissa itidem peritissima agens, licet haud ipsum incantandi actum, sed ejus potius, ut ajunt, adjuncta describat.

(c) De Thorleiko Hrutum ulcisci volentem hæc *Laxdæla: Thorleikus deinde Thorkelum & Grimum* (famosissimos incantatores *seidmenn*,) *adiit, rogans, ut Hrutum insigni aliqvo damno aut ignominia afficiant; qvi ad talia paratos se dicentes, noctu villam Hruti adeunt, adornataqve ingenti coctione (seid) eum cum filiis incantare cœperunt. Qvi autem in domibus erant, tam dulcem concentum audire sibi visi sunt, qvalem nunqvam audivissent. Solus Hrutus, qvid ageretur, intelligens, vetuit ne qvis ea nocte exiret, omnesqve somno, qvantum possent, abstinere jussit, qvod si observarent, periculum evasuros dixit. Omnes tamen somno superati sunt, tandemqve, sed sero, ipse Hrutus.*

Solus

menn & *fiölkunniger* item *kunger menn*, ad verbum, *multiscii*, sed revera artibus necromanticis dediti easqve exercentes. Hos nunc certis instrumentis, nunc vero sine illis artem exercuisse ex exemplis patet (a). Omnes autem illi reliqvis hominibus, seu sanioribus omnibus, etiam ethnicis, horrori, odio & exsecrationi fuerunt (b).

§. 15.

Horum agmen claudunt *Volæ* seu *Prophetissæ*, diversæ a Disis, licet forte qvandoqve, aut in significatu vocis translato, aut ab imperitis, ita vocentur: Fœminæ erant fatidicæ, Parcarum instar, fata hominibus, si non statuentes, certe prænunciantes, ideoqve his insipientiæ temporibus non tantum in Islandia (c), sed & alibi magni æstimatæ (d).

C 2 §. 16.

Solus Karus Hruti filius, duodecimum agens annum, adolescens optimæ spei, nam in eo omnia præmatura videbantur, ideoqve patri carissimus, somno se dare nullo modo potuit; sed tædio & impatientia victus, lecto surgit & exit, imprudensqve in incantationis locum incidit (geck á seidinn,) *repentinaqve morte exstinctus est;* nam in ejus perniciem coctio & incantatio adornata erant. Plura ejusdem farinæ loc. cit. legi possunt, qvo talium curiosos amandamus. Eadem præterea *Laxdæla* refert, hujusmodi incantatores altum incantandi sedile sev tabulatum (*seid-hiall vocant*) erigere solitos, qvo ascenso carmina sua cecinerunt.

(a) Vide *Liosvetninga Sagam* de Thorhillda, Vadla Eckiu seu vidua Vadlensi dicta. *Hordi & Holmensium gesta* cap. 24. 25. 29. p. 104-106 & 111. *Gislonis Sursonii vitam* cap. 18. p. 150. *Eyrbyggiam* de Katla Holtensi, & alias passim Historias, qvas hic tædet enumerare.

(b) Qvot locis de *Seid* & incantationibus agitur, toties etiam bonorum omnium in has artes odium non celatur. Sed præter alia adeunda *Laxdæla*, *Eyrbyggia*, *Vatnsdæla*, aliiqve magno numero Historici.

(c) Hic, ut alias sæpe, multa adferri possent exempla & testimonia sed brevitati studentes, ne præscriptos nobis terminos egrediamur, unum tantum & alterum, qvod rem totam conficit, adscribamus. In Islandia *Volas* fuisse testatur *Laxdæla: Ibi* (in templo Helgfellensi) *inventa sunt ossa cærulea & fœtida. Addita fuerunt instrumenta magica & baculus incantatorius, unde Volam qvandam ibi sepultam esse creditum est.*

(d) In Grönlandiam ex Islandia, una cum religione ipsa, qvas Islandi tum temporis habuerunt, transierunt Volæ: Notum enim est, Grönlandos fuisse Islandorum coloniam, triginta circiter annis isthuc traductam, anteqvam ea gererentur, qvæ ex *vita Thorfinni Karlsefnii* cap. 3. transscribo, *BARTH. Ant. Dan* L. 3. c. 4. p. 691. interpretationem

§. 16.

Deos ſuos majores noſtri ſummo honore proſeqvebantur, eosdemqve abſentes invocabant; præſentes vero proſtrati & ſupplices adorabant

---

tionem ſecutus: *Mulier qvædam nomine Thorbiorga in eodem territorio degebat; hæc fatidica fuit, dictaqve parva Vola. Novem ſorores habuerat, ſed illa ſola jam ſuperfuit. Thorbiorga per hyemes convivia freqventare ſolebat, ab iis, qvi de fatis ſuis rebusqve futuris ſolliciti erant, invitata. Cumqve Thorkillus inter primates haberetur, ei cura incumbere videbatur inqvirendi, qvando inſtans annonæ caritas ceſſatura eſſet. Fatidicam itaqve ad ſe invitavit, lauto præhabito apparatu, uti mos erat talem hoſpitem excipere. Sedes fatidicæ in loco excelſo poſita erat, ſubſtrato pulvinari plumis gallinarum referto; Illa vero viro in occurſum ei miſſo, comitata, veſpere adveniens tali modo inſtructa fuit; Tunicam cæruleam, lapillis a ſummo ad imum ornatam, induta erat, ſphærulas vitreas collo geſtabat, capitis geſtamen e pelle agnina nigra erat, ſubducta interius alba pelle felina. Baculo nitebatur globulum in ſummo habente, baculus orichalco ornatus erat, globulusqve capitibus. Zona Hunlandica ſe cinxerat, ex qva crumenam magnam ſuſpenderat, in qva magica ſua inſtrumenta ſervabat. Pedes circumdederat calceis e pelle vitulina hirſuta factis: addita fuerunt ligamenta longa & craſſa globulis æneis alligata. Chirothecas e pelle felina, albas interius & hirſutas, manibus geſtabat. Intrantem omnes, uti par eſſe videbatur, humaniter ſalutaverunt, ea vero, prout ſalutantes ei placebant, ſalutationes excepit. Thorkillus dextram fatidicæ amplexus, eam ad paratam ſibi ſedem duxit, rogans, ut homines & habitacula oculis luſtraret. Illa verborum haud parca erat. Menſa tandem inſtructa, fatidicæ dapes ſeqventes appoſitæ ſunt. Pulmentum e lacte caprino; ferculumqve e cordibus variorum animalium, qvorum copia erat, confectum. Cochleari ex orichalco utebatur, cultrumqve, cujus manubrium e dente balænæ elaboratum erat, duobusqve annulis æneis ornatum cuſpide mutilum uſurpabat. Menſis remotis, Thorkillus Thorbiorgam acceſſit, interrogans, qvid ei videretur de habitaculo & hominibus ibi congregatis, & qvam cito ea cognoſcendi copia eſſet, qvæ interrogaviſſet, & qvæ ceteris volupe eſſet ſcire. Illa negat, ſe prius hæc dicturam, qvam craſtina die, ubi noctem illic peregiſſet. Craſtina die apparatus ille, qvo ad magiam ſuam perficiendam opus habuit inſtruebatur. Tunc rogavit, ut fœmina ſibi acqvireretur, qvæ carmen huic magiæ deſtinatum* Vardlokur *dictum calleret, nulla autem inveniri potuit. Cumqve per vicum qværeretur aliqva hoc carmen callens, Gudrida reſpondit: Non ſaga ſum nec fatidica, attamen nutrix mea Halldiſa in Islandia carmen me docuit, qvod* Vardlokur *vocavit. Thorkillus dixit. Ergo plura qvam credidimus, calles. Gudrida ait: Hoc carmen & hi ritus talia ſunt, ut promovere abhorream, qvoniam chriſtiana ſum. Thorbiarga, inqvit: Attamen in hoc nobis ſuccurrere potes ſine religionis tuæ detrimento. Thorkillus autem omnia ad hanc ceremoniam neceſſaria ſubminiſtrare tenetur. Torkillus Gudridam enixe rogavit, ut petita faceret; Illa vero dixit ſe voluntati ejus ſatisfacturam. Tum fœminæ*

bant (a); Liberis eorum nomina imposuerunt (b); Qvidam liberos illis solenni ritu dederunt & consecrarunt (c); qvidam vero agros & universos habitationis terminos (d). Aliqvid impetraturi, aut impetrata remuneraturi, boves aut eqvos iisdem aut consecrarunt, aut immolarunt (e). In

C 3 rebus

---

fœminæ Thorbiorgam, in editiori tabulato magico sedentem circumcinxerunt; Gudrida vero carmen tam alta & canora voce cecinit, ut præsentes se svaviorem cantum nunqvam audivisse faterentur. Fatidica cantu delectata ei gratias retulit, dixitqve, multa de morbis & annona, percepi. Nunc enim mihi multæ res apertæ sunt, qvæ me & alios antea latuere. Famem hanc non diu duraturam esse scio, sed ineunte vere annonæ ubertatem redituram. Morbos etiam, qvi aliqvamdiu hunc tractum afflixerunt, brevi fugituros. Tibi vero Gudrida operam qvam nobis præstitisti remunerabor; nam fata tua, mihi probe nota, majora sunt, qvam qvis credidisset. Viro hic in Grönlandia magni nominis nubes, qvamvis hoc conjugio non diu fruaris, nam fata tua te in Islandiam reducent, ubi mater eris stirpis numerosæ & honestæ, super qvam tuam progeniem radius lucidus lucebit. Jam te mea filia salvere & valere jubeo. Deinde omnes, unus post alterum, fatidicam accesserunt, rogantes, qvæ scire avebant, qvæ omnia manifeste prædixit. Paulo post ad aliud habitaculum invitata abiit. Deinde Thorbiornus vocatus rediit, nam domi manere noluit, dum tanta superstitio perageretur. Aëris constitutio, appropinqvante vere ad meliorem statum rediit, ut Thorbiorga prædixerat.

(a) Vide *Hordi & Holmensium gesta* cap. 37, ubi Thorstenus Gullknappus pronus & prostratus idolum lapideum vel lapidem potius adoravit; & *Kialnesinga-sagam* cap. 4. ubi Thorsteinus Thorgrimi Thorum prostratus adoravit (conf. supra not. ad §. 12. p. 17).

(b) Confer viri Doctissimi nobisqve amicissimi *JOH. ERICI* in Acad. Sorana juris civilis Profess. Dissert. *De nominibus propriis antiqvorum* Havn. 1753. in qva hoc argumentum egregie enucleavit. De Thorrolfo (qvasi Thori Hrolfo) qvem supra nominavi, ita loqvitur *Eyrbyggia: Hrolfus in insula* (Mostur) *delubrum custodivit, magnusqve Thori amicus fuit, unde Thorolfi nomen illi datum.* Et paulo post: *Thorolfus ex uxore filium suscepit, cui nomen Steinus. Hunc amico suo Thoro dedit, unde Thorsteini nomen sortitus est.*

(c) Confer locum ex *Eyrbyggia* nuper allatum, qvæ deinde de Thorsteino refert: *Æstate, qva Thorsteinus vigesimum qvintum ætatis annum implevit, Thora filium enixa est, qvi lustrali aqva tinctus Grimi nomen accepit. Hunc Thorsteinus Thoro consecravit, eumqve sacrorum antistitem fore dixit, Thorgrimumqve vocavit.*

(d) Vide *Eyrbyggiam* de Thorolfo universos habitationis terminos igne lustrante & Thoro assignante, ut & *Landnamam* part. 5. cap. 2. p. 151. supra ad §. 6. adducta.

(e) De *Rafnkillo Freysgoda;* ejus *vita* hoc modo: *Rafnkillus in sua possessione, qvod reliqvis præferret, animal habuit, eqvum nempe, coloris ex pallido & fusco mixti, qvem Freyfaxum vocaverat, & amico suo Freyo dimidium dederat. Hunc eqvum tanto amore proseqvebatur, ut se occisurum voveret, qvi illi se inscio ineqvitaret. Viga Glum. vita* cap. 9. p. 199. *Anteqvam Thorkillus de Thveraa discederet, fanum Freyi accessit, grandem-*

rebus majoris momenti humanas hoftias iis mactarunt, qvibus aut fpinam fregerunt, aut eos in paludibus fuffocarunt, aut etiam præcipites dederunt (a). Per eorum numen jurarunt (b); nec qvidqvam facile fufceperunt operis, qvin eos confulerent. Illi autem nunc grata & jucunda, nunc adverfa refponfa vel fignis vel viva voce reddiderunt (c).

§. 17.

Infantes nuper natos aqva afperferunt (d), iisqve nomina indiderunt,

---

grandemqve & annofum taurum fecum ducens, dixit: Freyie! cui diu multumqve confifus fum, qviqve multa a me dona accepifti, femperqve bene remunerafti, hunc taurum tibi do, eum in finem, ut Glumus non æqviori animo ex hoc prædio difcedat, qvam ego nunc difcedo. Monftra figno aliqvo, utrum accepta tibi fit oblatio nec ne. His dictis Taurus cum ingenti mugitu e veftigio mortuus cecidit. Ille autem magnopere lætabatur, animoqve æqviori difceffit, cum Deum petitis annuiffe hoc indicio crederet.

(a) Vide *Landnamam* part. 2. cap. 12. pag. 46. de delubro Thornefenfi, cui faxum erat propinqvum, ad qvod hominibus facrificio deftinatis fpina frangebatur. Et *Kialnefinga Sagam* cap. 2. p. 4. vid. fupra §. 12. Deniqve *Chriftindoms Sagam*, qvæ cap. 11. pag. 19. præcipites datos monftrat.

(b) *Landnama* part. 4. cap. 7. pag. 138. hanc eorum follennem jurandi formulam refert: *Juro ad annulum juramentum legi conforme, ita mihi propitius fit Freyius, Niordus & omnipotens ille As.*

(c) Refponfa fignis data paffim occurrunt; fed viva voce reddita fuiffe, & ea plerumqve adverfa, teftantur Hiftoriæ; ex qvibus tantum adducam *Hordi & Holm. gefta*, cap. 18. pag. 95. ubi Grimkelus, Thorgerdæ Horgabrudæ nuptias filiæ commendaturus, ab eadem viva voce refponfum accepiffe dicitur; & cap. 37. pag. 122. ubi Indridus fibi audiiffe vifus traditur idolum lapideum, Thorfteinum Gullknapp hifce fuiffe allocutum: *Tu nunc ultima vice huc venifti, nam ante folis ortum Indridus te occidet.*

(d) Vide *SPERLING de Baptifmo Ethnicorum.*

Plurimi Eruditorum ftatuunt, fundamentum & caufas baptifmi gentilium in ipfa eorum religione qværendas effe. Celeberr. autem *PONTOPPID. Ann. Eccl.* Tom. 1. pag. 5. ftatuit eam effe reliqvias Chriftianæ religionis olim in Dania receptæ, qvam fententiam Patrum, aliorumqve Scriptorum Hift. Eccl. teftimoniis, fi non perfecte probat, faltem verofimilem facit, qvem feqvitur *Chriftoph. Dietericus Friedenreich* in Difput. De *Baptifmo veterum* Havniæ 1754.

Noftra autem fententia eft, ejus caufas & originem non unice in gentilium Theologiæ natura & fundamentis qværendam effe, fed fi non eft reliqviæ religionis chrifti-

christianæ in septentrione olim prædicatæ, saltim ad imitationem christianorum institutum & introductum fuisse, qvod ut credamus, his potissimum inducimur rationibus.

1) Qvia, qvantum scimus, nec in antiqvissimis Historiis, nec in ullo antiqvo gentilium religionis systemate, aut ante, aut post Christi nativitatem occurrit, adeo, ut de eo sit altissimum silentium, usqve ad seculum septimum, aut octavum post Domini nativitatem, qvod, qvomodo fieri potuerit, si antiqvitus in usu fuerit, non intelligimus.

2) Plurima religionis dogmata & mysteria, qvæ in fabulis *Eddæ*, aliisqve antiqvis septentrionalium historiis occurrunt, ex religione christiana aut sacra scriptura depromta esse, licet figmentis impiè turpiterqve conspurcata, ac insulsis fabulis involuta, res ipsa loqvitur, qvæ omnia hic enumerare ratio operis non permittit, sed hac vice qvædam nominasse aut digito qvasi monstrasse sufficere putamus, qvalia sunt in *Edda*:

1) *Altus, Pariter Altus & Tertius Altus.* Qvæ unde petita, aut ad cujus imitationem proposita sint, nemo non videt. Fab. 2.

2) Odinus *omnium pater*; Ejus filius Thorus omnium fortissimus, qvi cum ingenti serpente pugnans, ejus qvidem veneno occubuit, sed postea vixit & victoriam reportavit. Fab. 3. 19. 48. Conf. *Eph.* 3. v. 15. & Cap. 4. v. 6.

3) Multa Odini nomina & epitheta ibi recensentur, qvæ pleraqve cum illis congruunt, qvæ sacra scriptura Deo tribuit.

4) *Niarfus* Gigas fuit pater Noctis, Nox mater Diei, qvos omnium pater in cœlo collocavit, ita ut illa præcedat, hic seqvatur. Fab. 1. 8. Qvæ qvidem obscuriora sunt, sed desumta ut puto ex *Gen.* 1. v. 2. & 3. ubi primo abyssus memoratur, deinde tenebræ, & tandem lux ex tenebris coruscans Conf. 1 *Cor.* 4. v. 6. Per Niarfum Gigantem intelligendus est abyssus seu oceanus. Hinc *Niarfasund*, fretum per qvod Niarfe, idest Oceanus, in mare mediterraneum ingreditur.

5) Balderus aut Forsete, *qvi omnia juste judicat*, omnesqve controversias tollit. Fab. 20. 25. Conf. *Ps.* 96. v. 13. & *Act.* 17. v. 31. & alibi passim.

6) *Tres cælorum aulæ.* Fab. 15. Conf. 2 *Cor.* 12. v. 2.

7) Valhallæ 500 *portæ*. Fab. 35. Conf. *Apoc.* 21. v. 12. & *Ezech.* 48.

8) *Gigantum filiæ hominibus nuptæ* auream ætatem pessundantes. Fab. 12. Conf. *Gen.* 6. v. 2.

9) *Stimulus* in capite Thori, a qvo magnopere liberari cupiebat. Fab. 56. Conf. 2 *Cor.* 12. v. 7. & seqq.

10) *Canis Garmus compedibus vinctus*, & ex iisdem solutus. Fab. 48. Conf. 2 *Pet.* 2. v. 4. & *Apoc.* 20. v. 7.

11) Gimle seu *locus beatorum* & ejus splendor. Fab. 3. 15. Conf. *Apoc.* 21.

derunt, si modo non essent exponendi; Nam eosdem exponere, non tantum

12) Náströnd seu *locus malorum.* Fab. 49. Conf. *Es.* 66. & *Matth.* 22. *Apoc.* 20.

13) *Consumatio seculi* & reditus Thori. Fab. 48. Conf. *Matth.* 24. v. 27. & 2 Pet. 3. v. 10.

14) *Duodecim Diar* ɔ: judices, duodecim sellis sedentes. Fab. 12. 18. Conf. *Matth.* 19. v. 28.

15) *Novum cælum & nova terra.* Fab. 49. Conf. 2 *Pet.*. 3. v. 13.

Qvis non videt omnia hæc & multo plura, qvæ brevitati studentes omisimus, e sacra scriptura deprompta, sed fabulis involuta & gentilismi impio fermento turpiter conspurcata esse; Nec qvenqvam movere debet eorum objectio, qvi dicunt, hoc impossibile esse, cum *Edda*, aliæqve nostræ Antiqvitates conscriptæ sint diebus Odini aut paulo post; ad minimum ante evangelium in septentrione prædicatum, cum hæc assertio debili valde nitatur fundamento, imo nostro judicio manifeste erronea sit, ut argumentis ex ipsis Eddarum odis & fabulis desumtis, abunde probari potest, qvorum præter nuper producta, unum tantum aut alterum hic adferemus.

1) Ex *Edda sæmundina*, cujus odæ licet summam præ se ferant antiqvitatem, varia tamen in illis occurrunt, qvæ eorum novitatem produnt, expresse enim christianorum mentionem facit *Gróugalldur* hoc modo: " Þan gel eg þer en átta ef þig " úte nemur nótt á nifl vegi. at því fyrr mege at þer til meins gera kristin daud " kona " ɔ: vertente *BARTHOLINO: octavam incantationem coram te præfero, ut si forte nox tibi iter facienti superveniat, eo minus nocere possit christiana mortua fæmina.* Ideoqve ipse *BARTHOLINUS*, acerrimus Antiqvitatum propugnator, hanc odam post Christi nativitatem conscriptam esse fatetur. vide *Antiq. Dan.* pag. 193. Præterea *Brynhilldar Liód* de sepultura ita loqvuntur: " Haug skal giöra hvem lidinn er. þvo " hendr og höfud. kemba og þerra ádr fari í kistu. og bidia sælaun sofa. " id est: *Mortuo tumulus construendus est, manus ejus lavandæ sunt, sed caput comendum, deinde* (corpus) *tergendum anteqvam loculo includitur, & orandum ut beatus dormiat;* Ubi probe notandum, mentionem fieri (α) loculi aut sandapilæ, (β) comtus & lotionis funerum, (γ) mortem vocari beatum somnum, qvæ omnia christianos sapiunt ritus ac religionem, nam septentrionales sub gentilismo tumulati qvidem fuerunt, sed loculis haud qvaqvam includebantur. Deinde cruor & sangvis minime corporibus abluebatur, sqvalidi enim & cruore perfusi tumulari, ac Odini aulam intrare voluerunt. Tandem mors illis non fuit beatus somnus, sed translatio ex hac vita in valhallam, ubi qvotidianis commessationibus aut eqvestribus exercitiis operam dabant.

Pari modo in *Gudrunar kvida* mentio fit ordalii seu juris jurandi per candentem lapidem vulgo *ketiltak*, christianis usitatissimi: " Þer mun ek alls þess eida " vinna at hinom hvíta helga steini &c. " ɔ: *Tibi me jurejurando purgabo per album illum consecratum lapidem.* " Sia hundrut manna í sal gengo. ápr kven Kon- " óngs

" óngs i ketel take &c. " h. e. *Septingenti viri ælem intrarunt, antequam uxor regia lebeti manum immitteret.* Qvæ aut a Chriſtianis Gudrunæ affićta ſunt, aut ſi veritas narratur, ſeptentrio hunc morem a propinqvis Gallis accepit, dudum chriſtiana religione & ritibus imbutis, in qvorum vicinia degerat; taceo, qvod ejus prior maritus *Sigurdus Fafniricida* a qvibusdam ſemichriſtianus aut crucis ſigno notatus fuiſſe perhibeatur.

2) Ex *Edda Snorronis*, qvæ inter plura ejusdem farinæ refert, Odinum, Lokum & Heinerum hoſpitio exceptos fuiſſe a Hreidmaro patre Fafneri, Oturi & Regini, ſed Oturum ab illis occiſum fuiſſe &c.; jam vero Fafnerus & Reginus fuerunt Sigurdo Fafnericidæ coævi, uterqve enim ab eo occiſus fuiſſe dicitur. Sigurdus vero floruit ſeculo ſeptimo aut ineunte oćtavo, ut vult doćtiſſimus *TORFÆUS* in *Ser. Reg. Dan.* Simile qvid ex Hogini, Hedini & Hildæ Hiſtoria erui poteſt; Horum *Edda* fab. 66. aliæqve antiqviſſimæ hiſtoriæ, ut Odini coætaneorum mentionem faciunt, Hildamqve ut Bellonam, bellis ac præliis ab Odino præfećtam celebrant, unde ipſius nomen ſæpiſſime pro præliis accipitur, ſed eam ſeculo demum ſexto vixiſſe, laudatus vir teſtatur App. *Ser. Reg. Dan.* pag. 491.

Ibidem etiam docet Hoginum & Hildam Hrolfo Krakio fuiſſe ætate inferiores, ſed nihilo minus (ut inſcitia aut impudentia poëtica finxit) Bodvarus Biarkius, Hrolfi Regis militum fortiſſimus, in Cantico *Biarkamál hin forno* Hildæ mentionem faciens introducitur " Vekat ek ydr at víni ne vífsrunom, helldr vek ek yþr at hördum " hilldarleike " vid. *BARTH. Antiqv. Dan.* & *vit. Olai Craſſi* cap. 167, nec tacendum qvod ipſe Odinus de viro chriſtiano Hoginum & Hedinum occiſuro loqvens introducitur: *vit. Trygg.* Part. 2. cap. 17. qvodqve Hedinus fuiſſe dicitur imperator Saracenorum ſeu Rex Serklandiæ, qvi viginti ſubjugaverit Reges, cum Saracenorum nomen ſeculo demum ſexto in orbe celebrari cœperit.

3) Sicco deniqve prætereo pede vocum notiones & loqvendi modos mere chriſtiano theologicos, ut " hættr er heimskviþr, " *non credendum mundi adulationibus* aut *teſtimoniis*, ubi mundus ſumitur pro hominum fallacia.

Bianac, *benedićtio cum manuum impoſitione*, at ſigna (a lat. ſigno) *crucis ſigno notare;* & plurima alia qvæ paſſim in antiqviſſimis monumentis obvia fiunt. Illuſtre etiam eſt dićtum & exemplum Aſlaugæ uxoris Ragnari Lodbrok, maritum a præpropero congreſſu inhibentis, ſacra enim Numina prius placanda eſſe. Qvod valde ſapit exemplum Tobiæ cap. 8. v. 4. Hæc enim ſi rite penſentur & accurate conſiderentur, abunde docent *Eddam* utramqve, aliaſqve cantilenas & monumenta hiſtorica haudqvaqvam tantæ eſſe antiqvitatis, ut præ ſe ferunt, ac a viris doćtiſſimis tam noſtratibus qvam alienigenis credita ſunt. Sed poſt ſeculum ſextum & ſeptimum, imo poſt religionem chriſtianam in ſeptentrione notam, e gentilibus qvibusdam, qvi ex converſatione cum chriſtianis vel ſemichriſtianis guſtum aliqvem veræ religionis imbiberant, vel etiam ab impio qvodam apoſtata aut religionis deriſore confićtas fuiſſe, qvi ethnicæ religionis inſipidam ſtultitiam myſteriis ſacris ornare & condire voluiſſe videtur, nam ut chriſtianis talem impiam mixturam & verbi divini abuſum imputem, haudqvaqvam adduci poſſum; unde, ut ex aliis hujusmodi, nobis naſcitur ſuſpicio,

ſi non

tantum pauperiores, ſed & ditiores ſolebant (a). Principalis educationis ſollicitudo in eo erat conſtituta, ut qvam primum arma impigre tractare, & laceſſentibus intrepide obſiſtere, qvin & hos occidere promti eſſent

ſi non pari, ſaltim non diſſimili modo baptiſmum gentilium introductum eſſe, ſcilicet, qvod regnorum borealium incolæ (vulgo Nordmanni), Conſtantinopoli, in Italia, Belgio, Gallia aut Anglia inter chriſtianos militantes, peregrinantes, aut mercaturam facientes, hanc cæremoniam ſeu aqvæ perfuſionem, ſecum domum reportarint, & poſtea ad imitationem Chriſtianorum, ut decorum qvid in ſuos uſus & conſvetudinem verterint, qvod tandem in legem abiit; nam Norvegos ex converſatione cum chriſtianis multa didiciſſe docet *Olafs Saga* cap. 48. his verbis: " Olafr Kóngr let boda kriſt-" in lög um Víkina, medr ſama hætte ſem nordr í lande, oc gekk þat vel fram, " þvíat kriſtin lög váro Víkverium miklo kunnari enn þeim er nordr vóro í landi, " þvíat þar var bædi vetr oc ſumar fiölmennt af kaupmönnom Dönſkum oc Þýdverſk-" um. Víkueriar höfduz oc miög vid í kaupferdum til Englands, edr Saxlands, " edr Flæmingialands, edr Danmerkr. Sumer vóro í hernadi oc höfdu vetrſetu í " kriſtnum löndum. " ɔ: *Rex Olaus religionem chriſtianam per Vikam eodem modo ac in magis borealibus regni partibus promulgari fecit, idqve bono ſucceſſu, cum Vikenſibus illa religio magis nota eſſet qvam borealibus; illi qvippe cum multis mercatoribus Danis & Germanis, domi, tam æſtate, qvam hyeme, victitare conſveverant. Vikenſes præterea freqventia, tum in Angliam, tum Saxoniam, Flandriam, vel Daniam, commercia habuerunt. Qvidam eorum militiæ nomen dederunt, & in chriſtianis regionibus hyemaverant.* Et ut borei a commerciis remotiores fuerunt auſtrinis rudiores, ita etiam montani maritimis cap. 52. " Hann fann þat brátt at kriſtnihalldit var æ " því minna ſem meir ſókti uppá landit. " ɔ: *Qvo magis ab ora maritima ad interiores regni partes pervenit, eo minorem religionis chriſtianæ obſervationem deprehendebat.*

(a) Recens natorum expoſitio inter pauperes, qvi eos ſuſtentare non potuerunt, neceſſitate qvadam fiebat; ſed ditiores minimis qvandoqve commoti cauſis, nefandum hocce crimen committebant. Nam licet apud cordatiores male audiret, & nefas haberetur, legibus tamen non fuit prohibitum; aut, ſi qvod res eſt, eloqvar: prohibitum qvidem & illicitum fuit innocentium ſangvinem effundere, adeo ut enſe eos jugulare illicitum haberetur, ſed aëris inclementiæ exponere, alimenta ſubtrahere, & ſicca morte interimere; non plane illicitum putabatur. Sic Thorſteinus Egilli filius, ob ſomnium ſiniſtre explicatum, filiolam Helgam, qvæ κατ᾽ ἐξοχὴν formoſa deinde vocata fuit, exponi juſſit; ſic Asbiornus Dettiás filium Fimbogum Robuſtum, eo qvod mater filiam illo inſcio Norvegico cuidam elocaſſet. Similiter etiam Thorgrimus Prætor Karmsaaënſis ſe erga filium Thorkillum Kraflam geſſit; nam hi omnes ab aliis educati fuere, ut ex *Gunnlaugs-ſaga Ormſtungo*, *Finboga-ſaga* & *Vatnsdæla* liqvet. Sed de hac re pluribus egit Doctiſſ. *JOH. ERICI* Acad. Soranæ Profeſſ. peculiari diſſert. *de infantum expoſitione* Havn. 1756.

essent (a); maximum enim dedecus & opprobrium erat, aliis vel minimum cedere; præterea pueri & adolescentes, aliis corporis exercitiis, ut natationi, saltui, cursui, pilæ, & jaculationi, a teneris ungviculis assvefiebant (b).

§. 18.

Cupiditas, qvam plurimos, ob minimas etiam offensas & levissimas sæpe causas occidendi, non tantum ex inani ostentatione, aut innata feri animi crudelitate ortum habuit, sed inde maxime, qvod post hanc vitam in Valhalla eo se gloriosiores & honoratiores futuros sperarent, qvo plures occidissent; omnes enim hic occisos, occisori ibi servituros, credebant. Inde etiam fluxit, qvod cum armis, vestibus pretiosis, & magna interdum pecunia sepeliri vellent; omnia enim hæc non honori tantum, sed & usui in altera vita futura sperabant. Hinc deniqve qvidam

(a) Tanta fuit hujus rei cura, ut aliqvando puero, ne ludum qvidem adire licuerit, qvi nullum animal occiderat; vide *Flóamanna-sagam*, ubi Thorgilsus Orrabeini alumnus, annum agens 15 a ludo puerili exclusus legitur, qvod nullum animal occidisset. Bollo Bollonis filio laudi ducitur, qvod duodecennis patris interfectorem occiderit. Vigastir in *Heidarviga-saga*, gloriatus est, se novemdecim viros occidisse; Bessus autem, insignis ille athleta, in *Kormaks-saga* 36. occiderat. Taceo, qvod summum decus maximaqve laus haberetur, in ultionem occisorum, qvam plurimos, qvandoqve etiam innocentes, occidere. Patet id inter alia ex *Niala*, nec non ex *Hördi Vita*, ubi consilio & jussu Thorbiorgæ, Hördi sororis, Helgæqve conjugis, ejus mors viginti qvatuor virorum nece compensata fuisse dicitur, & magnopere laudatur cap. 40. pag. 126.

(b) Ex eo factum, ut Islandia qvondam produxerit viros fortissimos, qvales fuerunt *Ormus Storulfi filius*, *Gretterus Asmundi*, *Thorstenus Uxafotus*, *Fimbogus Robustus*, aliiqve, TORFÆO in *Hist. Norvegica* passim laudati. Hinc & insignes illi pugiles, artis gladiatoriæ peritissimi, *Gunnarus de Hlidarenda*, *Steinthorus de Eyre*, *Kiartanus Olai filius*, *Skarphedinus*, & alii multi. Hinc deniqve factum, ut omnium corporis exercitiorum peritissimi evaderent, adeo ut exteris admirationi essent, & a Regibus sæpe & Dynastis magno in pretio, honore, qvin deliciis habiti. Sed hac de re plura hic inserere, instituti ratio & modestia vetant, ne popularium intempestivum encomiasten agere velle videar.

dam cum eqvo & cane (a), qvidam calceati (b), qvidam in navi ſarcophagi loco (c), ſepeliri voluerunt. Nec alia ratio facile inveniri poteſt, cur multi theſauros ſuos ante mortem terræ commendarent; qvod haud mirandum, cum promiſſorum Odini non minimum fuerit, recuperaturos denuo eos in Valhalla theſauros, qvos hic defoderant (d).

§. 19.

Divinandi ſolertia apud Islandos freqvens, ſed non unius modi; Nam qvidam viva voce, nutu, aut ſignis a Diis moniti, futura præſagiebant (e). Qvidam ab avibus auſpicia ſumſerunt (f). Qvosdam ſortibus

(a) Vide *Olai Tryggvini vitam* part. 2. cap. 64. pag. 232. ubi Svadus qvidam cum cane & eqvo conſepultus legitur; de qvo plura alibi. Simile de Skallagrimo in *vita Egilli*, ſcilicet; ne deeſſet eqvus Valhallam intraturo.

(b) *Gislonis Surſonii vita* cap. 14. pag. 144. *Cum vero Veſteinus tumulandus eſſet, Thorgrimus Gislonem adit, dicens: Mos eſt calceos lethales hominibus alligare, qvi iter ad Valhallam faciunt. Hoc jam officium Veſteino præſtabo. Qvo perſoluto adjecit: Calceos lethales adſtringere non calleo, ſi hi ſolvantur.*

(c) In navigio mortuos collocare uſitatiſſimum fuit; De qvo præter alias conſulenda eadem *Surſonii vita* cap. 17. pag. 150. *Thorgrimus navi imponitur. Cumqve claudendus eſſet tumulus, Gislaus ingens ſaxum ſuſtulit, naviqve impoſuit, dicens: Navem ego figere non calleo, ſi hæc tempeſtate moveatur;* Ejusdem ritus exempla promi poſſunt numero longe majori, Skallagrimi nimirum & Egilli ex *Egla*, Ketilbiorni & Geirmundi Heliarſkinni ex *Landnama*, & aliorum.

(d) *SNORRO STURLÆUS* in *vita Odini: Odinus in Svecia easdem tulit leges, qvæ in Scythia fuerant, ſcilicet, qvod mortui comburendi eſſent, & qvicqvid pecuniarum cum iis combureretur, eos ad Valhallam comitaretur. Illæ qvoqve opes mortuo in Valhalla cederent, qvas ipſe vivus defoderat.* Sed de ſingulis jamdudum accurate & copioſe egit Celeb. *BARTHOLINUS* in *Antiqv. Dan.*

(e) De his, aliisqve incantandi modis, in antecedentibus aliqvid diximus, qvæ omnia huc referenda eſſe, nemo non videt.

(f) Augurium ex corvorum volatu ſumſit Floco, tertius Islandiæ repertor, de qvo *Landnama* part. 1. cap. 2. pag. 3. *Floco magnum inſtituit ſacrificium & tres corvos conſecravit, iter ſibi monſtraturos. Norvegia relicta, Hialtlandiam & inde Færeyas petiit; & hinc deniqve ſolvens mari ſe commiſit, ſecum habens corvos, qvos in Norvegia devoverat. Horum primus, ab eo dimiſſus, retro ſtatim tendit; ſecundus ſurſum evolans, paulo poſt navem repetiit; tertius vero antrorſum eo tendebat, ubi demum terram invenerunt.*

bus divinatoriis ad eventus rerum cognofcendum ufos fuiffe probabile eft (a). Somniorum fumma femper fuit æftimatio, eaqve explicare ars maxime neceffaria habebatur (b). Hoftias humanas diis immolaffe, qvam certum eft, tam dubium, qvod illis ad harufpicia ufi fuerint (c). Animi autem præfagio futura prædicere (d), & ex lineamentis vultusve fpe-

cie

venerunt. Ex hoc facto Floconi cognomen, *Hrafna Floki*, id eft: corvorum Floco ad hæfit. An *Krákubreidar* & *Hávardus Hegre*, ab eadem re, aufpiciis nempe ab avibus captis, cognomina nacti fuerint, in medio relinqvimus. De divinatione ex corvorum crocitu legendæ *Landnama*, part. 2. cap. 33. pag. 82. *Olai Trygg. vita* part. 2. cap. 54. p. 204. & ex his *BARTHOLINUS Ant. Dan.* lib. 11. cap. 9. p. 474. 475.

(a) Sortibus eos res magni momenti commififfe, notius eft, qvam ut prolixe probari opus fit. Sed qvod etiam de futuris ex fortium cafu judicarint, funt qvi ex hiftoria Einari Skalaglami in *Jomsvicenfium vita*, *Olafs Sagæ* part. 1. cap. 152. pag. 179. etiam memorata, probare adnituntur. *Veniente Einaro, Comes lances duas deprompfit, qvæ ex argento defæcato factæ, auroqve obductæ; addita fuerunt pondera duo, argenteum unum, alterum aureum, utrumqve effigie humana fignatum. Talia* lutir *(qvafi res dixeris, proprie autem fortes) vocabantur; qvales habere Magnates hinc temporis confveverant. Comes hafce res in lances conjicere folebat, qvoties dubia inciderent majoris momenti, præfatus, qvid qvæqve res indicaret. Cumqve, qvam optaverat, res emergeret, altera in lance ftrepitum edidit, unde magnus fonus excitatus eft. Hæc cimelia Comes dedit Einaro, rogans ut hilaris effet.*

(b) Divinatio ex fomniis in *Niála*, *Laxdæla*, *Vatnsdæla*, cap. 36. *Surffonii vita*, & nullibi non obvia eft; ultima præter alias cap. 22. 24. 30. 33. mulierum, qvarundam feu Difarum, qvæ *Draumkonr*, in fomniis clientes fuos præmonentium, mentionem injicit. Somnia autem explicare, ut peculiare donum, in qvibusdam laudatur. Vide exempla Draumafinni, feu fomniorum explicatoris, in *Liósvetninga Saga;* Gefti Oddleififdis, in *Laxdæla;* Bardi in *Vita Gunnlogi Ormstungæ*, & aliorum. Hanc materiam accuratiffime & eruditiffime nuper tractavit Vir celeberrimus & mihi amiciffimus *ERICI* in *Obferv. ad Antiqq. Septentr.* Obferv. 1.

(c) Qvod in publicis facrificiis humano lita erint cruore, fupra evictum & probatum eft. De privatis qvibusdam fufpicio etiam fuit, ut ex *Vatnsdæla* patet, eos hoc oblationis genere, non tantum Deos placaffe, fed etiam ex morte, membris, aut inteftinis humanis hariolatos fuiffe, aut de futuris præfagia fumfiffe. Sed nos hac de re nihil certi ftatuere audemus; Nam Snorronis factum, qvod in *Eyrbyggia* memoratur, nivem fangvine humano permixtam guftantis, indeqve de vita aut morte vulnerati judicantis, huc non eft referendum.

(d) Ex folo animi præfagio de futuris conjectari, qvin certum qvid ftatuere, non fuit infreqvens. Hinc communis loqvendi formula: " Svo feger mer hugr " *ita præfagit animus.* Sagacium virorum & mulierum plurima adducere poffem exempla, fed

inftar

cie (a) de aliqvo judicare pervulgatiſſimum fuit; qvod qvidam, ad connata potius naturæ dona, qvam ad exercitia magica, referre malunt. Sed gladiorum, aliarumqve inanimatarum rerum, præſagia (b), aut ad figmentorum, aut incantamentorum claſſem referenda ſunt.

§. 20.

Juramentorum qvidem magna ubiqve religio (c), ſed nec omnium, nec omnibus in cauſis una eademqve fuit ratio & forma. Judices, partes, & teſtes, in cauſis civilibus per Freyium, Niordum & Deum illum omni-

inſtar omnium erunt: Geſtus Oddleifides, *Landnama* part. 2. cap. 25. pag. 67; Nialus, de qvo *ARNGRIMUS* in *Crymogæa* lib. II. p. m. 160. & *Comm. de Islandia;* Oſvifus Helgonis in *Laxdæla*. Einarus Thveraaënſis in *Vigaglums Saga* & *Liöſvetninga Saga;* aliiqve, qvorum in hiſtoriis mentio paſſim obvia.

(a) De hoc egregie commentatur noſtratium doctiſſimus Schalh. qvondam Epiſcopus *BRYNJULFUS SVENONIUS* apud *STEPHANIUM in notis ad Saxon.* lib. 2. pag. 67. dicens: *qvaſi non falleret hoc argumentum de vultu conjectandi, ſic illo véteres, loco non uno, confidenter invenio uſos; Et præter lineamenta atqve cuticulæ tincturam, aliud, neſcio qvid, ſpirituale in vultu notaſſe, qvod nos etiamnum* Svip, *genium, vocitamus.* Cujus fidem liberant innumera noſtratium exempla: Ingemundi in *Vatnsdæla;* Geſti Oddleifidis in *Laxdæla;* Sighvati aliorumqve in *Sturlunga;* & qvis omnia numerare valet, nam diu poſt receptam fidem chriſtianam, hoc divinandi genus aut donum apud nos valuit.

(b) De bipenni Gunnari de Hlidarenda in *Niála* refertur, qvod ante cædem ipſius miniſterio patrandam ſonitum ediderit, ejusqve documentum dederit mortuo Gunnaro, hunc in modum: *Hognus Gunnari filius* (patris necem ulturus) *bipennem ſumſit, qvæ tunc ſonitum edidit; qvo audito Rannveiga furens ſurrexit, qværens: Qvisnam bipennem ſumere audet, qvam vel attrectare omnes probibui? Ego, Hognus inqvit, patri meo adferre conſtitui, qvi ad Valhallam deportet, in armiluſtrio ibidem oſtendendam.* De enſe Skofnungo, qvem ex tumulo Hrolfi Krakii Daniæ Regis abſtulerat Skeggo Midfiordenſis, ita loqvitur *vita Thordi Hrædæ* cap. 15. p. 78. *Gladii ea eſt natura, ut eo aliqvid omnino cædendum ſit, qvando ſtrictus fuerit;* nec non *Kormaks Saga* cap. 8. *Kormakus vero gladium rite non tractavit, unde fortuna gladium deſeruit, isqve mugitum edens vagina exiit.*

(c) Teſtantur id loca Hiſtoriarum mox adferenda, inprimis *Vigaglumi vita*, ubi Glumus maluiſſe legitur homicidium confiteri, qvam falſum jurare. Suffragatur *Laxdæla*, dicens: *non minori ſollicitudine Ethnicos, cum jurarent fuiſſe, qvam Chriſtianos ſui temporis*, ordalium ſcilicet præſtituros ſeculo 12. & 13; Nam tum temporis *Laxdæla* ſcripta eſſe videtur.

omnipotentem jurarunt (a). Fiebat præterea juramentum per unum qvoddam numen (b). Interdum teftes cefpitem vivum fubibant (c); qva & jurandi ratione ufi funt, qvi fraternitatem, feu arctiffimam inierunt focietatem (d).

§. 21.

(a) Unus qvisqve, cui negotium aliqvod forenfe coram Judice peragendum erat, ad annulum (de qvo fupra §. 12.) jurare tenebatur, duobus pluribusve tefti. us vocatis, hac formula: *Ad hoc teftes appello, Te NN & Te NN, me ad annulum juramentum præftare, & qvidem juramentum legitimum. Ita Freyius & Niördus & omnipotens ille Deus, me adjuvent, prout caufam hanc egero, vel defendero, teftimonium præbuero; judicia tulero, vel alia qvævis negotia forenfia, qvæ mihi, dum in hoc conventu verfor, creduntur, peregero, fecundum qvod juftiffimum, veriffimum, legibusqve maxime conforme mihi vifum fuerit:* Sed caveat qvæfo lector, ne hæc omnia promifcue ad fingulos referat, fed verbum modo unum judici, tefti, actori etc: conveniens applicandum fciat. Omnipotentem Deum communiter exponunt Odinum Afarum Principem, teftante Celeberr. BARTHOLINO in *Antiq. Dan.* lib. 3. cap. 7.

(b) Exemplum fiftit *Vigaglumi vita* cap. 25. pag. 232. ubi Glumus, juraturus, fe necem Thorvaldi Krók non procuraffe, contrarium juravit, non intelligentibus ejus tricas & aftum contrariæ partis procuratoribus; nam falfum manifefte jurare magnum habebatur peccatum; *Teftes, inqvit, appello Asgrimum & Giffurum, qvod ad annulum delubri juramentum præfto, deoqve dico, me ibi fuiffe, necem procuraffe, & mucrone acieqve gladii ufum effe, cum Thorvaldus Krokus caderet in Hrifateigi.* Hic (fi locus mendofus non eft) per Deum, qvem Glumus nominat, intelligimus Odinum, perinde ac in fupra allato *Landnamæ* loco.

(c) Qvod teftes, qvandoqve cespitem feu fuperficiem terræ, *Jardarmen* vocatam juramenti loco fubierint, *Laxdæla* his verbis teftatur: *Hoc tempore ufitata erat probationis & purgationis forma, ut terram* Jardarmen *juraturus fubiret, eft autem* Jardarmen *cespes, cujus binæ extremitates cum reliqva terra cohærent, medium autem & latera ab ea diffecta. Hunc juraturus fubire tenebatur, qvod ut bene cederet, non minoris momenti Ethnicis videbatur, qvam Chriftianis, fua hodie juramenta. Tunc autem bene ceffiffe putabatur, fi cespes fubeuntem, non fuperincideret.* Hic autem juramento confirmandum erat, qvo ordine Thorfteinus Surtus, ejus gener Thorarinus, Hildisqve filia, naufragium facientes, mortem fubierint; nam de hæreditate adeunda lis fuit.

(d) Hanc cæremoniam *Vita Gislonis Surffonii* cap. 6. p. 134. defcribit, de fraternitate Syrdalenfium referens: *Cefpitem* (feu fuperficiem terræ oblongam) *exfcindunt, ita ut binæ extremitates terræ affixæ adhærerent, haftaqve elevarunt, tantæ longitudinis, ut clavus, qvi haftile cum ferro conjungeret, manu erecta attingi poffet. Hic fubeundum erat qvatuor illis, Gislao, Thorgrimo, Thorkillo, & Vefteino; qvi omnes fangvinem fibi fponte fundunt, eumqve cum pulvere cefpitis commifcent, & genua flectentes jurant: fefe mutuam*

§. 21.

Animarum immortalitatem, & vitam poſt hanc beatiorem crediſſe, ex iis qvæ dicta ſunt, clarum eſt. Commune mortuorum receptaculum Valhalla qvidem habebatur, ubi viri, præſertim bello inſignes, ab Odino, mulieres autem a Freyia hoſpitio ſe excipiendos fore crediderunt (a), ibiqve non tantum omnigenam voluptatem, ſed & dulcem cum amicis converſationem ſperaſſe videntur (b). Viros ſenecta aut morbo defunctos, Edda a Valhallæ deliciis arcet (c); ſed Majoribus noſtris eandem fuiſſe ſententiam probabile non eſt. Servos autem paulo veriſimilius, qvin certius concluduntur, ſtatuiſſe, ad gaudia Valhallica, non admittendos (d). Hæ licet communes eſſent ſententiæ de alterius vitæ habitaculis

mutuam ultionem exſecuturos, ſi qvem eorum ferro occidi contingeret. Tandem dextræ invicem erant dandæ. Hæc atqve ſimilia legum antiqvarum & hiſtoricorum exempla, qvalibus jurandi formulis & cæremoniis veteres uſi fuerint, ſufficienter docent.

(a) De viris ab Odino excipiendis clarius eſt, qvam ut probatione indigeat. Mulieres autem ſibi cum Freyia vivendum crediddiſſe, nos docet Thorgerda Egilli filia in *Egla*, matri, utrum cœnaſſet, interroganti reſpondens: *neqve cœnavi, neqve cœnam prius, qvam apud Freyiam ſumtura ſum; mihi enim non melius patre meo conſulere novi, cui fratriqve ſupervivere non deſidero.*

(b) De hoc *Vatusdæla: Evindus Sörkver audiens indignam necem Ingemundi amici ſui, famulo dixit: i, & Gauto amico meo nuncia qvod facio, idem enim illum decet, ſimulqve ſemet gladio transfixit. Gautus autem hoc audito dixit: Non eſt vivendum amicis Ingemundi, ſed factum Sörkveris imitandum, & e veſtigio ſe occidit.*

(c) *Hel* (id eſt mortem) in *Niflheimum dejecit, ejusqve imperio novem mundos conceſſit, ut habitacula inter eos, qvi ad eam mitterentur divideret. Illi autem erant ſenio & morbo confecti.* Hæc *Edda.* Sed hoc Islandos omnes non credidiſſe, colligitur ex exemplis *Skallagrimi, Egilli, Geirmundi Heliarskinn*, aliorumqve bellatorum maximi nominis, qvi ſenio confecti ſicca morte obierunt, & tamen in Valhalla ſe victuros ſperarunt.

(d) *Edda* in *Harbardi carmine* docet *Odinum, Comites*, ſeu viros ſtrenuos, forte & ingenuos, *qvi in præliis caderent, poſſidere, ſed Thorum genus ſervile.* Id Islandos crediddiſſe, & noluiſſe ſervos ſecum ſepeliri, ex *Landnama* part. 2. cap. 6. pag. 36. veriſimiliter concluditur, qvæ de Aſmundo Atlæ filio hæc refert: *Aſmundus navi impoſitus tumulatus fuit, & una cum ipſo ſervus ejus, qvi nolens poſt domini mortem vivere, ſe ipſum occidit. Hic in prora navis collocatus fuit.* Aſt paulo poſt: *Thora Asmundi vidua per ſomnium vidit maritum qverentem, ſibi ſervum tædio eſſe. Hæc itaqve tumulum aperiri, ſervumqve e navi auferri curavit.*

taculis erant tamen ſecus ſentientes, qvi certa loca & alia qvidem ſibi ſuisqve (a) poſt hanc vitam habitanda fore, aut crediderunt, aut optarunt.

§. 22.


Polytheiſmum, ſatis, ut opinor demonſtratum, magnus comitabatur religionis libertiniſmus, qvi duplici modo ſe habuit: Aut enim ex majoribus illis Diis unum aliqvem colere, aut qvemlibet alium ſibi Deum fingere, pro lubitu cuiqve liberum fuiſſe videtur; ita tamen, ut univerſales illi, ſive majores, non plane negligerentur. Fuerunt tamen ex adverſo, qvamvis pauci, qvi recta uſi ratione, hujus idolomaniæ vanitate perſpecta, idola ſpernerent. Hinc parum aut nihil idololatriæ de iis memoratur, qvi vel ſapientia ut Nialus & Geſtus Oddlevi filius), vel animi corporisqve robore, in qvo plus fiduciæ collocare poſſe haud immerito ſibi videbantur, aliis antecelluere; unde & optimus fere ac ſapientiſſimus qviſqve ad chriſtiananam religionem haud difficulter adducebatur. Qvin hunc Deorum contemptum de qvibusdam diſerte prædicant hiſtoriæ, qvales fuere Droplaugæ filii, præſertim Helgo, Beſſus *Godlaus* (ɔ: ἄθεος) dictus, & alii.

§. 23.

(a) *Eyrbyggia* teſte: *Thorolfus Moſtrarskegg, ejusqve poſteri credebant, ſe ſingulos poſt mortem in montem Helgafell receptum iri.* Et paulo poſt: *Opilio oves circa Helgafell congregans, montem boream verſus aperiri, intusqve ignes ingentes vidit; Audivit autem ibidem magnam eſſe lætitiam & cornuum concentum; cumqve attentius aures adverteret, percepit Thorſteinum Thoskabitum Thorulfi filium,* (herum ſuum) *introduci & ſalutari, locumqve ei honoratiſſimum e regione patris aſſignari.* Poſtea autem compertum eſt, Thorſteinum circa hoc tempus inter piſcandum ſubmerſum eſſe. Similia nos docet *Landnama* part. 2. cap. 16. pag. 53. nec non *Laxdæla*, de colliculis, qvi *Kroſſbólar* (id eſt crucium monticuli) dicti. *Celebris virago Audur,* de qva plura infra p. 37. *cruces ibi erigi curaverat, ibidemqve, utpote chriſtianæ religioni addicta, preces fuderat. Poſteri autem ejus a religione chriſtiana deficientes, aram ibi Diis erigebant, credebantqve, in colliculos hoſce poſt mortem ſeſe migraturos.* Svanum magum, cum mortuus eſſet, montem Kalldbak intraſſe viſum, *Niala* tradit. Giſlaum Surſſonium Parcarum una, ei per qvietem apparere ſolita, perpetuo apud ſe poſt mortem hoſpitio fruiturum promiſit, *Gisla-Saga Súrſſonar* cap. 30. pag. 170. Deniqve & *Kráku-Hreidar* monticulum Mælefell ſibi poſt mortem habitaculum optaſſe legitur. *Landnamæ* part. 3. cap. 7. pag. 99.

§. 23.

Succinctam hanc & angustis limitibus circumscriptam (scilicet, ne hic, nisi qvod in Islandia actu exstitisse, & revera creditum & gestum fuisse, ex historiis & monumentis Islandicis liqvido constat, adferremus) Theologiæ gentilis sciagraphiam dedisse, aut qvalis incolarum religio fuerit, anteqvam Christo nomen dederunt, summo tantum digito monstrasse contenti sumus. Siqvem autem omnes ejus articulos & cæremonias congerere, & rite explicare cupiditas capiat, haud contemnendæ molis systema adornari posse spondemus. Qvod cum & extra nostrum sit propositum, & in hoc sterqvilinio diutius versari, non minus pigeat qvam pudeat, tabulam ponimus, & ad Te, Summum optimumqvе Numen, omnipotens æterne Deus, Deus omnis gratiæ, Pater misericordiarum, coram Te cordis corporisqve genua flectentes, nos convertimus, ex intimis cordis penetralibus, omnibusqve adhibitis, animæ, mentis, corporisqve viribus, Tibi gratias agimus maximas, devotissimasqve, qvod nos in dulcissimo filio tuo Domino nostro Jesu Christo, ante jacta mundi fundamenta, ex mera gratia, ad vitam æternam elegisti, & cum majores nostri sine Te vero Deo, & sine Jesu Christo, in incredulitatis tenebris errarent, eosdem, & nos cum illis, a tenebris ad lucem, a potestate sathanæ ad Te, gratiosissime vocasti, iisqve dulcissimæ evangelii lucis splendorem oriri fecisti, & ad nostra usqve tempora conservasti. Te per Dominum nostrum Jesum Christum humillime oramus, velis apud nos, nostrosqve posteros, eundem ex intima tua misericordia ad finem usqve mundi conservare, nec unqvam a nobis hocce tuum candelabrum amovere. Eam præterea nobis concede gratiam, ut tanqvam filii lucis digne evangelio, digne vocatione nostra, qva vocati sumus, ambulemus, semper certi de remissione peccatorum, & consortio cum illis, qvi sanctificati sunt per fidem Jesu Christi.



CAP.

CAP. III.

De qvibusdam Aboriginibus, seu primis Islandiæ occupatoribus, qvi christiana religione erant imbuti.

§. 1.

Licet universa illa multitudo, qvæ directe e Norvegia in Islandiam transibat, ethnicismo & idololatriæ esset addicta; nonnulli tamen natione Norvegi, sed in Anglia, Hibernia, aut circumjacentibus insulis educati, & christiana religione imbuti, huc trajecerunt, qvorum præcipuos recensebimus.

§. 2.

Primus se offert *Aurligus*, genere qvidem Norvegus, sed a Patricio Hæbudarum, ut fertur, episcopo educatus. Hic desiderio Islandiam petendi accensus, nutricii precibus adjuvari & præmuniri discupiit, qvod denegare episcopus nefas ducens, non solum materiem templo exstruendo aptam, sed & plenarium, campanam ferream, nummumqve aureum, cum pulvere consecrato, angularibus templi columnis, dedicationis loco subdendo, ipsi tradidit. Aurligus, in conspectu Islandiæ, vento & maris æstu agitatus, Patricii qvem invocavit, ope liberatus traditur; campanam tamen amisisse, sed duplicato miraculo, cum littori appulisset, inter algas & maris rejectanea denuo invenisse. Templum deinde ad villam Esiuberg exstructum, ex Patricii præscripto Columbillæ dedicavit, qvod si non primum, certe inter prima in Islandia ædificatum esse censetur. Posteri ejus ad gentilismum qvidem defecerunt, simul tamen in Collumbillam crediderunt (a).

 §. 3.

(a) Patricius hicce *in vita Olai Tryggonis* sanctus vocatur, eumqve Aurligus Æoli & Neptuni invidia agitatus invocasse dicitur. conf. *Landn.* pag. 13. Tam temporum ratio qvam

§. 3.

Alter occurrit *Jörundus*, cognomento Chriſtianus, cui *Landnamæ* Author teſtimonium perhibet, verum Deum conſtanter & ſincere coluiſſe, & in ſenectute monachum vel anachoretam factum eſſe (a).

§. 4.

Tertius venit numerandus *Aſolfus Alſkik*, natione Hibernus, Jörundi cognatus, & in religionis ardore æmulus. Hic orientali inſulæ oræ appulſus, a paganis alimenta emere, aut cum iis converſari noluit. Hinc, undecim comitatus ſociis, auſtrum petens, ad Thorgeiri Hördſki villam Holt, letali trium comitum morbo impeditus, tentorium fixit. Deinde, Thorgeiro non diſſvadente, ad rivum qvendam, ingentem piſcium copiam ipſi & comitibus in alimentum ſuppeditantem, tugurium exſtruxit. At mox, cauſſante Thorgeiro, lucrum ſibi, qvod ex piſcium captura haberet, præripi, Aſolfus abiit, qvo diſcedente piſces etiam diſceſſerunt. Idem ſecunda & tertia vice accidiſſe fertur, qvo factum eſt, ut provinciales ipſum comitesqve artium magicarum inſimularent. Rivus vero ad hunc usqve diem "Iralækr" id eſt *Hibernorum rivus* denominatur. Vere autem appropinqvante Aſolfus cognatum ſuum Jörundum adiit, qvi ei aliorum abominanti converſationem, ædificium exſtrui & alimenta qvotidie adferri curavit. Senior factus anachoreticam elegit. Sepulchrum ejus in loco qvo nunc eſt templum Holmenſe Akraneſenſium ſitum fuit (b).

§. 5.

---

qvam ipſa hiſtoria ſvadet, diverſum fuiſſe a Patricio Hiberniæ epiſcopo, cujus mortem ad annum 490. *BARONIUS* refert. *TORFÆUS Hiſt. Norv.* Tom. II. pag. 120. Abhatem qvendam Hibernum fuiſſe conjicit. Sanctus ille Columba vel Columbilla Patricii advocatus, ſine dubio fuit ſanctus Columba, ſeculo ſexto clarus in Hibernia monachus, qvi poſtea in Britanniam delatus, in inſula Kolumb-kill, ab ipſo denominata, monaſterium inſtituit, librumqve *Regulam Monaſticam* inſcriptum, *kolumb-kill* etiam vulgo dictum, contexuit. Deceſſit Columba juxta *CAVEUM* Anno 597.

(a) *Landnama* part. I. cap. 15. pag. 17. *Vita Trygg.* part. 2. cap. 12. pag. 19.

(b) *Vita Trygg.* part. 2. cap. 12. pag. 19. 20. ubi Aſolfi poſt mortem apparitio & Olai Tryggonis ſuper eo judicium legi poſſunt.

§. 5.

Qvartus debetur locus *Ketillo*, in chriſtianæ religionis contemtum, a paganis *Stulto* cognominato. Genere fuit Norvegus, ſed in Hæbudibus a chriſtianis educatus, affinium & cognatorum exemplo Islandiam petivit, antiqvum *Paparum*, id eſt Chriſtianorum, domicilium Kyrkiubaj habitaculum ſibi eligens, cujus loci tanta ſanctitas credebatur, ut a paganis habitari haud licuerit. Hujus rei Hilderus qvidam documentum dediſſe fertur: Cupiens enim, defuncto Ketillo, prædium Kyrkebai occupare, ſepibus villam cingentibus appropinqvans, ſubita morte exſtingvitur. Poſteris Ketilli laudi ducitur, qvod religioni chriſtianæ omnes conſtanter adhæſerint. Asbiörnus filius, & Surtus pronepos, præ cæteris laudantur; hic enim Thangbrandum anno Chriſti 998. hoſpitio excepit (a).

§. 6.

Inter primos Islandiæ occupatores chriſtianæ religioni addictos nominari etiam meretur virago qvædam, *Audur*, *Prædives* dicta, Dublinenſis cujusdam in Hibernia Reguli vidua. Hæc poſt mariti obitum, cum tota familia, & triginta viris liberæ conditionis, chriſtiana ſacra ſeqventibus, Islandiam petens, in parte occidentali villam Hvammum incoluit. Cruces in collibus, qvi inde *Kroſſhólar* dicti, erexit, ante qvas qvotidie ad Deum preces fudit. Moritura in littore ſeu maris arena ſepeliri voluit; nam terra profana, ſeu pulvere non conſecrato, corpus ſuum condi indignum cenſuit. Hæc ejus voluntas a propinqvis, qvorum plurimos ſub mortem, ſalubria iis monita & conſilia impertitura, ad ſe convocaverat, rata qvidem habita; ſed, proh dolor! pleriqve horum, poſt ejus mortem chriſtiana religione abjecta, paganam amplexi ſunt, excepto ſaltem germano fratre Helgone Biola, qvi ad finem usqve vitæ veram religionem retinuit (b).

(a) *Landnama* part. 4. cap. 11. pag. 143. *Vita Trygg.* part. 2. cap. 11. pag. 18.

(b) *Vita Tryggonis* part. 2. cap. 9. pag. 15-17. *Landnama* part. 2. cap. 15. pag. 51. 52. *Laxdæla*, & ex his *TORFÆUS Orcad.* lib. 1. cap. 5. pag. 13-17. *Hiſtor Norv.* Tom. 11. pag. 114. 117.

§. 7.

Horum agmen claudat *Thorleifus* (in contemtum religionis) *Christianus* cognominatus, qvi licet prioribus ætate esset inferior, plurimos tamen fide & pietate superavit; qvippe non verbis tantum, sed re & factis, Christi præcepta, inimicos amare jubentis, seqvi se ostendit. Cum enim Ketillus Crassus, ob servatam Christo fidem, diem ei dixisset, &, domum revertens, subito orta cum nimbo tempestate, per montes & tesqva errabundus, diu agitatus fuisset, tandemqve ad ædes Thorleifi lassus mortiqve vicinus rediisset; hic eum cum comitibus, ut carissimum amicum, hospitio excepit, & laute tractatum, dimisit; qvo convictus beneficio, erubescens Ketillus actionem omisit (a).

§. 8.

Præter hos etiam mentio fit *Vilbaldi* Hiberni, & anomyni cujusdam Angli, ex Islandia in Grönlandiam transeuntis, aliorumqve qvos recensere operæ pretium non est; hæc enim ad probandum, qvosdam Aboriginum christianos fuisse, sufficere videntur. Inter hos tamen tepidi qvidam & hypocritæ reperti sunt, qvalis *Helgo Macer*, qvi Christum qvidem ore professus est, & in eum se credere dixit, in cujus rei fidem prædium suum *Christnes* nominavit; sed in arduis & magni momenti rebus, vel navigans, vel duri aliqvid passus, Thorum invocavit (b).

§. 9.

Qvidam etiam inter ipsos paganos inveniebantur, qvi idola aspernati sunt, iisqve sacrificare noluerunt, qvalis fuisse fertur *Hiörleifus*, Ingolfi, Aboriginum celeberrimi, socius. *Thorkillus* vero *Mane* Ingolfi nepos, vir integerrimæ vitæ, sub agonem, adverso soli semet exponi curavit, & moriens ei Deo, qvi solem reliqvaqve sidera creasset, animam commen-

(a) *Vita Trygg.* part. 2. cap. 67. pag. 242.

(b) *Olafs Saga* part. 2. cap. 11. p. 18.

commendavit; nam tantorum luminum conditorem omnibus diis potentiorem & meliorem esse conjectavit (a).

§. 10.

Hic vero probe notandum. 1) Etiamsi Aborigines, qvi christiana religione imbuti erant, pleriqve genere essent Norvegi, neminem tamen horum in Norvegia, sed aut in Anglia, Hibernia, aut Hæbudibus eam assumsisse, & inde in Islandiam attulisse.

2) Nominari saltem capita celebriora, seu navium præfectos & possessores, qvos non paucos minoris notæ socios, eandem profitentes religionem secum advexisse, admodum verisimile est (b).

3) Plerosqve horum posteros, relicta religione christiana, ad ethnicismum descivisse. Nam excepto, qvod non habuerunt verbum Dei scriptum, nec ullos Antistites aut Doctores, qvi rudiores informarent, & imbecilliores confirmarent, ipsorumqve majores, cum huc venirent, neophyti & parum in novis hisce sacris versati essent; paganorum multo major fuit numerus, qvi veram religionem ludibrio habebant, & ejus cultores modis omnibus perseqvebantur, ut ex dicendis patebit (c).

4) Nec omnino tacendum videtur, qvod qvidam ad exteros abierint, qvorum nonnulli christianam religionem acceperunt, ibidemqve supremum diem obierunt; qvales fuerunt, Kolfkeggus Hamundi filius, qvi Constantinopoli baptizatus, Baringorum ductor factus esse, ibidemqve occubuisse, perhibetur, ut & Auda, Gisli Surssonii uxor, ipsiusqve famula Gudrida, qvæ in Daniam transgressæ, ibiqve baptizatæ, Romæ tandem

(a) *Landnama* part. 1. cap. 7. & 9. pag. 9. & 11. Qvidam alii solis creatorem adoravisse, aut in ærumna adjuravisse, dicuntur, ut Arnorus Kerlingarnesus, famem ingruentem deprecaturus, *Vit. Trygg.* part. 2. cap. 64. pag. 234. *TORF. Hist. Norv.* Tom. II. pag. 433. & Torsteinus Ingemundi, fratris furorem sanaturus, de qvo plura supra cap. 2. §. 10.

(b) Exemplo sit *Asolfus Alskik*, qvi undecim secum comites habuit, & *Audur Prædives*, qvæ secundum *Landnamam* 30, sed secundum *Vit. Trygg.* 60. viros eandem profitentes religionem. *Laxdæla* saltem 20. habet, numerans qvippe affines solum & cognatos, qvi cum ea Helgonem Biolam adiere.

(c) *Vit. Trygg.* part. 2. cap. 6. p. 13. 14.

dem vitam clausisse feruntur (a). Nonnulli autem in Dania aut Anglia accepto aliqvali christianismi gustu, in Islandiam reversi diis sacrificare recusarunt, ut Maurus Sæmingi filius, Constantinopoli diu commoratus, & Egillus Skallagrimi (b), qvi una cum 360 assectis in Anglia signum crucis accepit, ut & Ormus Storolfi in Dania.

CAP.

(a) De his legenda *Niala. Ol. Trygg. vita* p. 83. *Gisli Surfonii Saga, & Egils Saga.* Qvo autem fundamento nitatur, qvod in *Trifolio* p. 49. scribit doctissimus *TORFÆUS*, & ex eo celeberr. *PONTOPP.* in *Annal. Eccl.* Tom. 1. aliiqve, Gislum Surfonium Viburgi in Dania catechumenum factum esse, plane non intelligo, cum ejus *Vitâ* cap. 8. pag. 136. tantum adferat, eum Viburgi hyemasse, ne verbulo qvidem de ejus religione facto. Sed cap. 24. dicitur in somniis a genio qvodam monitus fuisse, ut antiqva religione deserta, novam accipiat. Sane ut ethnicus occubuit, nec ullum christianismi in ipsius vita reperitur signum. Sed multo longius a vero aberrat *TH. DEMPSTERUS*, faciens Buum Andridi filium, insignem athletam, a famosissima saga educatum, & ejus artibus & consiliis subinde utentem, Islandiæ primum Apostolum, qvem ideo non immerito ridet ipse *TORFÆUS* in Præf. ad *Orcades.* Nihil enim *DEMPSTERUM* juvat qvod Buus baptisatus fuit, nec qvod delubrum Kialnesense combusserit, plures enim ethnici, ut famosissimus ille neqvam Rappus (de qvo *Niala* consulenda est), & baptizati fuerunt, & tale qvid fecerunt. Nec tandem qvod unam hyemem in Orcadibus apud Comitem Einarum Rognvalldi filium, alteram vero in Norvegia apud Dofrum gigantem hæsit, nam neutra harum regionum ejus ætate christianam accepit religionem, vixisse autem videtur circa aut paulo post annum 900. Nos Buum athletis annumeramus, qvi nullam habuerunt religionem, deos enim contemnentes, propriis virtutibus confidebant, illis prorsus similes, de qvibus poëta — *Virtus mihi numen & ensis Qvem teneo* —

(b) *Egils Saga* cap. 35. " I þenna tíma tók Adalsteinn kóngdóm á Englandi eptir födur " sinn. England var þá kristit vel, og hafdi lengi verit. Adalsteinn Kóngr bad þá Þór- " ólf oc Egil at primsignast, var þat þá sidr manna þeirra er á mála gengu med kristnum " mönnum, at þeir sem primsigndir vóru, höfdu allt samneyti med kristnum oc heidnum. " En Þórólfr oc Egill giördu efter bón kóngs, oc letu primsignaz oc aller menn " þeirra. Þeir höfdu þriú hundrut manna er tóku mála af Kóngi, oc giörduft " landvarnarmenn hanns. Aller vóru þeir sidprúder um flest. " ɔ: *Tunc temporis Adalsteinus in regno Angliæ patri successit. Anglia religionem christianam a multis inde temporibus amplexa fuerat. Adalsteinus Rex Thorulfum & Egillum ad primam signationem invitavit; erat enim moris, ut qvi apud christianos stipendia mererent, prima signatione initiarentur, & convictu, tam christianorum, qvam gentilium uterentur. Thorulfus & Egillus petitioni Regis cedebant, & prima signatione, una cum suis, signati sunt. Illorum assectæ erant trecenti & sexaginta, qvi stipendia a Rege meruerunt,*

& præ-

CAP. IV.

De prima Evangelii annunciatione per Fridericum Episcopum & Thorvaldum Kodrani filium Islandis facta.

§. 1.

Integro fere feculo a prima Norvegorum irruptione, Thorvaldus qvidam Kodrani filius borealis Islandiæ civis, qvam primum per ætatem licuit, more feculi piraticam facturus, ad exteros abiit; fed hoc modo parta, qvantum ad victum & veftitum non haberet opus, in captivorum folutionem erogavit. Variis dein peragratis regionibus, in Saxonia tandem in epifcopum qvendam, Fridericum nomine, incidit, qvi eum, in religione chriftiana probe informatum, facro abluit baptifmate, & a Thorvaldo exoratus, in Islandiam una cum ipfo parentes & amicos baptifaturus commigravit. Hoc Anno R. S. 981. (a) factum effe perhibetur.

§. 2.

& præfidiarii ejus facti funt, omnes in plerisqve (rebus) *modeftia erant infignes.* Hæc facta funt circa initium regiminis Adalfteini, qvod ad Annum 925. chronologi referunt.

(a) De tempore adventus Friderici in Islandiam varia produnt Annales & Hiftoriæ; Longiffime tamen a vero aberrat *Codex Flateyenfis,* Bibliothecæ Regiæ illatus, qvi, ut fcribit Confultiffimus *BUSSÆUS* in notis ad *Schedas* pag. 49. ad annum 800, & alibi ad 901. illum refert, qvorum neutrum verum eft; Nam rectiffime refertur ad annum 981, qvod expreffis verbis teftatur *Hift. Trygg.* part. 2. cap. 15. p. 47. Confentit *Hiftoria Chriftianifmi* cap. 1, dicens, id factum effe anno 18. Snorronis Helgfellenfis. Sed Snorro, referente *Laxdæla,* mortuus eft anno Chrifti 1031, ætatis 67; unde patet, annum 18. Snorronis incidere in annum Chrifti 981, qvi eft annus adventus Friderici in Islandiam. Mox autem errat *Hiftoria Tryggonis* l. c. ajens, effe hunc annum 160. a prima Norvegorum in Islandiam immigratione; cujus loco fcribendum 111. vel 107. Nam Ingolfus in Islandiam venit 870. vel 874. ut fupra dictum eft. cap. 2. §. 1.

§. 2.

Huc ubi ventum eſt, in boreali primum plaga Thorvaldus ipſe verbum Dei, epiſcopo, utpote Germano, idioma Islandicum non callente (a), intrepide qvidem, ſed exiguo ſucceſſu, prædicavit; nam præter Thorvardum, Bödvari Sapientis filium, Hlennum Annoſum, & Aunundum Thorgilſis, fidem & fœdus baptiſmale recepit nemo. Ejuſfus vero Valgerdæ filius, & qvidam alii, idololatria abjecta, crucis ſignum acceperunt (b). Qvidam etiam tributa, delubris ſuſtentandis imperata, pendere deſtiterunt, avaritia, dubium, an religione permoti; magna tamen id Procerum ethnicorum, qvi delubris præfecti, in epiſcopum Thorvaldumqve odia concitavit.

§. 3.

Primum ſemeſtre hyemale apud patrem Thorvaldi Kodranum transegerunt, qvo tempore Thorvaldus parenti, ut chriſtianorum ſacra ſuſciperet, identidem ſvadens, ſurdo cecinit. Nam prope villam ingens erat lapis,

(a) Totus fere ſeptentrio, Anglia puta, Dania, Svecia & magna Germaniæ pars, unicam antiqvitus habuit lingvam principalem vel originariam, qvæ *Danica* vocabatur, licet certis dialectis diſtingveretur, & hæc eadem eſſe cenſetur, qvæ nunc temporis Islandica audit, qvæ tamen a priſca puritate, ob externa commercia, non parum deflexit. Omnino itaqve Fridericus Epiſcopus lingvam calluit Islandicam, ſed idiomatis lingvæ Danicæ, qvo tum temporis potiſſimum utebantur Islandi, non tam potens fuit, ut ex tempore elegantem, aut omni ſermonis vitio carentem, orationem proferre poſſet. Itaqve Thorvaldi ore & eloqventia in tradendis regni cælorum myſteriis utendo; ſatis prudenter ſe geſſit, ne ipſe, de maximis rebus balbutiendo, & ſe, & religionem, petulantibus irriſoribus deridendum propinaret.

(b) Qvidam gentilium licet de ſuæ religionis vanitate, ſed chriſtianæ veritate convicti, baptizari tamen noluerunt. Præcipua cauſa videtur, qvod veſtes puerorum more exuere, & in frigidam aqvam deſcendere, plebe inprimis ſpectante, recuſarent, ut liqvet ex verbis Bardi Craſſi *Hiſt. Trygg.* part. 2. cap. 14. pag. 41; Thorkilli Kraflæ, in *Vatnsdæla*; & multorum noſtratium, qvi anno 1000. baptizati fuerunt. Interim loco baptiſmi, cruce ſignati ſunt, qvem actum vocarunt *Primſigning* ſeu primam ſignationem, qva accepta, nec vere chriſtiani, nec mere ethnici habebantur, nam crebro ſe cruce ſignarunt, cibum eis cum chriſtianis capere licuit, (*Vita Trygg.* part. 2. cap. 32. pag. 133.); & mortui, non qvidem in cœmeteriis, ſub aggeribus tamen cœmeteriorum ſepeliebantur, *Jur. Can. Ant.* cap. 2.

lapis, qvem Kodranus majorum exemplo religiose coluit, peculiarem suum advocatum, seu tutelarem Deum, illum inhabitare credens. Omnem itaqve religionis mutationem abnuit, usqve dum sciret, episcopine, an suus Deus potentior esset. Episcopus igitur mitra ornatus, lituum tenens & aqvam consecratam, lapidem adiit, & ut medius rumperetur, precibus impetrasse fertur. Qvo Kodranus viso, deastrum suum victum agnoscens, manus dedit, & baptismali lavacro cum universa familia, excepto saltem filio Ormo, ablui annuit (a).

§. 4.

Deinde villam Lækiamot provinciæ Vididalensis, domicilium sibi elegerunt, ibiqve per integrum qvadriennium morati, verbum Dei incolis annunciare non destiterunt. Hac tempestate, una cum magna accolarum multitudine, ad solennes epulas, præsente loci Prætore Thorkillo Krafla invitantur (b), qvibus etiam berserki duo (grassatores dixeris) qvo-

rum

(a) Ormus, ut videtur, paulo post, forte per ministerium Stefneri aut Thangbrandi, crucis signum recepit, sed anno 1000. baptizatus fuit. Vide *Histor. christ.* cap. 8. conf. *Vit. Trygg.* part. 2. cap. 15. p. 42. Hoc miraculum in *ARNESENS* Islandske Rettergang S. 270. per ignem & naturali prorsus modo factum esse statuitur, sed ex historia ipsa nihil tale concludi potest, cujus in verbis præcipue notanda est phrasis *saung yfir*, qvæ, hic & alibi, non unice cantum denotat, sed etiam devotas preces, qvæ nunc alta voce canendo, nunc demisse orando, fiebant. Hinc *at syngia Pater noster*, *at syngia tölr sinar* ɔ: recitare Pater noster, & recitare horas Canonicas, ut sensus sit: Saxum Episcopi precibus dissiliisse.

(b) Hanc historiam *Vatnsdæla*, *Vita Olai Trygg.* & *Hist. christianismi* cap. 2. referunt, sed non omnes eodem modo: *Vita Trygg.* part. 2. p. 42. dicit, hæc contigisse in nuptiis Thorvaldi cum filia Olai Haukagilensis, qvod verisimile non est. Nam qvid Judæo cum verre? qvid Thorvaldo viro christiano, anno seqventi ad exteros abituro, & nunqvam reversuro, cum muliere ethnica? Qvin aperte contradicunt *Vatnsdæla* & *Historia Christianismi*, vocantes hocce convivium *Haustbod*, seu comessationem autumnalem, qvam gentiles qvotannis celebrare solebant; & licet episcopus Thorvaldusqve adessent, tamen, ut habet *Vatnsdæla*, in discreta a cæteris ædicula moderanter tractatos fuisse, liqvido constat. Ita hac de re *Vatnsdæla* cap. 46. loqvitur: " Um " haustit at veturnóttum baud Olafr til sín vinum sínum. serdeilis Þórkeli mági " sínum. Þeir biskup oc Þórvalldr vóru þar. vel at eins tók Þórkell þeim. oc " let þá vera einasaman í húsi. Því at þeir höfdu annan sid. Hinn fyrsta dag veitsl- " unnar vard sen ferd berserkianna. oc kviddu menn vid þeim miöc. Þórkell spurdi " biskup

rum utriqve nomen Haukus, ſeſe ingerebant. Hi more ſuo frementes, per accenſos ignes, nudipedes tranſibant, qvoscunqve verbis & factis laceſſentes

---

„ biſkup ef hann villdi rád tilleggia at berſerkir þeſſir fengi bana. Biſkup bad þá „ taka vid trú oc láta ſkíraz. enn hann kvadz mundi afráda íllmenni þeſſi med „ þeirra ágángi. Þórkell mællti. allt er þá nær ef þer gorit jarteiknir. Biſkup „ mællti. Látit giöra ellda þriá á gólfi í ſkálanum. oc ſva var giört. Sídan vígdi „ biſkup elldana. oc mællti. Nú ſkal ſkipa beckina af mönnum þeim ſem beſtir „ eru árædis med ſtóra lurka. því þá bíta eigi iárn. oc ſkal ſvo lemia þá í hel til „ bana. Sídan gengu þeir nafnar inn er þeir kómu. oc ódu þann fyrſta elld oc „ annan. oc brunnu þá miöc. urdu nú hrædiliga hræddir af elldshitanum. oc „ villdu at beckiunum þegar. Sídan vórn þeir lamdir til bana. oc vóru ſídan færd- „ ir upp hiá gili því er nú er kallat Haukagil. Biſkup þóttiſt. nú vera kominn til „ kaups vid Þórkel at hann tæki trú oc kriſtni oc leti ſkíraz. Þórkell kvedz eigi „ vilia adra trú hafa enn þeir Þórſteinn Ingemundarſun oc Þórir fóſtri ſinn höfdu. „ þeir trúdu á þann er ſólina hefr ſkapat oc öllum hlutum rædr. Biſkup ſvarar. „ þá ſömu trú bodar ec. med þeirri grein. at trúa á einn gud födur ſon oc helgan „ anda. oc láta ſkíraz í hanns nafni í vatni. Þat þótti Þórkeli meſt afbregda er í „ vatni ſkylldi þvoſt. oc kvad eigi um ſinn því nenna at hafa þeſſa breitni. enn kvadz „ þó hyggia at ſú mundi gód. oc þeſſi ſkipun mun her vidgángaz. Olafr bóndi „ mágr minn er gamall. hann ſkal taka vid þeirri trú. oc aller adrer þeir ed vilia. „ enn ek mun bída um tíma. Sídan var Olafr ſkírdr. oc andadiz í hvítavodum. oc „ enn vóru ſkírdir fleiri menn at þeirri veitſlu. „ ɔ: *Autumno ſub hyemis initium Olaus amicos, & inprimis affinem ſuum Thorkelum, ad ſe invitavit. Epiſcopus & Thorvalldus ibi fuere, qvos Thorkelus benigne qvidem excepit, ſolis tamen ſeparatam ædiculam, cum diverſis uterentur moribus, aſſignavit. Primo convivii die berſerki iter illuc facientes viſi ſunt, qui terrorem omnibus incutiebant. Thorkelus Epiſcopum interrogavit, num in berſerkorum iſtorum necem operam ſuam conferre vellet? Quod ille ſe facturum ſpoſpondit, ſi chriſtianam religionem & baptiſmum acciperent. Thorkelus regeſſit: multo facilius hoc erit, ſi miracula feceritis. Epiſcopus reſpondit: tres ignes in pavimento cænaculi facite, qvod & factum eſt. Epiſcopus autem ignes luſtravit & dixit: in ſcamnis jam viri fortiſſimi ordine diſponantur, qvi ſudibus armati, berſerkos ad necem uſqve verberibus contundant, ferrum enim illos ſecare non valet. Poſtea berſerki cognomines intrarunt, & primum ac ſecundum ignem perruperunt, qvamvis igne magnopere ſtatim læderentur, unde, propter ardorem ignis intenſiſſimum, terrore perculſi, ſcamna petere cœperunt, ſed illi ad necem uſqve fuſtibus cædebantur, & ad rivum profundum & declivem, qvi poſtea nomen inde* Haukagil *ſortitus eſt, delati ſunt. Jam ex condicto Epiſcopus urgebat Thorkelum religionem & nomen chriſtianum ac baptiſmum acceptare debere, cui Thorkelus reſpondit: ſe omnem alium religionem aſpernari, qvam antiqvam illam Thorſteini Ingemundini, & Thoreris nutricii ſui, qvi in creatorem ſolis, omnium rerum moderatorem, crediderant. Epiſcopus regeſſit: Hanc ipſam religionem ego prædico, illo tantum cum diſcrimine, credere debere homines in unicum Deum,*

ſentes (a), usqve dum epiſcopus, a Thorkillo aliisqve exoratus, ſuo more lituum tenens, & epiſcopali ornatus amictu, aqva conſecrata flammam adſperſit; qvo factum eſſe fertur, ut berſerki igne aduſti, & a circumſtantibus, fuſtibus contuſi occiderentur, ipſe vero epiſcopus, non illæſus tantum, ſed ne veſtimentis qvidem uſtulatis ignem tranſiret. Hoc miraculo qvidam convivarum convicti, Chriſto nomen dederunt; qvidam vero idolis ſacrificare deſinentes, crucis ſignum receperunt. In his ipſe Thorkillus fuit, qvi coram univerſis confeſſus eſt, agnoſcere qvidem ſe religionis chriſtianæ veritatem, ideoqve poſthac in Deum, qvi ſolem creaſſet, credere velle, ſed hac vice in aqvam mergi nolle. Olaum autem ſocerum ſuum decrepitæ adeo ætatis ſenem, ut infantum more fiſtula ad bibendum uti neceſſum haberet, baptizari juſſit (b), qvi paulo poſt in albis deceſſit.

§. 5.

Occidentalem deinde inſulæ qvadrantem permeantes, evangelium prædicarunt, ſed pro ſolito more parum vel nil proficientes (c). Hinc comitia

Deum, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, in ejusqve nomine aqva baptizari. Maximum Thorkelo diſcrimen videbatur conſiſtere in ablutione aqva inſtituenda, eamqve mutationem ſe hac vice adhibiturum negavit, qvamvis bona ſibi cæteroqvin videretur, & in poſterum hic valituram auguraretur. Hoſpes Olaus, meus affinis, ætate provectus eſt, ille hanc religionem, & omnes alii qvibus libitum fuerit, amplectantur, ego autem illud aliqvandiu differam. Olaus exinde baptizatus, in albis deceſſit, plures convivarum baptizati fuere.

(a) Tales athletæ, antiqva lingva vocantur *berſerkir*, id eſt, nudi & ſine lorica in cædes & pugnas ruentes. Erant viri robuſti, ſed facinoroſi, & ut plurimum incantatores, qvi cutem arte diabolica induraverant, ne iis ferrum ignisve nocere poſſet. His furore percitis, ita ad tempus intendebantur vires, ut poſtea debiles & langvidi fierent. Talium in antiqvis Hiſtoriis plurima mentio, vide *Gretlam* cap. 21. pag. 97. 99. & alibi; *Hiſtor. Hervöræ* cap. 3. *Saxonem* pag. 123. & *Stephanii* ad eum notas p. 154.

(b) Thorkillus tunc temporis inter majorum gentium Proceres numerabatur. Periculum in ſocero Olao facere voluiſſe videtur, num baptiſmus plus juvaret qvam noceret. Itaqve qvoniam Olaus in albis deceſſit, Torkillus baptiſmum diſtulit, usqve ad annum 1000, qvo tandem eum recepit.

(c) Conf. *Vit. Ol. Trygg.* part. 2. cap. 15. pag. 43. his verbis: " Þeir kómu í Hvamm, " þar bió þá Þórarin Nef, ſonr Þórdar Gellis, hann átti Fridgerdi, dóttr Höfda " Þórdar. Bóndi var eigi heima, enn húsfreya tók vel vid geſtum í fyrſtu. Þór-
" valldr

comitia insulæ universalia, *Alþíng* dicta accedunt, ubi Thorvaldus habita pro rostris solenni oratione, religionem christianam pari libertate & eloqventia explicuit, svasitqve publice recipiendam. Ast probris & maledictis undiqve lacessiti, re infecta discedere cogebantur. Nam non solum Hedinus qvidam, non infimæ sortis vir, Thorvaldum multis maledictis publice excepit; sed alii etiam poëtas mercede conduxerunt, qvi probrosis carminibus nefandam illis venerem objicerent (a). Hanc contumeliam Thorvaldus minime ferendam ratus, sensus magis qvam verborum respectu habito, ira accensus, authores occidit, episcopo factum valde improbante. Nam eos qvidem mentitos fuisse, sed homines christianos inimicorum malefacta & dicta in meliorem oportere partem accipere, dixit; illi utpote viro, liberos gignere, non esse probrosum, nec sibi vitio vertendum, qvod liberos ejus portaret. Aliqvo post tempore episcopus & Thorvaldus forum provinciale Hegranefs-þíng accedunt, religionis ibi commendandæ novum facturi experimentum. Sed, ut in conspectum venere, multitudo omnis in rabiem data,

---

" valldr taldi trú fyrer henni, enn hún blótadi á móti. Skeggi sonr þeirra hafdi " hvervetna í spotti þat er Þórvalldr taladi. " ɔ: *Hvammum pervenerunt, ubi Thorarinus Nefus, filius Thordi Gelleris, habitabat, & in matrimonio habuit Fridgerdam filiam Höfdatboreris. Paterfamilias domi non fuit, sed materfamilias illos initio benigne excepit. Thorvalldus ei religionem christianam prædicavit, illa in contrarium idola adoravit. Skeggius ejus filius omnia, qvæ Thorvalldus locutus erat, sannis excipiebat.* Qvod *Historia christianismi* cap. 2. pag. 3. Edit. Schalholt. hoc modo refert: " Þórvalldr taladi trú fyrir mönnum, enn Fridgerdr var á medan í hofinu, oc blótadi, " oc heyrdi hvert þeirra ord annars, enn sveinninn Skeggi hló at þeim. " ɔ: *Thorvalldus hominibus religionem christianam prædicavit, sed Fridgerda interea in fano idola adoravit, ita ut verba utriusqve invicem audirent, puer vero Skeggius illos deridebat.*

(a) Patet id ex hoc disticho.

" Hefer börn borit
" Biskup níu
" þeirra er allra
" Þórvalldr fader. "

Qvod ad verbum translatum ita sonat:

Patre novena tulit Thorvaldo pignora Præsul.

Sed genuinus sensus est:

Patre novem peperit Thorvaldo pignora Præsul.

In voce *borit* est subtilis qvædam æqvivocatio, nam significat & *tulit*, & *peperit*. Thorvaldus mentem auctoris, Episcopus vero saltem litteram respexit.

data, clamore, ſtrepitu armorum, & lapidibus exceptos, maledictis exſecrata eſt; tantumqve abſuit, ut procedere poſſent, & inſtitutum perſeqvi, qvin ægre admodum elaberentur. Nec hoc contenti ethnici utrumqve ſolenni judicis ſententia exulem declararunt.

§. 6.

Poſtremo ethnici, exercitu ducentorum hominum collecto, Epiſcopum cum domicilio & univerſa familia combuſturi, divinitus impediti traduntur. Nam cum non longe a villa Præſulis abeſſent, complures aviculæ repente ſubvolantes, tantum eqvis incuſſerunt terrorem, ut ſeſſores dejicerent, qvo caſu alii brachia, tibias alii læſerunt, aut fregerunt, qvidam propriis vulnerati ſunt armis, qvidam eqvos amiſerunt; omnes vero male mulctati, re infecta reverſi ſunt. Hunc tumultum Præſul longo tandem tempore interjecto reſcivit; & tamen, cum ex hoc plurimisqve aliis id genus indiciis de ſucceſſu deſperaret, exacto in Islandia qvinqvennio ad exteros reverſus eſt. Thorvaldus qvidem una abiit; ſed in Norvegia in Hedinum incidens, illatæ ſibi ab eo in Islandia injuriæ memor, ipſum per ſervum ſuum interficiendum curavit; qvo epiſcopus cognito, ut iracundo & ſangvinario ſocietatem renunciavit, & deinde per Daniam in Saxoniam rediit. Thorvaldum vero, celebrioribus chriſtiani orbis provinciis peragratis, in Ruſſia demum ſenem, vita cum morte commutata, ad templum Divo Johanni ſacrum in monte qvodam provinciæ Drapn ſepultum, tradit. *Hiſtoria chriſtianiſmi* cap. 12. Brandum Peregrinatorem oculatum teſtem citans (a). Alii contra, poſtqvam imperatori Conſtan-

(a) Tota hæc de Friderico & Thorvaldo narratio ex *Vita Trygg.* part. 2. cap. 15. p. 42-47. *Hiſtoria Chriſtianiſmi* cap. 1. 2. 4. & *Vatnsdæla* deſumta eſt; qvarum loco exteris eſſe poteſt *TORFÆUS Hiſt. Norv.* Tom. II. p. 379-381. Hanc Evangelii prædicationem Islandis factam, confidenter primam vocamus. Nam per Islandos hic intelligimus colonos Norvegos, qvi ſeculo nono illuc transmigrarunt. Qvod itaqve Perilluſt. *PONTOPP.* Tom. I. *Ann.* p. 13. ex *Cent. Magdeb.* adfert (de qvo ipſe vir doctiſſimus etiam dubitare videtur) qvod epiſcopus qvidam Anglus, nomine Kentinger, circa annum 560. diſcipulos ſuos in Islandiam ad evangelizandum ablegaverit, non intelligo; cum Islandia eo tempore habitatores non habuerit, niſi per eos intelligendi ſint advenæ, aut errones illi, de qvibus ſupra cap. 1. §. 2. mentio facta eſt, qvod tamen noſtram fidem ſuperat; Graviter etiam errat auctor *marginal. Sched.* pag. 6. *Edit. Schalholt.* innuens primam evangelii prædicationem Islandis factam eſſe per Thangbrandum, qvodqve id primum Anno 999. qvorum neutrum verum eſt.

Constantinopolitano multa cum laude meruisset, monasterium tandem suis sumptibus exstruxisse, ibiqve ultimam vitæ partem caste pieqve transactam placide finiisse, referunt.

Cap. V.

De Thorvardo Bodvari filio.

§. 1.

Thorvardus, Bodvari Sapientis filius, qvem supra a Friderico baptisatum retulimus (a), triennio post, in prædio suo Ase templum exstrui curavit, idqve ethnicos pessime ussit. Horum igitur dux Klausus qvidam, vir insigniter malus, Arngeirum Thorvardi fratrem interpellat, optionem permittens, utrum sacerdotem, qvem templo præfecerat & Thorvaldo commendaverat episcopus, occidere, an templum incendere mallet? cui Arngeirus: Templum qvidem delere aut incendere utile & bonum sibi videri, sed sacerdotem occidere, ne fratris ira accenderetur, qvem leviores multo offensas acriter ultum esse sciret, cuivis suorum amicorum dissvasurum, neqve hac vice huic rei se qvicqvam immixturum.

§. 2.

Paulo post Klausus cum decem comitibus templum noctu incensurus, cum intra sepimenta, qvæ ædem cingebant, venisset, per omnes fenestras ignem & flammas, emicare conspiciens, universam domum sponte conflagrare persvasus, non tentato facinore revertitur. Paucis dehinc diebus, cum audiret templum adhuc incolume esse, assumto secum Arngeiro, conceptum animo facinus omnino patraturus, denuo templum noctu adit, effractisqve valvis, cum ignem intra limen, aridis virgultis & qvisqviliis subjectum, flatu oris pronus cieret, audito unius & mox alterius

rius

(a) Sunt, qvi Thorvardum In Anglia conversum & baptisatum fuisse asserunt, teste *GUNNLOGO* in *vita Trygg.* Part. 2. cap. 64. pag. 232; Sed plures id Friderico tribuunt; idqve anno primo, qvo in Islandia fuit, factum esse produnt; sed triennio post Thorvardus templum hocce exstruxit, Anno nimirum 984.

rius prope volantis jaculi sonitu, tertium exspectare consultum non ducens, perterritus, cursu salutem qværiturus discessit (a).

§. 3.

Non multis ab episcopi & Thorvaldi discessu elapsis annis, universam Islandiam, præcipue vero borealem partem, ingens invasit fames. In tractu *Skagafiörd* crudelis qvidam & truculenti ingenii vir, nomine Svadus tunc temporis habitavit, qvi convocatis qvotqvot undecunqve potuit, pauperibus & mendicis, prope villam suam, terram effodere & ingentem facere scrobem mandavit, qva perfecta, alimenta promisit. Læti opus adgrediuntur mendici, eoqve peracto, promissam postulant mercedem. Svadus petitis blande annuens, vilem & vetustate nutantem casulam, qvasi mensa hic cœnæ sternenda foret, omnes intrare jubet; sed cum intrassent, foribus repente clausis, firmos obdit pessulos, hanc saltem noctem illis vivendum, mane autem proximo universos occidendos, aut cum casula cremandos, & in fovea qvam fecerant, sepeliendos comminans. Qva perfidi hominis crudelitate audita, omnes in lacrymas & lamenta soluti, miserandos extollunt ejulatus, qvibus totam noctem exegerunt. Thorvardus autem Bödvari filius, primo mane villam forte prætereuns, lamentabili hac percepta voce, casulam adiit, & de re tota certior factus miseris conditionem offert, si paganam deserere, & christianam amplecti vellent religionem, se non præsenti solum periculo omnes erepturum, sed etiam tempore famis sustentaturum. Hæc cum lubentes acciperent, effractis claustris, omnes domum suam deducit & refocillatos, præmissa, qvalis tum temporis haberi poterat informatione, baptizari curat. Svadus vero, cognitis qvæ acciderant, captivos repetiturus, atqve injuriam ulturus, Thorvardum furibundus perseqvitur; sed foveam prætereqvitans, repentina morte exstingvitur, & in ea cum cane & eqvo more gentilium sepultus est (b).

CAP.

(a) Templum hoc ad tempora Botolfi Holensis episcopi sine insigni reparatione, per annos scilicet 260. permansisse refert *Historia christian.* cap. 3. pag. 4. Edit. Schalholt.

(b) Conf. *TORFÆI Hist. Norv.* Tom. II. p. 432. Svadus hic, si vera est historia, egregie fidem

CAP. VI.

De secunda evangelii annuntiatione Islandis per Stefnerum Thorgilsi filium facta.

§. I.

Cum tandem paucis interjectis annis Deo ter opt. max. arctoo orbi per evangelii prædicationem, filium suum plenius notum facere placeret, instrumentum negotio perficiendo aptissimum suscitavit, celeberrimum Norvegiæ Regem Olaum Tryggonis, cui, mox ubi ad regni gubernaculum accesserat, nihil prius, nihilqve antiqvius fuit, qvam ut veritas evangelica, in regno Norvegico, & aliis septentrionis regionibus & insulis, solenniter prædicaretur (a).

§. 2.

Erant in satellitio Regis Islandi qvidam, qvorum non ultimus fuit Stefnerus Thorgilsis filius, Helgonis Biolæ pronepos, qvi juvenis patriam reli-

---

fidem Salomonis *Prov.* 26. v. 27. liberavit. Et sane hoc exemplum non absimile est historiæ seu fabulæ, qvæ a multis auctoribus de Hattone 2 Moguntiæ Episcopo, cognomento Bonoso, qvi 967 periit, refertur.

(a) Qvid autem optimum Regem præter pietatem & amorem animarum ad hoc opus impulerit, non facile dixero; Sed non admodum falli videtur, qvi inter has causas numerare velit.

1) Morem & genium seculi; qvosvis & qvovis modo ad religionem convertendi aut cogendi.

2) Timorem qvendam; si Islandia, Grönlandia & Færöæ, aliæqve boreales insulæ gentilismo adhærerent, plurimos Norvegorum, qvi inviti religionem mutarunt, ad eos abituros, qvem ad modum Pulcricomo, formam regiminis mutante, accidit.

3) Inhibitionem scandali, ne Norvegi neophyti & in fide infirmi cum accolis gentilismo addictis in Norvegia negotiantibus, ibidemqve freqventer hyemantibus conversantes, ad hypocrisin, apostasiam, vel etiam rebellionem seducerentur. Forte & 4to. inveteratam Norvegorum cupiditatem Islandos sibi subjugandi, qvos suam esse coloniam dictitabant, qvod hoc modo seu sub religionis prætextu facillime fieri potuit, & sæpius alibi factum est.

reliqverat, & in Dania chriſtianam religionem imbiberat (a). Hunc Rex, prima ſtatim regiminis ſui æſtate, in Islandiam verbum ſalutis prædicatum ablegavit. Omnes Islandi male qvidem ipſius vero cognati & affines omnium peſſime eum exceperunt, id autem non curans per plagas, auſtralem & borealem, verbum ubiqve prædicans tranſiit, ſed plerumqve exiguo aut nullo cum fructu; qvidam enim ſalutarem doctrinam rejecerunt, qvidam etiam in horrendas blasphemias eruperunt; qvod ubi comperit, zelo & impatientia percitus, adjuvantibus decem comitibus, idola & delubra ferro & igne vaſtare cœpit. Pagani autem hæc nullo modo toleranda judicantes, Stefnerum occiſuri congregantur; ſed de re tempori certior factus fuga ad cognatorum qvosdam peninſulam Kialarnes inhabitantes, qvi reliqvorum conſiliis non conſenſerant, ægre evaſit (b). Navis ejus qvam ad oſtium amnis Gufá ſubductam reliqverat, vi aqvarum in altum propulſa, gentilibus ludibrioſi carminis materiam præbuit, ſed eam, contra omnium ſpem, paulo poſt reſtitutam Stefnerus reparari curavit.

§. 3.

Seqvente æſtate in comitiis Islandiæ univerſalibus nova lex hac occaſione promulgata eſt, qva religionem chriſtianam annunciantibus & amplectentibus aqva & igni interdictum, cognatiqve rei aut affines intra qvartum gradum actionem inſtituere juſſi (c); chriſtianam enim religionem,

 ut

(a) Stefnerum in Islandiam ab Olao Rege anno 996. ablegatum fuiſſe cenſemus, ſeqventes auctoritatem *vit. Trygg.* part. 2. cap. 19. pag. 62. *id factum eſſe prima æſtate, qva ſceptrum tenuit Norvegicum.* Sed id accepit non per mentem *Goe* (qvi ex parte convenit cum noſtro Martio) 996, ut vult *Hiſtoria Chriſtianiſmi* cap. 6, qvam ſeqvitur doctiſſimus *ARNGRIMUS Crymog.* libr. 1. cap. 10. pag 103. ipſumqve alii gregatim. Sed circa initium hyemis 995, ut ex laudata *Olai Regis Vita* abunde probari poteſt. Omnes enim hiſtoriæ conſentiunt, qvinqvennio eum Norvegis imperaſſe, ſubſcribente eodem *ARNGRIMO* in *Comment. de Islandia* fol. 51. Sed deſiit Olaus regnare 5. Idus ſeptembris anno 1000. Prima igitur ejus regiminis æſtas fuit 996. conf. *vit. Trygg.* part. 2. cap. 3. 16. 19.

(b) Qvosdam Stefneri cognatos, veræ religionis qvalemcunqve cognitionem habuiſſe, non omnino negaverim. Nam nepotes & abnepotes Helgonis Biolæ erant, qvi religione chriſtiana imbutus in Islandiam venerat, camqve ad mortem usqve retinuerat, ut ſupra cap. 3. §. 6. relatum eſt.

(c) Stefneri vaticinium anno 1002. impletum eſt; tunc enim omnes Oſvifi filii ob cædem Kiartani

ut summum familiæ dedecus, & totius reipublicæ dehonestamentum abominabantur. Stefnerum itaqve cognatorum qvatuor, Osvifi Helgonis, qvi Sapiens dictus, filii in jus vocarunt, & peregrinæ seu legibus prohibitæ religionis reum egerunt. Qvo ille audito, spiritu afflatus prophetico, sibi exilium injuste irrogatum non nociturum, ipsos vero, paucos intra annos, ob flagitia qvæ perpetraturi essent, jure talionis mulctandos prædixit, qvod & exacto qvinqvennio evenit. (a).

§. 4.

His ita gestis Stefnerus, irrita fore prævidens qvæcunqve religionis causa moliretur, ad Regem Olaum illico revertitur, optime ab eo exceptus. Hic postqvam regno discederet, peregrinatione suscepta, supra memoratum Thorvaldum Kodrani convenisse, & cum eo terram sanctam, aliasqve celebriores christiani orbis provincias lustrasse dicitur. Deniqve hinc redux, in Dania, audito Olaum Regem a Sigvaldo Comite deceptum, in hostium insidias incidisse, acre qvoddam condidit carmen, qvod in sui contumeliam factum intelligens Sigvaldus, Stefnerum occidi fecit. (b).

CAP.

Kiartani Olai filii, qvem ex insidiis adorti fuerant, in exilium acti sunt. Vide *Laxdælam.* & *Vitam. Tryggonis* part. 2. cap. 73. p. 255.

(a) Vid. *Vit. Olai Trygg.* part. 2. cap. 19. pag. 63. *Histor. Christ.* cap. 6. pag. 8.

(b) *Historia Christianismi* cap. 12. Sed *Vita Trygg.* part. 2. cap. 19. Stefneri fata hoc ordine narrat, scilicet illum statim ut in Dania juvenis admodum Christo nomen dederat, peregrinationes exorsum, in his Thorvaldum Kodrani convenisse, eoqve comite longe lateqve eas continuasse, donec in septentionem reversus ad Regem *Olaum Tryggonis*, in terris, qvas occidentales (magna Britannia insulæqve adjacentes intelliguntur) nostri vocant, tunc morantem pervenerit, & cum eo Norvegiam repetierit. Ex Islandia redux eodem Auctori part. 2. cap. 100. p. 308. in aula permansisse traditur, Regemqve tandem in Vandaliam secutus, verum præter voluntatem ab eo diremtus, cum in una earum navium esset, qvæ imprudentes Dominum in insidiis reliqvere; post, excessu regis cognito, tædio Norvegiæ captus Romam petiisse, cumqve inde rediret in Dania a Comite Sigvaldo occisus. Cetera de eo conf. *TORF. Hist. Norv.* Tom. II. pag. 378. 397.



Cap. VII.

De tertia evangelii annunciatione Islandis per Thangbrandum facta.

§. I.

Primus optimi Regis conatus, etsi optato ſucceſſu deſtitueretur, non tamen deſtitit ille; ſed eadem æſtate, qva Stefnerus ex Islandia re infecta rediit (a), Thangbrandum, ex nobili Germano pugile aulicum Concionatorem factum, in Islandiam miſit, incolas verbum Dei docturum qvem ad orientale inſulæ latus, prope ſinum Alſtafiord appellentem, cognito, eum cum ſociis, chriſtianum eſſe, incolæ nec in portum deducere, nec cum eo colloqui dignabantur. His preſſus difficultatibus, celebrem virum, Hallum de Sida adit, ipſumqve, Regis nomine ſalutatum, ſuppetias orat. Hic etiam eum, Regis ergo benigne excepit, & non procul a villa ſua tabernaculum, ipſi cum ſociis per inſtantem hiemem habitandum erigi curavit, ſubminiſtratisqve omnibus neceſſariis, ſæpe eos conveniens, & interdum diu cum iis permanens, benignum ſemper & affabilem illis ſe præbuit. (b).

§. 2.

Pridie feſtum Michaelis, ad horam tertiam pomeridianam, Thangbrandus ſuos a conſvetis laboribus qvieſcere juſſit. Hoc miranti, cauſamqve percontanti Hallo, Thangbrandus reſpondit: craſtinam diem Ar-

(a) *Vita Trygg.* part. 2. cap. 58. pag. 214. expreſſe dicit, Thangbrandum ab Olao Tryggvino in Islandiam miſſum, *cum biennio regnum tenuiſſet*; id erit anno 997; nam Thangbrandus biennium ad minimum in Islandia transegit, ſed 999. inde abiit; unde patet anno 995. Olaum regnare cœpiſſe, ut ſupra oſtenſum eſt cap. 6. §. 2. pag. 51.

(b) Hallus de Sida idem non eſt ac Hallus de Haukadalo, ut putat *BUSSÆUS*; ille enim provectæ jam ætatis, anno 998. a Thangbrando baptiſatus fuit, ut mox dicetur, conf. *Sched.* cap. 7. pag. 34. Edit. Havn. Sed hic a Thangbrando anno ſeqventi 999. triennis baptizatus fuit, mortuus tandem anno 1090. ætatis 94, conf. *Sched.* cap. 9. pag. 58.

changelo Michaëli facram effe; rurfusqve roganti: qvis, qvalis, qvantus ille effet? regeffit: *Michaëlem Archangelum non effe hominem, fed a Deo omnipotente creatum fpiritum, Angelorum qvos Deus, ut contra diabolum ejusqve cohortes militent, & fideles ab horum infidiis & infultibus protegant, in excubiis difp fuit, Principem. Proprium autem & huic officium effe, animas fidelium, a corporibus disjunctas, in æternam vitam introducere, in qva nec mortem, morbum, dolorem, lacrymas, nec ullam miferiam æternum fentiant, fed ineffabili gaudio, honore, amore, fanitate, fanctitate & omnimoda profperitate & beatitudine nunqvam finienda fruantur, fimiles factæ ipfis Angelis, qvorum claritas folis fplendorem, fragrantia omnem dulcedinem, celeritas, efficacia, & fortitudo omnem humanam cognitionem fuperet. Eorum multitudinem omnino effe innumerabilem, nam divifos effe in novem ordines, qvorum qvivis fibi peculiare minifterium a deo conftitutum habeat. Aliorum enim effe diabolo ipfiusqve angelis refiftere; aliorum fideles chriftianos a malis & periculis protegere & confervare; aliorum ante thronum Dei ftare, ipfiqve miniftrare; creatorem autem laudare, venerari, ipfius gloriam admirari, faciemqve æternum intueri, omnium commune officium & delectationem effe.* Qvibus a Thangbrando dictis Hallus: *valde,* ait, *potentem eum effe oportet, omninoqve omni humano fenfui incomprehenfibilem, cui tot talesqve miniftrent Angeli.* Domum vero reverfus, *Thangbrandus*, inqvit, *& ejus focii cras feftum uni Deorum fuorum celebraturi funt. Itaqve nos etiam, mores eorum adftantes obfervaturi, a laboribus ceffabimus.*

§. 3.

Poftridie ad tabernaculum properans, non procul fe cum fuis tenuit. Hic cum campanarum fonum & nolarum tinnitum, dulcemqve fcite cantantium harmoniam, qvalem nunqvam antea audiverant, perciperent, valde qvidem admirati funt. Sed cum officium miffæ a clericis pretiofiffimas indutis veftes peragi viderent, & fragrantem incenfi odorem olfacerent, fere obftupuerunt; domum vero petentes, ritus & ceremonias chriftianorum fummis laudibus extollebant. Thangbrando poftea monere non defiftenti, ut chriftianam religionem amplecteretur, Hallus tandem conditionem obtulit: *domi fuæ duas effe vetulas, pannis & annis obfitas, qvin adeo effætas, ut lectum nunqvam relinqvant, faceret igitur periculum,*

easqve

easqve baptizaret. Si enim illæ, viribus destitutæ, & morti vicinæ, motionem e lecto & trinam in aqvam immersionem, sine vitæ periculo perferre possent, aut aliqvantulo melius inde se haberent, baptismum non esse inefficacem, aut insalubrem videri, & tunc se suosqve eum etiam accepturos fore spondebat (a).

§. 4.

Vetulæ deinceps jussu Halli, affirmata tamen ante de fide in Trinitatem, triplici lustratoris qvæstione, & petito pro more baptismo, Thangbrandum se ter in aqvam immergere & albis deinde vestibus induere sinunt. Postridie Hallo, sciscitanti, qvomodo se haberent, ambæ simul respondent: *satis bene; Non enim se præter consveta senectutis incommoda sentire; & si qva valetudinis facta sit mutatio, in melius factam esse.* Hoc ille non vulgariter lætatus responso, se suosqve omnes pridie Paschatos in rivulo prope prædium lustrari fecit, cui Thangbrandus inde nomen *Thvottá* (amnis lavacri) imposuit.

§. 5.

Proxima æstate Thangbrandus cum Hallo, universalia comitia aditurum se profitebatur. Qvod ubi ad ethnicorum aures pervenit, immani & plusqvam vatiniano in eum odio & furore accensi, famosissimum incantatorem, Hedinum nomine, ut necromanticis artibus terram sub eo diffinderet, in cujus hiatum delapsus suffocaretur, mercede conduxerunt. Hoc & eatenus prope villam Kyrkiubai factum esse fertur, ut eqvus periret, Thangbrandus vero mira Dei gratia & comitum auxilio incolumis evaderet. Thangbrandus cetera inter faciendum iter, verbum Dei passim prædicavit, multosqve, qvorum Gissurus Albus, ejusqve gener Hialto Skeggonis nobilissimi erant, conversos baptizavit. A comitiis eam borealis plagæ partem, qvæ orientem spectat, permeans, non paucos baptizavit (b).

§. 6.

(a) Eadem Hallo mens fuisse videtur ac Thorkillo Kraflæ, de qvo supra cap. 4. §. 4.

(b) Conf. *Historia Christianismi* cap. 8. pag. 11. *Vita Olai Trygg.* part. 2. pag. 218.

§. 6.

Interim Thorvaldus Veilus & Veturlidus Poëta ignominiosis carminibus eum lacessunt, qvi injuriarum impatiens, Gudleiso, aliis Gudleifo Aronis opitulante, utrumqve occidit, qvapropter in jus vocatus seqventibus comitiis mortis reus judicatur (a). Parum itaqve se in religionis negotio effecturum prævidens, Norvegico se itineri accingit. Ast in altum provectus, contrario vento & æstu maris diu multumqve jactatus, tandem ad oram Islandiæ prope sinum Borgensem repellitur. Hic non solum omnibus invisus, sed etiam ad victum necessariis destitutus, a Kolo qvodam divite rustico, pretio oblato, cibaria expetens, repulsam tulit. Urgente itaqve necessitate, justo relicto pretio, ciborum qvantum opus fuit, invito domino aufert. Hoc non ferens Kolus, ducto in partes suas Skeggbiörno qvodam & manipulo hominum collecto Thangbrandum inseqvitur. Acri commisso prælio, Thangbrandus duos, hostes vero novem & in his Skeggbiornonem desideraverunt (b). Hæc audiens Gissurus Albus, Skalholti habitans, Thangbrandum, ut apud se instantem hyemem diverteret, invitavit. Thangbrandi navem, perinde ac Stefneri, ventorum vis & aqvarum profluvia in altum evehunt, sed aliqvanto post valde tamen læsa, illa repellitur; qvæ res ethnicis poëmatum qvorundam occasionem subministravit.

§. 7.

Primo vere Thangbrandus Gestum Oddleifi conventurus, occidentem versus proficiscitur. Illic eum athleta qvidam ad singulare provocat certamen, jactans visis suis artibus, secum congredi non ausurum, se enim nudis pedibus ardentes ignes illæsum conculcare, hastæqve mucroni pectus impingere. Thangbrandus Deo eventum committens, ignem consecravit, & cuspidem cruce signavit, qvo facto furibundus ille jactator, igne

(a) Famoso carmine traduci summa semper habebatur injuria, nec facile talem maculam famæ adspersam, nisi humano sangvine elui potuisse, innumera exempla probant.

(b) De prælio inter Thangbrandum & Kolum commisso tacent *Scheda* & *Vita Tryggonis*, sola *Historia Christianismi* ejus mentionem faciente. Sed de rei veritate non videtur dubitandum, nam nomina propria locorum adhuc durantia, ex his rebus nata, idem testantur.

igne pedes læsus, proprio mucrone transfigitur. Hoc convictus miraculo Gestus, cum aliis qvibusdam christianam amplectitur religionem. Hinc Thangbrandus discedens, refectam interea navim conscendit, & postqvam Islandis, se haud minus ensium, qvam clavium usum callere probaverat, in Norvegiam renavigavit (a).

CAP. VIII.

De Hialtone Skeggonis, & Islandis qvibusdam in Norvegia conversis.

§. I.

In comitiis Islandiæ universalibus, qvæ Anno 999. habebantur, de religione, qvam prædicaverat Thangbrandus, multi multa loqvebantur, magnumqve erat partium studium; christianis idola, gentilibus verum Deum conviciis impetentibus. Tunc Hialtoni Skeggonis poëma qvoddam excidit (b), qvod tantopere ethnicis displicuit, ut Runolfus Prætor,

(a) *Historia Christianismi* vult Thangbrandum in Islandia triennium transegisse, binas scilicet priores hyemes cum Hallo de Sida, tertiam cum Gissuro Albo: Sed *Schedæ* & *Vita Trygg.* biennii tantum hic transacti mentionem faciunt, qvod etiam verius est. Nam 997. huc venit, & 999. rursus abiit. Plura de Thangbrando lege infra cap. 11. §. 5. Auctores de eo præcipui sunt, præter *Schedas* ed. Isl. pag. 6. & 7. *Historia Christianismi* cap. 7. & 8. & *Vita Tryggonis* Part. 2. cap. 58. pag. 215. 220. Singulorum autem relationes studiose collegit *TORFÆUS Hist. Norv.* Tom. II. pag. 397. inprimis vero pag. 417. 422. Ei similes Theologi Ecclesiam duplici modo militantem esse ostendunt.

(b) *Schedæ* cap. 7. pag. 38. & *Historia Christianismi* cap. 9. pag. 13. carmen Hialtonis mutilum adferunt; sed *Vita Tryggonis* & *Niala* integrum recitant, conf. & *GUDMUNDI ANDREÆ Lexicon* in voce *tveir*, unde id supplevimus. Carmen tale fuit:

" Vil eg eigi god geyia,
" grey þyker mer Freya.
" Æ mun annat tveigia
" Oþinn grey edr Freya. "

Cujus

tof illico ei dicam ſcriberet, & blaſphemiæ reum factum exilio mulctaret. Exactis itaqve comitiis, Hialto ipſius furori ceſſurus, cum ſocero ſuo Gilſuro Albo, Norvegiam petere conſtituit. Navim, qvam domi ſuæ Hialto (a) conſtrui curaverat, ſecundum amnem Rangá ad mare deducens, a nebulone qvodam capitis reo, qvem ei percuſſorem Runolfus ſubornaverat, ſecuritatem ſpondens, ſi facinus perficere poſſet, jactu haſtæ impetitur; ſed hoc prudenter declinato, ſeu clypeo excepto, captum a ſuis hoſtem, non tantum impunitum eſſe permiſit, ſed etiam ſocium itineris adſciſcendo ſecurum fecit.

§. 2.

Nidaroſiæ tum temporis multi Islandi convenerant, qvorum nonnulli, ab anno 996. (b), accepta fide & religione chriſtiana, Regi adhæſerant. Horum

Cujus tenor hic eſt:
Nolo Numina ethnica infeſtare
caniculam exiſtimo Venerem.
Semper erit alter utrum
Othinus canis aut Venus.

(a) Hialto qvidem domi ſuæ navem fabricaverat; verum, ut puto, non ex materia innata, ſed maxima ex parte illata & aliunde advecta: Nam licet Islandia, teſte *ARIO Sched.* cap. 2. plurimis in locis ſylva ſeu betula conſita fuerit, tantæ tamen molis aut craſſitiei non fuit, ut naves, præſertim capaciores, exinde ædificari poſſent. Hinc templa aut domus elegantiores ædificaturi, materiam ex Norvegia advexerunt. Idem & de Arangi navigio cenſemus, cujus *Landnama* Part. I. cap. 14. pag. 16. mentionem facit. Sed dormitat Conſultiſſimus *BUSSÆUS*, vertens hæc *ARII* verba *Sched.* cap. 2. pag. 10. " I þann tíd var Island vidi vaxit: " hoc modo: *Ea tempeſtate erat Islandia ſalicetis conſita.* Nam aliud eſt *Vidr*, latine ſylva, materia, (utrumqve enim ſignificat) unde formatur Abl. ſingl. *Vidi;* Aliud *Vider*, latine ſalix, qvod Ablativ. format *Vidi, ARIUS* ſcripſit., vidi vaxit. Vertendum itaqve fuit: *Ea tempeſtate Islandia erat ſylvulis* (vel betulis) *conſita.* Nam præter betulam, eamqve ſubinde craſſiorem, juniperos minores & rariores, ſalices qvandoqve & virgulta, paucas populos tremulas, imo & ſorbos ſed rariores, ad magnam tamen altitudinem qvandoqve pervenientes, aliud Islandia ligni genus non profert. Sed hæc in tranſitu.

(b) Kiartanum, Hallfredum & alios, qvorum nomina hic recenſentur, anno 999. ad Olaum veniſſe ſtatuit *Hiſtoria Chriſtianiſmi* cap. 10. pag. 14. ſed perperam; Nam ex *Vita Hallfredi* in *Hiſt. Trygg.* collata cum *Laxdæla*, manifeſtum eſt, id factum eſſe anno 996. Hallfredus enim primam hyemem in aula Regis transegit, deinde biennium in Gothia

Horum principes erant. *Kiartanus Olai*, *Bollus Thorleiki*, *Hallfredus Poëta*, *Kalfus Asgeiri*, *Brandus Vermundi*, & fratres duo *Biarni Breidejensis filii*, qvorum cuiqve fui erant afleclæ fociiqve navales. De Hallfredo refertur, qvod fidem & religionem chriftianam recipere abnuerit, nifi ipfe Rex eum ex facro lavacro fufciperet, feu compatrem ageret (a). Cujus & voti humaniffimus Rex compotem eum haud invitus fecit. Kiartanum vero Rex, non tantum ob generis nobilitatem (erat enim Kiartani Hiberniæ Reguli ex filia nepos), fed & ob formam, fortitudinem, morum civilitatem, & ingenium qvarumvis artium capax, tanti fecit, ut a fe dimittere nollet (b).

§. 3.

Nonnulli autem hoc anno, qvi 999. eft, ex Islandia advenerant, qvorum primipili fuerunt, *Halthorus Gudmundi*, *Kolbeinus Thordi*, *Svertingus Runolfi*, *Thorarinus Nefjulfi*, omnes primatum Islandiæ filii, & propriam qvisqve regens navim, fed cum fociis paganæ adhuc religioni adhærentes (c): Hos Rex (cui Thangbrandus inter hæc ex Islandia redux, qvæcunqve illic perpeffus fuerat, retulerat, addens impoffibile futurum Islandos unqvam ad religionem chriftianam adducere) ira æftuans, partim compedibus ligandos, partim facultatibus fpoliandos, partim membris truncandos, partim etiam neci dandos, pronuntiavit: Tum Giffurus, qvi non tantum in Islandia Thangbrandum in Regis gratiam hofpitio exceperat, fed & ipfum Regem tertio confangvineitatis gradu attingebat, cum genero fuo Hialtone, Kiartano Olai, & aliis Islandis, qvi Chrifto nomen dederant, Regem adiit, non minus audacter qvam prudenter ipfi votum,

 qvod

Gothia vixit, ibiqve uxorem duxit, & fobolem procreavit. Deinde ad Regem rediit, & qvartam cum eo hyemem fuit, anteqvam Islandiam repeteret, qvod anno 1000. factum eft.

(a) Hallfredus hic fuit Poëta & pugil fui temporis celeberrimus; de Rege Olao, nec non Comitibus Hacone & Erico carmina encomiaftica compofuit. Plurima de eo *TORFÆUS Hift. Norv.* Tom. II. pag. 466. 483.

(b) Hiftoriæ Kiartani auctores funt *Laxdæla* & *Vita Tryggvini* Part. 2. cap. 22. 72. 73. qvos feqvuntur *ARNGRIMUS Crymog.* pag. 139. & *TORFÆUS Hift. Norv.* Tom. II. pag. 483. 491.

(c) Hi ad Regem anno 999. acceflerunt, ideoqve cum prioribus (§. 2.) non confundendi.

qvod dudum fecerat, in memoriam revocans. Dixerat enim Rex, se qvodvis crimen culpamve condonaturum, modo reus pœnitentiam ageret, & religionem christianam admittere vellet. Addit præterea Gissurus, Thangbrandi relationem omni ex parte veram non esse; Islandos enim certe cum tempore fidem & religionem christianam accepturos, modo leniter & sapienter annuncietur; Ipsum vero illic, qvemadmodum & antea in Norvegia fecerat, parum qviete processisse, & homines qvosdam occidisse, qvod a peregrino, & novæ religionis præcone, pati noluerint.

§. 4.

Hæc Rex vere & sapienter dicta esse agnoscens, hac vice ait, se Islandis vitam & securitatem concessurum, dum modo Gissurus & Hialto negotium religionis in Islandiam introducendæ & promovendæ in se suscipere velint, & sancte promittant, sua auctoritate & ministerio effecturos, ut Islandi ad veri Dei cognitionem perducantur. Sed dum rei eventus exspectetur, qvatuor Islandicæ juventutis nobilissimis, Kiartano Olai, Halthoro Gudmundi, Kolbeino Thordi & Svertingo Runolfi, obsidum loco secum manendum fore. Hac a Hialtone & Gissuro accepta conditione, Rex obsides recepit, reliqvis vero commeatum dedit, qvi omnes paulo post, Rege multum gaudente baptizati sunt (a).

Cap. IX.

De qvarta Evangelii annunciatione Islandis per Gissurum & Hialtonem facta.

§. I.

Ineunte vere Gissurus & Hialto itineri in Islandiam sese accingunt; qvod licet Hialtoni, publica auctoritate in exilium acto, multi dissvaderent, non

(a) Cum eis, qvæ hoc capite dicta sunt, conferendus *TORFÆUS Hist. Norv.* Tom. II. lib. 9. cap. 30. 31.

non tamen absterreri potuit, qvin cum socero proficisceretur. Assumto itaqve Thormodo sacerdote, aliisqve ecclesiastici ordinis viris, ut & materia templo condendo præparata, qvam Rex, cum aliis, ad profectionem & negotii expeditionem necessariis, ipsis dari mandaverat, solvunt. Iter feliciter cessit; salvis enim suis omnibus, decem exactis æstatis hebdomadibus, ad insulas Vestmannicas appulerunt. Exonerata navi, locum sacræ ædi condendæ aptum, forte eligunt; Regis enim jussu in loco, ad qvem primum appellerent, condendum erat. Biduo tantum (a) in insulis consumto, in continentem se conferunt, qvam eodem die, qvo ad comitia confluebant incolæ, attigerunt.

§. 2.

Hinc extemplo iter ad comitia instituerunt, qvod per Runolfi (Hialtonis infensissimi hostis) ditionem periculosum valde & difficile erat. Nam omnibus ejus subditis, eqvos subtrahentibus, & commeatum præbere abnuentibus, usqve ad villam Skeggonis, cujus filius Thorvaldus, Hialtonis sororem in matrimonio habuit, pedibus iter facere cogebantur, a qvo eqvis aliisqve necessariis instructi, Laugardalum tendunt (b) Hic Hialtoni, ut cum duodecim viris remaneret, ægre persvadent. Gissurus vero cum reliqvis ad locum stagno Olfusvatni propinqvum, Vellankatla dictum, perrexit. Illinc nuntio ad comitia misso, petitum, ut ipsis auxilio amici & cognati qvantocius properarent, qvippe inaudiverant, fore, ut

(a) *Historia Christianismi* cap. II. pag. 17. vult Gissurum & Hialtonem duas hyemes in insulis Vestmannicis mansisse, qvod recitasse est refutasse; *Vita Trygg.* Par. 2. pag. 239. qvinqve dies; Sed *ARIUS Sched.* cap. 7. pag. 38. Ed. Havn. eos extemplo continentem petiisse refert. Qvas diversas Auctorum relationes conciliaturi, in *Historia Christianismi* legendum putamus II *netr* pro II *uetr*, leviuscula unius literæ mutatione, & tunc omnia bene cohærent, & cum aliis notis, qvibus tempus describitur, conveniunt. Omnes enim fatentur Flosonem Thordi eodem die tesqva Arnarstakensia transiisse, qvo illi ad ostium Dyrholense pervenerant, postridie ergo ad insulas appulerunt, & biduo post in continentem se contulerunt, qvod eodem die factum est, qvo incolæ ad forum generale confluere solebant, & hoc triduo Floso iter ad comitia commode absolvere potuit.

(b) Hialto non in ipso prædio Laugardalo, ut vertit *BUSSÆUS*, sed in tractu Laugardalensi, id est *Valle thermarum*, qvæ circiter duo milliaria a Comitiorum loco distat, remansit.

ut inimici armata manu illos a comitiis repellerent. Prius vero, qvam loco moverent, Hialto, moræ impatiens, cum sociis improviso adfuit; & mox, qvos desideraverant, amicos & cognatos obvios habentes, ad Comitia, ab Asgrimo Ellidagrimi hospitio recipiendi perrexerunt. Ethnicis vero se armatos sistentibus, non multum abfuit, qvin in mutuum conflictum corruissent, ni tanto malo iterum cessissent, & sedatiores qvidam intercessissent.

§. 3.

Postridie, missa a Thormodo sacerdote solenniter peracta, Gissurus & Hialto, septem comitati clericis, sacras indutis vestes, binas cruces & thuribulum cum incenso portantibus, cujus fragrantia tam contra, qvam secundum ventum percepta esse fertur, in comitia prodeunt. Negotium deinde, qva cum plebe id communicari consultum videbatur, tanta facundia (a) publice exponunt, ut omnibus essent admirationi, qvin nemo contra hiscere auderet. Nihil autem effectum, nisi ut, testibus ultro citroqve nuncupatis, Christiani & Ethnici mutuæ societati renunciarent. Nam tribus abhinc annis christianos tanqvam publicum propudium e republica eliminandos, & morte aut exilio puniendos esse lege sancitum fuerat (b).

§. 4.

Hæc dum geruntur, cursor qvidam in forum venit, subterraneum ignem tractum Olfusensem vastare, & prædium Thoroddi Prætoris in magno esse periculo, nuncians. Hoc ethnici audientes: *non mirum*, inqviunt, *est*, *si Dii ob præsentes novitates*, *resqve iis exosas*, *qvæ jam geruntur*, *ira æstuent.* Snorro autem Helgfellensis, ethnicus ipse, interrogando respondit. *Qva qvæso de causa fervebat ira Deorum*, *cum flagrarent petræ*, *qvas jam calcamus?* (c) eoqve effato os ipsis obligavit. Est enim, comi-

(a) Gissuri & Hialtonis facundia dicitur etiam Olao Regi admirationi fuisse, & multum laudatur *Vit. Trygg.* part. 2. cap. 60. pag. 222.

(b) Vid supra cap. 6. §. 3.

(c) Ex hoc Snorronis responso patet, ipsum & plures Primatum crypto-christianos & in conscientia de gentilismi vanitate convictos fuisse, licet *veritatem in injustitia detinerent;*

comitiorum regio circumqvaqve aſpreto conſtans. His utrinqve dictis factisqve, ad tempus in tabernacula ſe recipiunt.

§. 5.

Incolis cetera, ut nuper diximus, diviſis, chriſtiani Hallum de Sida rogarunt; vellet chriſtianiſmo dignas & proficuas leges ferre; Verum ille tantum negotium prudenter declinavit; Novit enim vir ſagax, leges a Chriſtiano latas, Ethnicos haudqvaqvam ratas habituros. Data igitur pecunia, trium marcarum argenti, Thorgeirum Lioſavatnenſem tum temporis Nomophylacem, ethniciſmo adhuc addictum, eo perduxit, ut id muneris in ſe ſuſciperet; antea tamen ab eo, ut tres articulos, qvos Giſſurus & Hialto dictabant, legibus rogandis insereret, ſtipulatus (a). Qvo facto, Thor-

---

rent; ad qvod eos præter inſitam contumaciam & avitæ religionis amorem, etiam metus, ne annuum tributum delubro & idolis, qvorum erant curatores, debitum amitterent, impulit, perinde ac Demetrium & ſocios, *Act.* 19. v. 24-27. Nam qvam primum religio chriſtiana in Islandia cœpit prædicari, qvidam incolarum, idolis tributa pendere detrectarunt, ut ex *Hiſtoria Chriſt.* cap. 2. pag. 4. ſupra cap. 4. §. 2. eſt oſtenſum.

(a) Articuli illi teſte *Vita Trygg.* Part. 2. cap. 62. pag. 241. ſunt tres priores in legibus a Thorgeiro promulgatis, moxqve inſerendis. De qvantitate autem pecuniæ, qvam Hallus Thorgeiro dedit, non convenit inter Auctores. *Hiſtoria Chriſtianiſmi* dicit, fuiſſe ſemi centum argenti ɔ: " Hálft hundrad ſylfrs. " *Niala* autem numerat tres marcas argenti, qvæ toto diſtant cœlo, & invicem conciliari impoſſibile eſt. Cum vero prima vice hic nobis ſeſe offerant antiqvæ monetæ nomina, eademqve ſæpius occurſura fore nullum ſit dubium; operæ pretium ducimus, ut hic paucis ea explicemus, qvalia ſunt. *Pening*, *Alin*, *Ortug*, *Eyrir*, *Mörk*, *Hundrat*. Pening, *nummi minuti*, mentionem facit *SNORRO STURLÆUS* in *Vita Haralldi Grafelldi*, dicit enim, *qvemvis Islandorum dediſſe Eivindo Poëtæ tres nummos argenti*; Similiter *ARIUS* in *Schedis* de Grimo Geitſkó: " Hönum gaf hver madr. einn pening á landi hér. " ɔ: *Illi qvivis incola hujus terræ unum nummum dedit* cap. 3. pag. 16. Conf. *Jus Eccl. Arnæ Epiſcopi* cap. 31. ubi nominatur " einn peningr talinn, eþr nockut " þat annat, ſo at tío menn gialldi álnar virdi, " ɔ: *nummus mercium aut tale qvid, qvod decies ſumtum unam ulnam conſtituat.* Unde patet, antiqvos habuiſſe minutiſſimos nummos, qvorum decem valebant unam ulnam, ſed ſinguli $2\frac{1}{2}$ unum obolum Danicum. Alin, *ulna*, ɔ: ulna panni Islandici craſſioris, æqvabat 10. nummos Islandicos, ſed 4. obolos Danicos. *Ortug* dicit Perilluſtr. & Doctiſſ. Norvegiæ Cancellarius *BIELKE* in *Gloſſario juridico* eſſe " toe hvide Danſke, men en gammel " Ortug

Thorgeirus se extemplo in tentorium recipiens, lectum petiit, straguloqve involutus, totum diem noctemqve seqventem, ne verbulum qvidem proferens, decubuit.

§. 6.

" Ortug halv anden Skilling. " Plurimi nostratium antiqvariorum volunt *Ortug* esse idem ac *Rigsort* ɔ: qvartam Joachimici partem; Sed Doctiss. noster *VIDALINUS* in commentario de vocibus *Mörk*, *Eyrir*, *Ortug*, invictis argumentis evicit, Ortug valuisse duas ulnas ɔ: octo obolos Danicos. *Eyrir* varii fuit, tam generis ut *Eyrir gulls*, uncia auri, qvi valebat 60. mercium uncias, & *Eyrir sylfurs*, qvi nunc qvatuor, nunc sex mercium uncias valebat, ut postea dicemus; qvam pretii, occurrit enim *tólf álna Eyrir*, *niu álna Eyrir*, *sex álna Eyrir*, & *þriggia álna Eyrir*, teste eodem *VIDALINO*. In Islandia autem communissimus fuit *sex álna Eyrir*, de qvo hic agimus, qvi 60. nummos, 6. ulnas, sed 3 Ortug continebat. *Mörk* fecit octo uncias, seu 48. ulnas. *Hundrad* ɔ: Centum majus, seu centum & viginti, ita dictum a centum (ɔ: centum & viginti) ulnis, qvas continebat, adeo ut centum, seu hundreda in se haberet 1200. nummos, 120. ulnas, 40. ortug, $2\frac{1}{2}$ mörk, circa qvæ notandum venit:

1) Has voces seu monetæ nomina, licet qvædam videantur ponderis genus notare; hic tamen reveva ad monetam pertinere, eamqve illis inscriptam aut signatam fuisse, & præterea etiam eadem ad merces translata fuisse, ut in " Alin, Eyrir, " Mörk, Hundrad *Vöru* " ɔ: ulna, marca, centum, *mercium*.

2) Qvod hæc duplici modo computabantur, aliud enim Eyrir, Mörk, &c. *communis*, qvæ etiam *talinn* ɔ: numerata vocabatur, qvæ ad merces & forte vilius metallum pertinebat, aliud Eyrir, Mörk &c. *Sylfurs*, qvæ plerumqve *veginn* ɔ: ponderata appellabatur; Ubi bene observandum est, qvod ubicumqve monetæ aut summæ nominatæ subjungitur vocula *Sylfurs*, ex. gr. tot unciæ *Argenti*, marcæ *Argenti*, aut hundredæ *Argenti*, ibi semper intelligenda est moneta, aut argentum ponderatum, qvod viliori metallo & mercibus, qvadruplo aut sextuplo, pretiosius fuit, qvæ disparitas ex raritate argenti proveniebat, nam *Omne rarum carum*.

3) Notanda est distinctio inter " brennt sylfur hvítt í skör, " ɔ: *argentum defæcatum in fracturis album*, cujus unica uncia valuit 36. ulnas, seu 6. mercium uncias, vid. *Grágás* & *L. L. Island.* Tit. *Kaupab.* cap. 5. & " lögsylfur bleikt í " skör, " *argentum commune, qvod fractum colorem habuit pallidum* aut gilvum, " enn þat er lögsylfur, er meiri hlutr er sylfrs enn messingar " *est autem argentum legitimum, qvod plus continet argenti qvam æris.* Cujus uncia valuit qvatuor mercium uncias, sive oras, cum sextante ɔ: 25. ulnas vel semimarcam & semi-ortug, ut patet ex *Grágás* loco citato: " Þat var jafnmikit se kallat, hundrat sylfurs, sem CCCC. " og XX. álna vadmála, og verdur þá ad hálfri mörk vadmála eyrer. " ɔ: *æqvalis pretii statuebatur hundreda argenti, ac qvatuor hundredæ & viginti ulnæ panni vilioris, ita ut semimarcha talis panni æqvivaleat ora.* id est Eyrir sylfurs (ɔ: bleikt í skör) valet

§. 6.

Interea ethnici ſuorum qvalecunqve concilium cogunt, in qvo tandem Deos humani ſangvinis ſacrificio, ne religio chriſtiana invaleſceret

---

ſemimarcam. Utitur hic Auctor numero rotundo ſemimarcæ, qvæ 24. ulnas valet pro ſemimarca & ſemi-ortug :: 25. ulnis, qvæ hic argenti unciam faciunt. Omnia hæc ſi accurate obſerventur, patet Hallum dediſſe Thorgeiro, aut ſecundum *Nialam* tres marcas, id eſt 24. uncias; aut ſecundum *Hiſtoriam Chriſtianiſmi*, " hálft " hundrad, " id eſt unam marcam, & duas uncias argenti, qvod facit 10. uncias argenti; Minus itaqve recte doctiſſimus *TORFÆUS* in *Hiſt. Norv.* Tom. II. pag. 429, ſtatuit eum dediſſe 60. uncias argenti, ut & *BUSSÆUS* in notis ad *Schedas Arii Polyhiſt.* Thorgeirum tantillam pecuniam, aut qvantacunqve tandem fuerit, haud tanti feciſſe, ut veritatem, in qva ſuam & totius rei publicæ ſalutem ſitam eſſe novit, eadem venderet, nec harum legum promulgatione qvicqvam contra conſcientiam feciſſe, nec hac pecunia ab Hallo, ut *TORFÆO* placuit, corruptum fuiſſe ſtatuimus. Obſtat enim

1) *Impoſſibilitas:* non enim fuit in Nomophylacis poteſtate, eas, qvas ipſe voluit, ferre leges, ſed reqvirebatur communis popularium conſenſus, ut ex hoc ipſo facto patet.

2) Utriusqve viri *Halli & Thorgeiri indoles & mores:* Uterqve enim & ante & poſt hunc actum, viri cordati & boni civis nomen & famam retinuerunt.

3) *Summum peccatum & perjurium:* Thorgeirus præter Præturam provincialem, geſſit etiam ſummum magiſtratum ſeu Nomophylacis officium; Hallus vero, Prætor provincialis, & jam Chriſtianorum Nomophylax deſignatus fuit. Ipſi itaqve, perinde ac partes teſtesqve cauſarum, qvotannis, aut qvandocunqve exigebatur, jurejurando ſe obligarunt, ſine dolo malo omnes officii partes ſeſe obituros *Landnama* Part. 4. cap. 6. pag. 138. *Hiſt. Trygg.* Part. 2. cap. 6. pag. 13. conf. ſupra cap. 2. §. 20. pag. 31. Sed perjurium, etiam apud gentiles, ut expreſſe teſtantur *Laxdæla*, *Vigaglums Saga*, aliiqve, ingens habebatur crimen. vid. ſupra cap. 2. §. 20. pag. 30.

4) *Summum periculum:* utrumqve enim, tam emptorem, qvam venditorem legum & judiciorum, exilii pœna manebat, ut tam ex antiqvis legibus, qvam Ejulfi Bölverki filii & Oddi Ofeigſonii exemplis liqvido conſtat.

5) *Contrariæ partis*, qvæ chriſtianam religionem ſummo proſeqvebatur odio, *profundum ſilentium*, qvæ nunqvam hos viros talis criminis inſimulavit, qvod ſane feciſſet, ſi corruptio in ſuſpicionem veniſſet. Qvibus rite conſideratis, proximum eſt ut dicamus Hallum boni civis officium impleviſſe, qvi oblatum a ſuis Nomophylacis officium prudenter declinavit, ne illud accipiendo ſtatum in ſtatu formaret, & rempublicam civili bello hoc modo implicatam peſſundaret. Sed ut ea averteret, nec tamen

ret exorandos, idqve non parce, nam octonos, seu duos ex qvolibet insulæ qvadrante offerendos esse statuunt (a). Hoc Hialto & Gissurus audito, suorum etiam concilium convocant, dicentes, se etiam humano sacrificio Deum placare velle, totqve ipsi viros ex sua parte offerre, qvot ex sua ethnici immolent, sed non eodem modo. *Ethnici enim*, inqviunt, *homicidas, fures, aliosqve neqvam & nauci homines diis suis offerunt, ita ut aut iis spinam frangant, aut illos e rupibus præcipites dent; se autem viros principes ut dignitate, ita virtutibus maxime spectabiles deo oblaturos; non ut illis vitam violenta morte eripiant, sed ut ipsi, mundo & peccato mortui, deo, ejusqve Christo vivos se devoveant. Et ne ab ethnicis hostiarum numero vincantur, octo etiam viros, binos scilicet ex qvavis insulæ parte, huic lustramini destinandos esse, siqve ita placeret, pro parte australi se huic albo inserendos offerunt* (b). Omnibus hanc sententiam collaudantibus, ex parte orientali Hallus de Sida & Thorleifus Christianus; ex boreali Thorvardus Bödvari & Hlennus Annosus; ex occidentali Gestus Oddleifi & Ormus Kodrani,

tamen religionis negotium proderet, ad Thorgeirum legitime magistratum gerentem, cui antiqvarum consvetudinum legumqve emendatio, novarum vero ex consensu popularium rogatio, jure competebat, se convertit, de cujus animo a christiana religione non abhorrente certum eum fuisse, consentaneum est ut statuamus; cui, post qvam eum officii admonuerat, honorarii aut salarii loco, qvod tam arduum & odiosum in se susciperet opus (qvod alias facile declinare potuit) tres marcas (24 imperiales), vel ut alii habent " hálft hundrad sylfurs " (decem imperiales) donavit; Thorgeirum autem accipiendo haud qvaqvam suam conscientiam vendidisse, multo minus veritatem prodidisse, sed ad faciendum qvod sui esset muneris, & ad statuendum qvod omnibus saluti & emolumento fore animo convictus fuit, hoc modo adductum fuisse, ut operam authoritatemqve publico commodo libentius locaret.

(a) Humana sacrificia Islandis qvondam in usu fuisse alia etiam testantur exempla vid. supra cap. 2. §. 16. & ad hæc, sacram qvasi ancoram, in summis angustiis constitutos perfugisse. Sed idcirco Islandi aliis populis immaniores non sunt habendi; nam pluribus hæc abominatio familiaris fuit; Haqvinus enim Norvegiæ Comes, & Ericus Sveciæ Rex, filios suos diis immolarunt. Idem etiam de Græcis, Romanis, Gallis, Germanis, Danis, Peruvianis, atqve Mexicanis legitur; nec obscura hujus crudelitatis in sacris literis mentio.

(b) Votum Gissuri & Hialtonis omnino pium, & verbo Dei conforme fuit, nam vero Deo id nuncuparunt, *Ps.* 75. *v.* 12. De re possibili & Deo placente, 1 *Pet.* 2. v. 5, non coacte sed libere, 2 *Cor.* 9. v. 7. nec temere aut inconsulte *Eccles.* 5. v. 1, 2. Deniqve ex vera fide provenit, *Ebr.* 11. v. 6.

Kodrani, hoc voto se obligarunt. Ormus qvidem antea baptismum (a) abnuerat, nunc vero de paganæ religionis futilitate, & christianæ præstantia convictus, lubens Christo nomen dedit.

§. 7.

Postridie surgens Thorgeirus ad omnia tabernacula nuncium misit, jubens ut freqventissima in comitiis adesset concio, cumqve multitudo confluxisset, ingens primo strepitus & inconditum murmur exstitit, sed cum tandem conticerent, in hunc modum verba fecisse perhibetur: *Audite viri sapientes, & tu plebs animadverte qvæ locuturus sum; Nisi una cuncti cives utantur lege, iisdemqve vivant moribus, maximam reipublicæ nostræ perniciem, & irreparabile damnum impendere prævideo. Nam simul ac leges discerpimus, pacem & concordiam disrumpimus; disruptæ autem paci, & profligatæ concordiæ, odium & invidia succedent; invidiam autem bella seqvantur civilia necesse est, qvæ nos perdent, facultates nostras exedent, & toti insulæ nostræ lacrymabilem vastationem, tandemqve horrendam solitudinem inducent; Nam ut parvæ res crescunt concordia, ita discordia vel maximæ dilabuntur. Omnes proinde animi & corporis vires intendere debemus, ne leges dividentes pacem profligemus. Cogitate, qvæso, vobis etiam, me tacente, sat nota Daniæ & Norvegiæ Regum exempla* (b), *qvi diu discordes & mutua gerentes bella, alter alterius ditiones vastando, & subditos occidendo, semet invicem attriverunt, usqve dum subditi & consiliarii, bellorum utrinqve pertæsi, invitis ipsis Regibus in medium consulerent, & pacem conderent. Qvo factum est, ut Reges videntes qvam bonum esset pacem & amicitiam colere, qvam malum contra odio & invidiæ indulgere, depositis odiis, ex infensissimis hostibus, brevi carissimi amici fierent, ita ut dona preciosissima invicem mitterent, qvæ benevolentia, cum maxima ipsorum lætitia & subditorum commodo, ad utriusqve mortem duravit. Jam licet nos Islandiæ*

I 2 *Prætores*

(a) De Ormo vide supra cap. 4. §. 3. De Gesto autem cap. 7. §. 7.

(b) *Historia Christianismi* cap. 11. pag. 20. nominat Reges, Dagum Daniæ, & Tryggonem Norvegiæ; sed aut id perperam factum, aut horum Regum memoria penitus interiit; nam licet omnes evolveris historias, nunqvam Dagum Daniæ, & Tryggonem Norvegiæ, Reges synchronos fuisse, & mutua bella gessisse invenies; prudentes ergo nomina omisimus. Sed *Hringonis & Tryggvii Historiam* exhibet liber M. S. qvi exstat in Bibliotheca *A. Magnæi* b. m. sub N. 489. 572. 586. in 4.

Prætores & Primates, nec Regibus potentia, nec eorum consiliariis sapientia, simus comparandi; attamen laudabilia & bonæ frugis plena eorum dicta & facta, imitari vetitum non esse, sed multo magis licitum & utile puto. Consultissimum itaqve videtur, ne eos solum audiamus, qvi mutuo maxime dissident, verum potius ita eos conciliemus, ut utriqve parti aliqvid detur, omnes tamen iisdem legibus, iisdemqve moribus, vivant & gaudeant; nam certo certius est, legibus discerptis, pacem etiam ruptum iri.

§. 8.

Hæc cum Thorgeirus dixisset, omnium applausu excipitur, inqve ejus sententiam manibus pedibusqve itur; promittentibus singulis, illam se amplexuros & ratam habituros legem, qvam ipse conditurus esset. Qvod ubi sancte stipulati fuerant, seqventes articulos in legem referri jussit:

1) *Omnes totius Islandiæ incolæ baptisantor, & religioni christianæ addicti sunto.*

2) *Idola & delubra profana sunto & delentor.*

3) *Sacrificia diis obtulisse, & idola palam coluisse, siqvis testibus convincatur, exilii reus esto.*

4) *Siqvis vero id clam fecerit, insons esto.*

5) *De infantum expositione* (a) *& carnis eqvinæ esu, antiqvæ leges manento; simile judicium sit de cæteris, qvæ christianismum non evertunt.*

Hi

(a) Cum in cap. 2. ubi de primitiva Islandorum religione aliqvid egimus, nobis exciderit mentionem facere expositionis infantum, & hic se commoda offerat occasio, eandem, ejusqve cæremonias, ut ab antiqvissimis authoribus, ipsissimis eorum verbis describitur, Lectorum oculis subjiciemus, ut inde non tantum ejus ritus & cæremoniæ, sed etiam ipsa rei indoles eo accuratius cognosci qveat. *Gunnl. Ormst. Vita* cap. 2. " Eitt sumar bióst Þórsteinn til þíngs oc. hitti Jófrídi húsfreyu ádr hann " fór. oc segir. Svo er háttat. segir hann. at þú ert med barni. oc skal útbera " ef meybarn er, enn uppfæda ef sveinn er. Þat var þá sidr er Island var heidit " allt. at þeir menn er fêlitler vóru enn stód ómegd mörg saman. letu útbera börn " sín. oc þótti þó illa giört. oc er hann hafdi svo mælt. svarade Jófrídr. Þetta " er ófrínliga mællt slíkr madr sem þú ert. oc mun þer eigi sýnaz þetta at láta " giöra. er þú ert bædi audigr madr oc vinsæll. " ɔ: *Æstate quadam Thorsteinus comitia*

Hi ſunt primi apud Islandos Juris Canonici articuli, qvos cunctis Islandiæ primatibus conſentientibus, Thorgeirus Nomophylax promulga-

 vit;

comitia aditurus, Joſridam uxorem ante abitum convenit, dicens: Scio eqvidem te gravidam eſſe, qvod ſi infans fæminei fuerit ſexus, exponatur, ſi vero maſculini, enutriatur. Moris erat tunc temporis in Islandia adhuc gentili, qvad pauperes, familia numeroſa preſſi, infantes exponerent, (qvamvis & ſceleſtum illud reputabatur) cui Joſrida reſpondit: Turpe hoc eſt dictu tanto viro, nec conſentaneum hoc tibi factum videbitur, cum & magnis opibus, & freqventibus amicis gaudeas. Et *Finnbogi Robuſti vita* cap. 2. " Eitt hvört ſinn reid Aſmundr til þíngs vid menn ſína. Þá mælti " hann til Þórgerdar. Nú ætla ec til þíngs rída efter vanda. en ec veit at þú ert " med barne oc miöc framat. Nú hvört ſem þat er. þá ſkal eigi uppala helldr " ſkal útbera þetta barn. Hún ſvarar at hann man eigi þat giöra ſva ríkr oc " vitr ſem þú ert. því þetta væri hit úhæfiligaſta bragd þó fátækr madr væri. en nú " allrahellz er ydr ſkortir eigi gódz —— litlu ſídar fæddi Þórgerdr ſveinbarn. —— " Nú þótt Þórgerdi þætti barnit fagurt oc unni mikit. þá villdi hún þó láta " útbera. því hún viſſi lyndi Asbiarnar bródur ſíns at eigi mundi vel duga utan " hann redi. Sídan feck hún menn til at bera út barnit oc búa um ſem vandi " var á. Þeſſir menn báru barnit úr gardi út oc lögdu nidr milli ſteina tveggia. " oc ráku yfer hellu mikla. oc letu fleſki í munn barninu oc gengu ſídan brott. " ɔ: *Vice qvadam Aſmundus comitia cum ſuis adire conſtituens, Thorgerdam ita alloqvitur: Jam comitia pro more adibo, ſcio autem te gravidam eſſe & partui proximam. Cujus autem cunqve ſexus fuerit infans ille, non alatur, ſed exponatur. Illa autem reſpondit: haud ita facies, vir tam opulentus & tam ſapiens, atrox enim hoc ſcelus homini egeno foret; multo autem magis, cum opum non indigeatis. Paulo poſt Thorgerda filium peperit. Qvamvis autem formoſus Thorgerdæ infans ille viſus fuerit, & eum adamaret, exponere tamen voluit, cum ingenium fratris Aſmundi cognoſceret, iram ejus non aliter declinari poſſe. Poſtea homines, qvi infantem exponerent, & pro more circundarent, conduxit. Iſti infantem extra villam portarunt, inter duos lapides depoſuerunt, ori infantis lardum indidere, & magnum ſaxum planum ſuperimpoſuere, tandemqve diſceſſere.* His conſonat *Thorſteini Tauripedis Vita*: " Nú " geck Freyſteinn þó naudigr væri. oc tók upp ſveininn. oc geck út med til ſkógar. " Hann vafdi pilltinn í einum dúk. oc lagdi ſlickis ſneid í munn hanns. Hann " giördi ſkiól undir vidarrótum. let þar koma í barnit. bió vel um. oc geck burt " ſídan. " ɔ: *Freyſteinus, invitus tamen, diſceſſit, & puerum in ſylvam exportavit, illum qvoqve panno involvit, & ori ejus lardum indidit. Sub arboris cujusdam radice foveam, ab injuria aëris immunem, effodit, ubi infantem depoſuit, accurate circumcinxit & poſtea diſceſſit.* Similes apud alias gentes obſervatos fuiſſe expoſitionis ritus, colligi poteſt ex *Vita Olai Tryggonis*, part. I. cap. 70. pag. 70. de Arnfinni Saxoniæ Comitis filio ita loqvente: " Þeir nema ſtadar vid ſkóg þann er Myrkvidr heitir, " oc letu barnit koma undir vidarrætur — Þeir fundu þar ſveinbarn, þat var lagt " undir vidarrætur, oc knýttr knútr mikill í enninu. á. ſilki dregli, er þat hafdi

" um

vit; ſimul ipſe profeſſus, tres primos ſe chriſtianis dare; qvartum in gratiam gentilium ferre, ultimo autem utrisqve velificare. Nam ſi inqvit,

" um höfudit; Þar var í ortugr gulls, barnit var vafit í gudvefiar pelli. " ɔ: *In ſylva qvæ Myrkvidr* (ſylva tenebroſa) *appellatur gradum ſiſtunt, & infantem ſub arboris radicibus recondunt — ibi puerum ſub radicibus arboris reperiunt, cui in fronte rat magnus, tæniæ ſericeæ, qva caput redimitus erat, nodus. Nodus iſte tertiam unciæ auri partem continebat; infans holoſerico involutus erat.* Cui conſentit *Samſonis Pulcbri Vita* cap. 14. Ex qvorum collatione diſcitur infantum expoſitionem, legibus non penitus prohibitam, ſed inhoneſtam, & omnibus bonis abominationi fuiſſe; Deinde certos adhibitos fuiſſe ritus, ut infans ſcilicet, faſciis conſtrictus, in foveam collocaretur, aut etiam lapidibus circumdaretur, ne aëris violentia, ferarumve laniatu periret. Et tandem ut morti qvidem exponeretur, ſed ne eſurie (unde laridum aut pingvedo carnea ori inſerta fuit), multo minus violento actu aut ſangvinis effuſione necaretur. Huic ſententiæ non obſtat exemplum Torfi in *Hördi Vita* cap. 7. p. 77. " Bad hann Sigurd fóſtra ſinn taka vid barninu, fara med þat til Reykiadalsár, " oc tortýna því þar. " ɔ: *Sigurdo coalumno ſuo infantem tradit, eiqve præcepit, ut ad amnem Reykiadalſa illum perferret, & ibi neci daret.* Antea enim dixerat " at " barnit ſkylldi útbera " *infans exponeretur.* Sed furore percitus, & conſvetudinis oblitus, juſſit eundem in fluvium projici, qvod Sigurdus, ut nefandum deteſtatus eſt. " Sigurdr qvad þat illt verk vera —— Þó tók hann barnit oc geck " med þat til Signýarſtada, oc lagdi nidr í gards hlidi, oc þókti líkligt at brátt " mundi finnaſt. " ɔ: *Sigurdus factum eſſe ſceleſtum aſſeruit, infantem tamen aſſumſit, Signyarſtadas reportavit, & in porta ſepimenti depoſuit, veriſimile enim illi videbatur, ibi celeriter inventum iri.* Et multo minus *Landnama* Part. 5. cap. 6. pag. 158. " Aſgrímr bad barnit útbera, enn þræll huatti greſſa, ſá er hönum ſkylldi gröf " grafa. " ɔ: *Aſgrimus infantem exponi juſſit, ſervus autem ſpatham acuebat, qva foveam effodere conſtituerat.* Nam hæc nobiscum faciunt & ſupra allatis conſentiunt. Hunc expoſitionis morem Thorgeirus nec abrogavit, nec confirmavit, ſed in ſtatu qvo fuerat reliqvit, in qvo ſe ſubtiliorem oſtendit Politicum, qvam Theologum, qvod ut minime exculpari poteſt, ita mitiorem mereri videbitur cenſuram, ſi ipſius viri conditio, temporis circumſtantiæ, ac rei gerendæ indoles, qvæ ei ingentes difficultates, & magna obſtacula objecerunt, obſerventur. Fuit enim ipſe Thorgeirus religione gentili innutritus, & in eadem educatus, chriſtianæ vero nondum aperte nomen dederat, de cujus veritate generaliter qvidem in corde convictus fuit, ſed de ejus myſteriis haud bene informatus, ideoqve de baptiſmi neceſſitate ac efficacia, infantum vita & expoſitione, aliisqve ejus modi, ex prioris religionis principiis judicavit. Ipſo præterea Præſide, paucos ante annos (vid cap. 6. §. 3. pag. 51.) ſummo multitudinis conſenſu, crudeliſſimum contra religionem chriſtianam ejusqve ſectatores, propoſitum fuerat edictum, qvod jam annihilatum ibat, cum omnes alii magno deſiderio ejusdem ſeveram ab ipſo exſpectarent exſecutionem. Deinde ipſi haudqvaqvam

qvit, eqvinæ carnis esu in terra sterili & populosa prohibemur, & nihilo

qvam ignotus erat Magnatum qvorundam in religionem christianam animus infensissimus, ut & vulgi instabilitas, qvod ad primum invasionis signum æstuosi instar maris, in ipsum aliosqve christianos irruisset, modo illius commodis aliqvid grave aut contrarium proposuisset; Qvæ omnia secum perpendens, infimæ plebi primo & potissimum aliqvid dandum, ejusqve animos solitam infantum expositionem, & carnis eqvinæ comesturam permittendo, sedandos ratus, in magnatum autem qvorundam gratiam, qvorum animi non tam his, qvam antiqvæ religionis amore tangebantur, occulta tantum (ne reliqvis essent scandalo) sacrificia & religionis exercitia concessit. Vir enim natura apprime sagax, & longo rerum usu haud vulgari imbutus prudentia, novit, qvam difficile foret, omnes inveteratas malas consvetudines, sine seditionis periculo, uno qvasi ictu decollare, easdem vero, qvam primum ipsa religio approbata & accepta esset, aliqvasqve in cordibus hominum radices fixisset, aut paulatim ex se ipsis casuras, aut paucos post annos, uno alteroqve proposito edicto, facillime sublatum iri, qvod & eventus comprobavit. Prudenter itaqve pro suo cognitionis modo, paucos inpræsentiarium dando obolos, caput conservavit, & sine periculo ad propositam metam pervenit. In Norvegia autem diutius durasse videtur fœdus hic & abominandus expositionis mos, cum *Jus Ecclesiasticum Vicensium*, paulo post annum 1100. conscriptum permittat, ut infantes exstantioribus obsiti nævis in lucem prodeuntes, paribus fere ac in Islandia observatis ritibus & condendi more exponerentur, inqviens: " Þat skal á förvi föra, oc röyra þar sem hvarki genger " yfer menn ne fenadr. " Ubi primo jubetur: " Þat skal á förve föra, " Id est: *Ad finem vitæ deportandus est*, non penitus violenta morte afficiatur, sed in loco deserto morti objiciendus & exponendus est. Nam *förve*, vitæ extremum neci proximum, qvibusdam videtur esse nom: substant: á *fiör* (Vita), & particula *ve*, qvæ in compositione, sive præponatur, sive suffigatur, minuendi vim habet, ut in *vesæll* miser parum prosperitatis habens, á *ve* & *sæll* felix. Sic etiam *jörve* vel *jördve* terra vel grumus sterilis, salebrosus, glareosus, á *jörd* terra, & eadem particula *ve*, qvasi parum terræ bonæ habens, non enim obstat litera *i* qvæ communiter occurrit in voce *fiör*, nam omnino indifferens est, sive scribatur *fiör*, sive *för*, ut in *fe*, *fie* pecunia, pecus; *lerept*, *lierept*, carbasus, linteum; *gersemi*, *giersemi*, res pretiosa, cimelium; *ec göri*, *giöri* facio; *ber*, *ser*, *þer*, *mer*, *ver*, pro *bier*, *sier*, *þier*, *mier*, *vier*, hic sibi, tibi, mihi, nos, & sexcenta ejus modi: " oc röra " proprie *stringere*, *ligare*, improprie *circumdare*, nam infans fasciis involutus, non erat in superficie terræ relinqvendus, nec eadem obruendus; aut alio modo penitus necandus, sed aut in fovea depositus, ut Thorsteinus Tauripes, Samson & Knutus, aut lapidibus similiter circumdatus, ut Fimbogus, sibi ipsi relinqvendus erat, hinc in *TORFÆI Histor. Norv.* part. 2. libr. 5. cap. 5. memoratur *Tryggvarör* ɔ: Tryggi tumulus, aut munimenta corporis Tryggi. " Sva at hvarki gángi yfer menn ne fenadr. " *ut tutus sit ab hominum ferarumqve injuria*, qvod eodem spectat ac qvod Thorgerda Fimbogi matercavit, " at búa sva um sem vani var á " ɔ: *solito more omnia recte peragere*, & Freysteinus: " Hann bió vel um " *firmiter munivit*. Qvi actus cum omnibus fuis circum-

hilo secius pauperum infantes sunt educandi, fame multis pereundum erit (a).

§. 9.

Solutis comitiis, omnes pagani, anteqvam discederent, statim cruce signati, qvidam etiam baptizati sunt; sed ideo non omnes, qvod pleriqve in frigidam aqvam descendere recusarent, qvorum alii in Laugardalensibus, alii vero in Reikdalensibus thermis baptizati sunt. Hialto Skeggonis hostem suum Runolfum ex sacro lavacro suscepisse, & simul dixisse fertur: *Annosum Prætorem jam docemus salem remandere.* Eadem hac æstate omnes, qvi domi remanserant, per provincias baptisabantur, multaqve templa variis in locis exstruebantur, qvæ ditiores qvam maximæ capacitatis facere certabant. Clerici enim inculcabant, *tot iis animas in regnum cælorum introducere concessum fore, qvot homines templa, ab iis exstructa, caperent* (b). Sed paucitas & inscitia Doctorum, qvi rudes & barbaros homines veram religionem edocerent, & infirmos confirmarent, maximo fuisse impedimento videtur (c).

CAP.

circumstantiis, ut apud Islandos hoc loqvendi modo exponebatur, *at bera út barn.* vel absolute *at bera út*, sic forte in Norvegia hac phrasi: *at færa á förve*, vel etiam *at röyra*, totum hoc negotium notatum fuit, sed qvicqvid sit, omnia eo collimant, qvod hic mos apud Norvegos antiqvæ expositionis reliqviæ fuerit, cum ovum ovo vix possit esse similius, & multo diutius in Norvegia qvam in Islandia duraverit. Conf. *L. L. Gulathingenses* ut & *Jus Eccles. Norveg.* a Doctissimo *JOH. ERICI* in egregia *de Infant. Expositione Dissertat.* Havniæ anno 1756. pag. 10. & 11. allegatum, qvibus nostra sententia non parum confirmatur.

(a) Qvoad tres priores articulos satis bene se Thorgeirus gessit; sed qvoad posteriores, utroqve pede claudicantem, forte prævaricatum dixeris. At 1) ignoscendum gentili viro: Non enim his legibus infantum expositionem stabilire voluit, qvam dudum eum abominatum fuisse *Fimbogi Robusti historia* docet; sed permisit tantum, ut antiqvus ille mos, qvi apud septentrionales populos tamdiu invaluerat, ad tempus maneret. Idem etiam de clandestina idololatria censendum. Qvin 2) qvod caput rei est, prævidit vir sagax, necessario aliqvid ad tempus dandum esse duritiei cordis popularium, ne omnino & præfracte, novæ & odiosæ mutationi obluctarentur.

(b) Tota hæc narratio ex *Hist. christianismi* cap. 11. pag. 20. *Vita Trygg.* part. 2. cap. 67. pag. 238-245. & *Sched*, pag. 7-9. depromta est. *Laxdæla*, *Eyrbyggia*, *Niala* & plures collatæ. Omnium instar esse poterit *TORFÆUS Hist. Norv.* Tom. II. lib. 9. cap. 34. 35. 36. 37. conf. & *ARNGRIMI Crymog.* lib. 1. cap. 10.

(c) Vid. infra cap. 11. §. 10. not.

CAP. X.

De variis ſtatum Eccleſiæ & religionem concernentibus.

§. I.

Ethnicos mores, infantum ſcilicet expoſitionem, clandeſtinam idololatriam, eqvinæ carnis eſum, aliaqve chriſtianæ religioni parum convenientia, aut palam adverſantia, ſenſim abolevit Procerum auctoritas (a). Sed penitus tandem eos Olaus Craſſus Norvegiæ Rex ſuſtulit, inſtituta hunc in finem, anno regni ſecundo (b), ſed poſt natum ſalvatorem 1016. in

(a) *Hiſtoria Trygg.* Part. 2. cap. 67. pag. 245. *Hiſtoria Chriſtianiſmi* cap. 11. pag. 20. *Sched.* pag. 9.

(b) De initio regiminis Olai Craſſi non convenit inter Auctores, nam qvidam id ad annum 1013. referunt, inter qvos eſt Doctiſſimus *ARNGRIMUS*, in *Commentario de Islandia* fol. 51, ipſi 17. annos regni aſſignans. Qvidam ad annum 1014, qvidam ad 1015, tandemqve nonnulli ad annos ſeculi 16. aut etiam 17. in qvorum numero qvibusdam videtur eſſe auctor *Grettis Saugu* cap. 39. pag. 115. Qvæ controverſia parum ad nos pertinere videri qvidem poteſt, ſed cum æra reformationis religionis & Juris Eccleſiaſtici Islandorum, ab epocha Olaviana pendeat, non abs re videtur, eandem paulo accuratius excutere. Secundum Clariſſimum *TORFÆUM* in *Trifolio* pag. 80. natus eſt anno 994. Conf. *Olai Vita* cap. 18. & 19. " Þeſſi tídindi görduz enn " næza vetr ádr enn Hákon Jarl átti oroſto vit Jómsvíkinga á Hiörúnga vagi —— " Sva er ſagt at Aſta Gudbrands dótter ól ſveinbarn þă um ſumarit, ſá ſveinn var " nefndr Olafr er hann var vatni auſinn. " ɔ: *Hæc acciderunt proxima hyeme ante prælium Haqvini Comitis contra piratas Julinenſes in ſinu Hiörungenſi commiſſum —— Aſta Gudbrandi filia eadem æſtäte filium peperiſſe fertur, qvi aqva luſtratus, Olai nomine inſignitus eſt.* Sed ſecundum *Vitam Olai Trygg.* Part. 1. cap. 174. pag. 211-213. anno 995. " Um varit eftir Jómsvíkinga oruſtu, ſtefndi Jarl til ſín mörg- " um höfdingium auſtr í landi —— Haralldr Kóngr hafdi á þeſſu ſama vari " farit auſtr til Svíþiódar. oc var þár brendr inni ſem ſeger í *Æfi Noregs Konúnga*, " höfdu þeir Þórir ſpurt tídindin, ádr en þeir fóru af Noregi. Þá var Aſta kona " hanns med ſveinbarni, oc föddi barnit úm ſumarit eftir, ſá ſveinn var vatni auſinn " eftir

in Islandiam legatione, qva Skaptoni Thoroddi filio, tum temporis Nomophy-

---

" eftir fornom sid oc nemndr Olafr. " ɔ: *Vere prælium Jomsvicense* (cum piratis Julinensibus) *proxime subseqvente Comes multos Magnatum ad se in orientalem regni plagam convocat* —— *Eodem hoc vere Harralldus orientem versus in Sveciam iter fecerat, & ibi incendio sublatus fuerat, ut* Vitæ Regum Norvegiæ *testantur; quos eventus Thorerus, & qui cum illo, antequam e Norvegia solverant, perceperant. Tunc Asta ejus* (Haralldi) *uxor gravida, æstate subseqvente filium peperit, qvi ex antiqvo more aqva lustratus, Olai nomen sortitus est.* Qvod melius concordat cum ipsius *vitæ* cap. 201. ubi dicitur " hálf fertugr " ɔ: vixisse *annos 35.* sed regnasse 15. Nam anno 998. triennis baptizatus fuit vid. *Vita Trygg.* part. 2. pag. 159. " Þenna " sama vetr er þau Olafr Kóngr oc Sigridr höfdu fundist um sumarit, fór Olafr " Kóngr Tryggvasun úr Víkinni uppá Hríngaríki, oc bodadi þar christni, let þá " Sigurdr Kóngr Sýr oc Asta kona hanns skírast oc Olafr sun hennar, hann var " þá þrevetr, oc veitti Olafr Kóngr siálfr gudsifiar nafna sínum Olafi Haralldsfyni. " ɔ: *Eadem hac hyeme, cum Rex Olaus & Sigrida æstate collocuti fuerant, Rex Olaus Tryggonis ex Vikia in Hringarikiam tetendit, & ibi religionem christianam imperavit. Tunc Rex Sigurdus Syr, ejusqve uxor Asta, cum filio Olao tunc trienni, baptizabantur, & ipse Rex Olaus, Olai Haralldi filii, qvi eodem* (ac Rex) *nomine vocabatur, susceptorem egit.* Anno 1007. duodecennis piraticam exercere cæpit, eandemqve biennio in Svecia, Finnlandia, & aliis maris Balthici oris continuavit, hyeme in Gullandia transacta. vide cap. 24. Anno 1009. in Frisiam transnavigavit, indeqve in Angliam, ubi triennium transegit. vid. cap. 25. 26. Anno 1012. ineunte æstate ex Anglia in Galliam solvit, ibidemqve hyemem transegit. cap. 27. Anno 1013. itidem in Gallia fuit. cap. 27. " Olafr kóngr hafdi verit vestr á Vallandi í hernadi einn " vetr oc tvau sumur. Þá var lidit frá falli Olafs Kóngs Tryggva sonar þrettán vetra. " ɔ: *Rex Olaus in Vallandia* (*Neustria*) *occidentem versus unam hyemem & duas æstates piraticam exercuerat. Tunc ab obitu Regis Olai Tryggonidis tredecim hyemes effluxerant.* Hic in filios Adalradi Regis incidit, cum qvibus belligeraturus anno 1014. in Angliam revertitur, sed fusus fugatusqve, eodem autumno in Norvegiam rediit. Anno 1015. ætatis 20, fatale cum Sveno Comite commisit prælium, totaqve Norvegia potitus est, seqventem hyemem Nidarosiæ egit: cap. 40. 42. Anno 1016. circa anni primordium fuit (ut mox diximus) Nidarosiæ, sed ineunte æstate inde discedens, Hialtonem Skeggi Islandum, ut in Norvegiam ad se transeat, per internuntios invitat. cap. 46. Anno 1017. Sarpsborgæ hyemat. cap. 47. Anno 1018. Hialtonem domum misit, & per Superiora Norvegiæ (Upplönd) transiens, hyemem egit, matrem convenit, & cum Haraldo fratre tum trienne collocutus est. cap. 59. Verisimile etiam est eum hoc anno novum illud Jus Ecclesiasticum, ingentem illam campanam, & materiam templo Tingvallis exstruendo destinatam, per Hialtonem in Islandiam transmisisse. cap. 109. Anno 1019. iterum Sarpsborgæ hyemat. cap. 74. 75. Anno 1020. Nidarosiæ hyemem egit. cap. 88. Hicqve fuit qvintus regni annus, exactus scil., sed sextus inchoatus, ut ibidem monetur. Anno 1021. denuo Nidarosiæ

rosiæ residet, cap. 91, qvi cap. 95. septimus regni numeratur sc. ab anno 1014. Anno 1022. Superiora Regni transit. cap. 98. Anno 1023. videtur magnam hyemis partem in Vika & australi Norvegiæ parte transegisse, nam Pascha Augvaldsnesi celebravit. cap. 99. 102. Anno 1024. Nidarosiæ hyemat, qvi annus fuit regni decimus. vid. cap. 100. Hoc anno Thorarinum Nefioti in Islandiam legavit. Anno 1025. Upplandiam transit. cap. 112. Et hac æstate Islandorum Magnatum filii ad eum venerunt. cap. 113. ut & legatio Canuti Angliæ Regis. cap. 115. Anno 1026. Sarpsborgæ hyemat, cap. 117, & Onundum Sveciæ Regem convenit. ibid. Anno 1027. Nidarosiæ hyemat. cap. 120. & 122, qvi annus vocatur 13. regni ejus, seqventi æstate expeditionem in Daniam fecit, ibiqve incolas male mulctat. cap. 128. Sub autumnum cum Canuto Rege confligit. Anno 1028. primo Sarpsborgæ residet, cap. 139. 141. Sed adulta hyeme, Uplandiam transiens, Thorerum & Griotgardum occidit cap. 146-147. & sub æstatem Tunsbergum revertitur, ibidemqve, aut in vicinia, æstatem transegisse videtur, dum Canutus totam sibi Norvegiam subjugat. cap. 152. Sub autumnum, Nidarosiam petiturus, cum Erlingo confligit, eumqve occidit. cap. 154. Anno 1029. ineunte e regno excessit. cap. 156. " oc hafdi hann þá verit " kóngr yfir Noreg fimtán vetr, med þeim vetri er þeir Sveinn Jarl vóru bádir í " landi. " ɔ: *Hæc fuit decima qvinta regni ejus hyems, una cum illa qvam simul cum Sveno Comite in Norvegia egerat,* sive ab anno 1014. inclusive numerata. Anno 1030. priorem anni partem in Russia egit. cap. 164, sed ineunte æstate primo in Sveciam, tandemqve in Norvegiam tetendit, ubi 29. Julii occisus fuit, qvæ omnia accurate conveniunt cum illis qvæ idem author alibi summatim, aut qvasi aliud agens de hujus Regis ætate & regni epocha habet. 1) cap. 201: " Sva segia þeir menn er glöggliga " telia, at Olafr Kóngr hinn Helgi væri kóngr at Noregi fimtán ár sídan Sveinn " Jarl fór ór landi, en ádr um veturin tóc hann kóngsnafn af Upplendingum. " Sva segir Sighvatr:

" Olafr red hit efra
" andprútt jöfr landi (audprútt haufut).
" fulla vetr ádr felli
" fimtán á þvi láni.

" Olafr Kóngr var þá hálffertogr er hann fell at sögn Ara prests hinns Fróda. " ɔ: *Qvi accurate computant viri, asserunt Regem Olaum Sanctum in Norvegia per qvindecim hyemes, post Sveni Comitis e regno excessum, regnasse, hyeme autem præcedente, nomen regium ab incolis, superiores Norvegiæ partes inhabitantibus, acceperat. Ita enim Sighvatus:*

Olaus Rex superiores
regni partes moderate gubernavit
per solidas, anteqvam caderet
in illo territorio, hyemes qvindecim.

Cum Rex Olaus caderet, secundum relationem Arii Sacerdotis Polyhistoris annum agebat tricesimum qvintum. 2) Cum æra Haralldi Sigurdi filii, Olai fratris, qvi ineunte anno qvarto regni Olaviani, id est Anno 1018. fuit triennis, ut ex cap. 59. mox

mophylaci, hoc muneris injunxit, ut fapientia & auctoritate, qva præ cæteris

---

mox monuimus, & prælio Stiklaſtadenſi 1030. qvindecennis interfuit, Anno autem 1066. qvinqvagenarius obiit, teſte *SNORRONE* in ejus *Vita* cap. 104. pag. 183. 3) His ex aſſe conſentit omnium antiqviſſimus Author *ARIUS POLYHISTOR*, qvi eodem qvo Olaus vixit ſeculo, expreſſe ſcribens, Olaum Tryggonis anno 1000. occubuiſſe, ſed triginta poſt annis Olaum Sanctum ɔ: Anno 1030 occiſum fuiſſe, qvæ Arius uti alia qvæ literis mandavit, hauſit ex ore Teiti nutricii ſui, & Halli Haukdalenſis, viri veracis, & memoriæ tenacis (ut ipſe Arius loqvitur), qvi Olao coævus fuit, natus qvippe Anno 996. adeo ut tantum non oculatus teſtis rerum dici mereatur, unde ejus teſtimonium omnibus aliis præferendum eſt; addendæ ſunt Poëtarum, qvi eodem tempore vixerunt, Sighvati, & Ottari Nigri, aliorumqve fide dignorum relationes, qvi ſine æſtimationis jactura iſta fingere non potuerunt, cum res recens geſtæ in omnium memoria adhuc hærerent. Scio eqvidem his vulgo opponi Anglicanorum Scriptorum auctoritatem, Sc. Vilhelmi Thorn, Henrici Knygthon, aliorumqve, qvi ſeculo 13. & 14. id eſt 300. poſt annis vixerunt, & ſua ex aliorum, multo qvidem antiqviorum, ſed valde incertis hauſerant relationibus, qvam enim lubricæ & incertæ fidei ſint Anglicanorum relationes de geſtis Knuti Magni, vel inde conſtat, qvod ne unus qvidem eorum, annum, qvo Romam inviſit, recte determinare ſciverit, teſte illuſtr. *JOH. GRAMMIO* in diſſert. de eadem materia, qvæ in Tom. I. *Act. Soc. Scient. Havn.* exſtat; qvid ergo mirum, qvod in hiſtoria & chronologia Olai Regis concinnanda erraverint? Islandos autem non omnia ſua Anglis debere, ut ibid. pag. 33. innuere videtur, vir celeberrimus, hicce de qvo jam loqvimur, diſſenſus abunde docet. Sed ut in his ſatis diligentem Hiſtoricum & chronologum ſe præſtitit Auctor noſter, ita qvædam apud eum occurrunt, qvæ recentioribus chronologis in diverſa abeundi occaſionem dederunt. Qvalia ſunt: (α) cap. 25. " Olafr Kóngr ſigldi þá veſtr til Englands, þat var þá tidinda —— " Adalrádr Kóngr hafdi flýd landit. Þat ſama hauſt er Olafr Kóngr kom til Englands, at Sveinn Kóngr vard bráddaudr í reckio ſinni um nótt. oc er þat ſpurdt " Adalrádr Kóngr á Flæmingia-landi. " ɔ: *Olaus Rex tunc temporis ad Angliam occidentem verſus iter nauticum inſtituebat, tum accidebat —— Rex Adalradus e regno aufugerat: Eodem, qvo Olaus Rex in Angliam pervenit, autumno, Rex Svenus in ſuo lecto noctu repentina morte deceſſit, qvod cum Rex Adalradus in Flandria inaudiverat* &c. Atqvi Sveno ſecundum Anglicanæ Hiſtoriæ Scriptores mortuus eſt Anno 1014, ſeqvitur, Olaum, qvi in Anglia triennium fuit, & deinde in Gallia biennium, in Norvegiam rediiſſe, Anno 1019; cum Comite Svenone pugnaſſe 1020., & tandem poſt qvindecim annos, id eſt, Anno 1035. occiſum fuiſſe. (β) cap. 26. " Þar dvaldiſt Olafr Kóngr at ſinni þriá vetr, enn hinn þridia vetr andadiſt Adalrádr Kóngr. " ɔ: *Ibi Rex Olaus eadem vice tres hyemes exegit, tertia autem Rex Adalradus deceſſit.* Jam vero Adalradus, ſi Anglis credendum, mortuus eſt 1016. d. 23. Aprilis, unde reſultat, qvod Olaus poſt biennium in Gallia exactum in Norvegiam venerit Anno 1018, & poſt ſedecim annos 1034. occiſus fuerit. (γ) cap. 28. " Hann

" Hann (Knútr) kom þat sama sumar til Englands. sem Adalrádr andadiz. þá feck
" Knútr Kóngr Emmu Drottningar. á sama mánudi drap Heidrikr Strióni Játmund
" Kóng. eptir þat rak Knútr Kóngr af Englandi alla syni Adalráds Kóngs &c. "
ɔ: *Ille* (Canutus) *eadem qua Adalradus obiit, æstate in Angliam pervenit. Tunc Rex Canutus Emmam Reginam matrimonio sibi jungebat. Eodem mense Henricus Strionius Jatmundum Regem occidit. Postea Rex Canutus omnes Regis Adalradi filios Anglia expulit.* Atqvi Adalradus mortuus est 1016, & Olaus seqventem annum in Gallia hæsit, vid. cap. 29. seqvitur eum in Norvegiam venisse 1017, anno 1018. regnum accepisse, sed 1033. occisum fuisse. Qvæ qvam male & invicem cohæreant, & cum data a nobis vera Olai epocha conveniant, vel me tacente nemo non videt. Sed nihilo minus ex mente Authoris & ejus computandi calculo, qvantum ad Olai annos pertinet, omnia optime cohærent. Seqvitur enim hypothesin Islandicam, (de qva vide *TORFÆUM Trifol.* pag. 136.) statuens, Svenonem mortuum esse Anno 1009. Qvo Olaus revera prima vice in Angliam venit. Deinde statuit Adalradum mortuum esse 1012. qvo anno Olaus ex Anglia in Galliam transiit, & tandem exacto ibidem biennio Anno 1014. in Angliam primo, moxqve in Norvegiam, rediit. Tertio statuit Canutum in Angliam transiisse eodem, qvo mortuus est Adalradus, anno, id est ex ejus mente 1012. ut patet ex eo qvod de Erico Comite scribit cap. 28.
" Þá er Eirikr Jarl hafdi verit nær tólf vetr, kom til hanns ordsending Knúts Dana
" Kóngs mágs hanns, ad Eirikr skyldi fara med hönum vestr til Englands med her,
" oc med hönum Einar Þambaskelfir: Jarlinn úrökti eigi ordsending Kóngs. "
ɔ: *Postqvam Ericus Comes duodecim ferme hyemes regnarat, nuntium a Canuto Daniæ Rege, suo affine accepit, vellet Ericus cum Canuto occidentem versus Angliam bello petere, & una cum eo Einar Thambaskelfer. Comes invitationem Regis non neglexit.* Qvæ partim vera sunt, partim vero-similia. Verum est Ericum cum exercitu ex Norvegia anno 1012. in Angliam trajecisse, id enim etiam affirmat appendix *Vitæ Tryggonis* pag. 35. " Eirikr Jarl var á Englandi einn vetr, oc átti nock-
" urar orostor, sá var hinn þrettándi vetr ríkis hanns. " ɔ: *Comes Ericus unam hyemem in Anglia transegit & prælia qvædam commisit, hyems ista regni ejus erat decima tertia.* Conf. *Grettla* cap. 21. pag. 97. Sed num a patre, num vero a filio evocatus, hac vice non vacat disqvirere. Pro certo autem habemus, Canutum dudum ante annum seculi 14, & vivo patre in Anglia fuisse, ut ex *Emmæ Reginæ Encomiaste* constat, inter alia de Svenothone scribente: *Habebat enim filios duos bonæ indolis, ex qvibus primogenitum suo junxit comitatui, natu vero minorem præfecit universo regni dominatui;* verum itaqve, aut minimum verisimile est, Canutum hunc suum sororium in militiæ consortium & societatem evocasse, ut ejus virtute & prudentia bellica uteretur & instrueretur; " því Eirikr var miög frægr af hernadi
" sínom, " ɔ: *Ericus enim rebus militiæ gestis magnopere inclaruerat*, inqviunt noster, & appendix *Vitæ Tryggonis.* Verum etiam est qvod de morte Erici scribit:
" Eríkr Jarl var á Englandi einn vetr og átti nockurar orostor; en haustit eftir
" (ɔ: 1013.) ætladi hann til Noregs, þá andadist hann af blódrás þar á Englandi. "
ɔ: *Ericus Comes in Anglia unam hyemem transegit, & qvædam prælia commisit, sed autumno subseqvente in Norvegiam iter paravit, cum in Anglia hæmorrhagia decessit.* Cui

cæteris incolis pollebat, his abusibus malisqve moribus obviam iret, eosqve

---

Cui etiam consentit appendix *Vitæ Tryggvini*, nisi qvod Romam pro Norvegia habet, qvod facillime ita conciliari potest, ut dicamus Ericum primo Romam, & inde in Norvegiam tendere destinasse; unde verisimile sit Olaum ineunte vere anno 1014. in Angliam ex Gallia venientem, audita morte Erici, qvi erat summum robur & caput Haconianæ in Norvegia familiæ ac factionis, statim societatem cum Ethelrethianis dissolvisse & in Norvegiam properasse, ut regnum capite orbum aggrederetur, sed qvidqvid sit, cum his diutius immorari non liceat, breviter & aperte qvæ sentimus fatebimur: Ponamus errasse Authorem nostrum, non qvidem in numeratione annorum & narratione rerum Olai, sed Ethelrethi Regis, cujus res non secus (si Anglicanæ Historiæ scriptoribus fides) confundit, qvam coqvi jura. Causa autem erroris videtur, qvod, ducentis plus minus annis postqvam res fuerunt gestæ, easdem literis mandare aggressus est. Olai vitam indigenis subsidiis sufficienter instructus sat concinne elaboravit, sed extraneis destitutus, & in Anglicana Historia mediocriter versatus, qvæ fando audierat, non ex tenore Annalium Anglicanorum, sed ut ipsi verosimile videbatur, digessit. Ex. gr. scivit Daniæ Reges primo Svenonem, & deinde Knutum, evocato ad belli consortium Erico Norvegiæ Comite, in Anglia bellum gessisse, Ethelrethum fugasse, Svenonem operi immortuum fuisse, sed Knutum post mortem Ethelrethi Emmam duxisse, & tandem post mortem Ethmundi Ferrei Lateris, profligatis reliqvis Ethelrethi filiis, totius Angliæ Monarcham exstitisse, qvæ omnia tangit, sed ex mente Anglorum, non recte ad annos aut ad res Olai refert & disponit. Nam fugam Ethelredi non in Galliam, sed in Flandriam, nec 1013. sed 1009. factam esse testatur. Svenonem in Anglia mortuum esse dicit, idqve ad annum 1009. refert, non vero ut volunt Angli, ad 1012. aut 1014. Similiter etiam Ethelrethi mortem non 1016. sed 1011. accidisse scribit. Scivit anno 1013. Ethelrethum in Anglia non fuisse, totam insulam Danis tum paruisse, & filios ejus in Gallia exulasse; sed de ipsius fuga in Galliam ne verbulum qvidem ei innotuerat, ideoqve putavit eum 1012. mortuum fuisse, qva propter omnia qvæ deinde gesta sunt, non ipsi, sed ejus filiis tribuit, ut patet ex cap. 28. " Knútr " Kóngr átti margar oroster vid syni Adalráds Kóngs, oc höfdu ymsir sigr. " ɔ: *Knutus Rex multa prælia vario Marte contra filios Adalradi Regis commisit.* Qvasi Knutus cum Ethelretho aut ejus ducibus, nullum bellum gesserit & nullum commiserit prælium. Pari modo conjugium Knuti cum Emma, mortem Ethelrethi, & profligationem filiorum Ethelrethi ad Annos 1012. & 1013. refert, qvæ ex Anglorum mente ad 1017. pertinent. Ponamus, inqvam, omnia hæc erronea esse, præterqvam qvod scribit Olaum 1013. in Neustria hyemantem, in Ethelrethi filios profugos incidisse, cum illis inita belli societate anno 1014. in Angliam rediisse, id enim cum Anglorum relatione conciliari potest, sed mox fusum fugatumqve, &, qvod caput est rei, audita Erici Comitis morte, qvæ proximo acciderat autumno, eorum societati renuntiasse, ac in Norvegiam tetendisse. Qvid inde seqvitur? An qvod anno 1014. regnum Norvegicum subjugare, & tandem 1015. thronum ascendere, non potuerit?

qve abrogandos curaret (a). Hialtonem vero Skeggonis ad se evocavit, qvi anno seqventi Regem adiens, ab eo honorifice excipitur; sed post biennem apud exteros mansionem, in patriam redux, secum Jus Canonicum a Rege Olao, ex sententia Grimkelis Episcopi, aliorumqve sapientum consilio conscriptum, ut & Biarnhardum Episcopum, vulgo *Doctum* seu *Librorum peritum* cognominatum, secum advexit (b), qvi qvinqvennium tantum in Islandia mansit. Jure autem canonico, ab ipso allato, Islandi usqve ad annum Christi 1123. (qvo aliud in popularium gratiam, annuente Adzero, nobis Ossuro, Archiepiscopo Lundensi, Thorlacus & Ketillus, Islandorum ea tempestate Episcopi, una cum Sæmundo Presbytero composuerunt) qvadantenus usi esse videntur.

§. 2.

potuerit? Minime qvidem; sed qvod authori nostro cum Anglicis, de anno emortuali Svenonio, aliisqve, non conveniat. Hinc præterea liqvet, qvam lubrico insistant vestigio, qvi nostri hypothesin de morte Svenonis 1009, & Ethelrethi 1012, rejiciunt, ac ad annos 1014. & 1016. contra ejus mentem producunt; sed nihilo minus initia regni Olaviani, secundum ejus verba, sed contra ejus mentem, infra istorum mortem, id est 1016. collocant. Tandemqve, cujus rei gratia hanc disqvisitionem adornavimus, ex vera regni Olaviani epocha, elucet introductionem novi Juris Canonici & religionis in Islandia reformationem, pertinere ad annum 1019. Nam Hialto a Rege discessit 1018. qvem eodem anno, sed exactis Comitiis, in patriam venisse, ideoqve anno tandem 1019. eorum, qvæ in mandatis habuit, exsecutionem perfecisse, supponimus.

(a) Initia regni Olai Crassi a victoria, qvam die Palmarum anni 1015. obtinuit, numeranda sunt, confer *ejus Vitam* cap. 40. Anno seqventi 1016, ut patet ex capite 46, (qvod seqvitur *TORFÆUS Histor. Norv.* Tom. III. pag. 63.) nuntios & epistolas in Islandiam ad Skaptonem & Hialtonem misit. Hæc legatio non est confundenda cum altera, qvam deinceps Anno 1024. instituit. Prioris enim opus & scopus fuit, ut religionem & leges ecclesiasticas Islandorum purgaret & reformaret; posterioris autem, ut Islandos sibi vectigales faceret, de qva lege cap. 110. seq. & ex his *TORFÆUM Hist. Norv.* Tom. III. pag. 122. 132.

(b) De jure canonico Olai Regis per Grimkelem conscripto vide *Olai Vitam*, cap. 43. & de hoc jure ab Islandis accepto, cap. 109. Biarnhardum instinctu Olai in Islandiam transmisisse refert *Appendix Landnamæ* pag. 181. Hialtonem ad Regem profectum esse anno 1017. ex cap. 51. *Vit. Olai* colligitur; in patriam vero rediisse 1019. ex cap. 69. Hialtonem autem, & Episcopum Biarnhardum & memoratum Jus Canonicum secum adduxisse, sola verisimilitudine ducti conjicimus; nam de tempore nihil constat, nisi qvod factum fuerit ante Annum 1024, ut patet ex cap. 109. Plura de hac epocha chronologica vid. supra p. 73. sqq.

§. 2.

De doctrinæ propagatione, statuqve ecclesiæ, qvalis hoc tempore fuerit, monumentis destituti tacere cogimur. Nam fontes, ex qvibus horum temporum doctrina, aut informationis modus peti possit, præter allata, & paucas in *Vita Tryggvini* Orationes (qvas tamen a recentioribus monachis auctas, aut omnino effictas, & historiæ insertas esse, non videtur dubitandum) nulli exstant (a). Doctrinam autem variis traditionibus fuisse permixtam, ex Thangbrandi concione, de novem Angelorum ordinibus, qvorum cuivis peculiare ministerium sit commissum, satis constat (b); cui jungenda qvæ de templorum capacitate infra adferam, & alia magno numero.

§. 3.

A baptizandis singulorum peccatorum enumeratio exacta fuisse videtur, qvod forte non paucos ab eo recipiendo deterruit (c). Baptismum, qvi nulla vel saltim exigua præmissa institutione, petentibus concedebatur, & recusantibus obtrudebatur, missæ celebrationem, aliasqve cæremonias ritusqve ecclesiasticos ex opere operato salvare, plurimi credidisse, videntur (d).

§. 4.

(a) *Vitam Olai Tryggonis* post Oddi & Gunnlaugi mortem interpolatam aut auctam fuisse patet, ut alia taceam ex cap. 106. & 108. Part. 2. pag. 327. 329. qvæ non tantum de utroqve ut dudum mortuo loqvuntur, eorumqve opus laudant, sed etiam Gunnlaugum latine scripsisse innuunt. Similiter ex cap. 95. ubi *SNORRONIS STURLÆI Histor. Norv.* allegatur, qvam post adornatam ab Oddo & Gunnlaugo *Olai Vitam* conscriptam esse, ratio temporum docet. Nam Oddus circa annum 1200, sed Gissurus Halli, supremus operis censor, obiit anno 1206, qva tempestate Snorro ex ephebis nuper egressus, suo operi edendo impar fuit. Pro certo enim habemus, Snorronem suum opus ante annum 1230. non edidisse, qvod ex *Sturlunga* libr. 5. cap. 11. colligimus.

(b) Vide ejus concionem coram Hallo de Sida habitam, supra cap. 7. §. 2. a nobis allatam. Sed de templorum capacitate *Eyrbyggia* testis est. Conf. infra §. 4. & cap. 11. §. 10. not.

(c) Conf. *Vitam Trygg.* Part. 2. cap. 20. p. 73.

(d) *Vit. Trygg.* Part. 2. cap. 14. pag. 41. refert Bardum Crassum, qvi nulla præmissa informatione baptizatus fuit, Regem rogasse, an jam bonus esset? Regemqve respondisse: utiqve

§. 4.

Novellis hisce christianis, missionarios præcipua Romanæ ecclesiæ placita, ut doctrinam de purgatorio (a), Sedis Apostolicæ authoritate, & de Pontificis Romani summo, tam in rebus politicis, qvam ecclesiasticis, imperio, præsertim vero de ejus infallibilitate, & loco Christi vicaria opera, opinionem inculcare non omisisse, vero simile faciunt, peregrinationes hoc tempore ad limina Apostolorum susceptæ (b), qvas, ut summæ pietatis opus, perfectam acqvisiturum peccatorum remissionem, qvidam, qvi enormia patraverant facinora, susceperunt, qvidam vero in magnis constituti periculis, ad easdem voto se obligarunt (c).

§. 5.

utiqve. Conferatur etiam Thangbrandi Historia, qvi delirantes vetulas, & tantum non ad id coactas, affirmata saltim triplici qvæstione de fide in Trinitatem, baptizavit. Similiter *Historia Christianismi* cap. 8. qvæ, qvotqvot ad comitia confluxerant, bidui aut tridui tempore, promiscue sine ulteriori informatione baptizatos docet. De omnibus tamen hoc non dixerimus; sed de plurimis & maxima plebis parte. Nam viri qvidam cordatiores nec statim religionem amplexi sunt, nec eam omnino abnuerunt, sed tempus ad deliberandum sumserunt, ut testantur exempla Kiartani, Halli de Sida, Gesti Sapientis, Thorkilli Krafiæ, Ormi Kodrani filii, & aliorum.

(a) Purgatorii & infernalium cruciatuum mentionem facere videtur Hallfredus, Olai Trygg. Poëta, in rhythmo emortuali, ubi de salute sua subdubitans canit:

" Ek mundi nú andaz
" úngr var ek hardr í túngu,
" senn ef sálu minni,
" sorglaust vissa ek borgit. "

: *Eqvidem fui juvenis intemperantis lingvæ, sed intrepidus mortem subirem, si scirem animam meam liberandam fore.* Sed Skarphedinus qvi anno 1010. in incendio villæ Bergthorshvolensis vitam posuit, dicit se certum esse, qvod Deus non sit permissurus, ut & hic & in æternum conflagret. Vid. *Niála*.

(b) Peregrinationum Flosonis Thordi filii, & complicum, qvi Nialum cum familia & domo insontem combusserunt, item Kari Solmundini, qvi in ultionem hujus flagitii, permultos occiderat, circa annum 1012. susceptarum, *Niala* mentionem facit, qvæ etiam ut singularem qvandam Flosoni præstitam gratiam refert, qvod ab ipso Pontifice absolutionem acceperit.

(c) Hoc de Ormo Storolfi filio cum immani qvodam monstro colluctante testatur *Vit. Olai Trygg.* appendix pag. 16. his verbis: " Heitir hann þá á siálfan Gud og Sancti

" Petr

§. 5.

Non certum eſt, qvales ceremoniæ & ritus in uſu fuerint; Credendum tamen non multum ab iis diverſos fuiſſe; qvi tum temporis alibi vigebant. Tantum conſtat, baptiſmum immerſione, non aſperſione aqvæ peractum; ante eum ſale, & ſigno crucis, poſt eundem albis veſtibus uſi ſunt (a).

§. 6.

Templa conſecrabantur, variisqve dedicabantur, eaqve etiam poſt conſecrationem, pariter ac homines poſt ſuſceptum baptiſmum, in albis fuiſſe dicuntur (b). Ad ea, miſſam audiendi, & precandi gratia, homines

---

" Petr at gánga til Róms ef hann inni Kettuna. oc Brúſa ſon hennar. ſídan fann " Ormr at mínkadiſt afl kettunnar. " ɔ: *Votum tunc facit ipſi Deo & Sancto Petro, Romam ſe peregrinaturum, ſi Felem ejusqve filium Bruſum ſuperaverit. Tunc Ormus vires Felis deficere perſentiſcit.* Idem etiam de Rafno Rufo *Niala* cap. 123. " Rafn Raudi var elltr utá á nockura þar þóttiſt hann ſiá helvíti, oc þótti hönum " diöflar vilia draga hann þángad, hann mællti þá: *Runnid hefer hundr þinn, Petr* " *Poſtuli, tvíſvar til Róm, oc renna mundi þridia ſinn, ef þú leifdir.* letu diöflarnir " hann þá lauſann. " ɔ: *Rafn Rufus ſupra amnem qvendam inſectatus fuit, ibi infernum videre ſibi viſus eſt, & diabolos ſe illuc trahere conantes, ille autem dixit:* Petre Apoſtole! Canis tuus bis Romam cucurrit, & ſi tu permiſeris, ad huc tertia vice curret. *Tunc diaboli illum dimiſerunt.*

(a) Trina immerſione infantum, ſed non aſperſione aqvæ, in baptiſmo uſos fuiſſe, adultos autem nudos in aqvam deſcendiſſe, veriſimile eſt, ex *vita Tryggonis* Part. 2. cap. 14. qva cum conferenda Halli de Sida dicta ſupra cap. 7. §. 3. & Thorkilli Kratlæ cap. 4. §. 4. allatæ, inprimis autem cap. 9. §. 9. de univerſali converſione agens. Salem baptizandis aut cruce ſignandis dari ſolitum, conſtat ex dicto Hialtonis, cum Runolfum ex ſacro lavaero ſuſciperet, aut pro eo fidejuberet. Albarum veſtium per octiduum geſtatarum mentio fere ubiqve obvia eſt. Hi ritus antiqvæ eccleſiæ a ſeculo qvarto in uſu fuerunt, ſed qvamdiu duraverint, non liqvet.

(b) Statim anno 1010. qvædam templa exſtructa, & variis dedicata leguntur, ut *Skalholtenſe, Helgfellenſe, Frodäenſe, Knapſtadenſe*, de qvibus *Eyrbyggia* & *Hiſtoria Trygg.* Part. 2. cap. 64-65. legendæ ſunt. Præterea *Laxdæla* refert templum qvod Thorſteinus Egilli filius, Borgæ anno 1002. ædificari curavit, nuper conſecratum in albis fuiſſe, cum Kiartanus, Thorſteini ex ſorore nepos ad id ſepeliretur. Circa Annum 1020. Olaus Sanctus Norvegiæ Rex materiam templo condendo aptatam, & magnæ molis

nes confluebant, & circa illa mortui ſepeliebantur (a). Dies dominica & feſta qvædam eatenus obſervabantur, ut miſſam iis præ aliis audirent, minime tamen ab omnibus laboribus qvieſcerent (b).

§. 7.

Superſtitiones variæ, in variarum rerum, per cruces, aqvam benedictam, cereos, & talia, conſecratione manifeſtæ ſunt (c). Jejunii qvadrageſimalis & certorum ciborum electionis etiam mentio fit (d). Mores plerumqve parum fuerunt chriſtiani, & ſiqvid in illis chriſtiani

fuit,

molis campanam Islandis dono dediſſe perhibetur. Templum ex ipſius præſcripto Thingvallis, in generalis fori fundo, exſtructum fuit, inqve eo campana collocata. Sed tempeſtate dejectum Haraldus Imperioſus ipſius frater & poſt Magnum filium, re & cognomine Bonum, in regno ſucceſſor reſtauravit.

(a) *Liosvetninga Saga* cap. 7. Gudmundum & Einarum Islandiæ tunc temporis Primates, qvorum mentio fit in *Vita Olai Craſſi* cap. 110, & alibi paſſim, miſſam audituros templum Thingvallenſe una acceſſiſſe tradit; qvod & fecere alii Procerum, ſuis qvisqve comitatus aſſeclis. Sed de devotione, qva id fecerunt, teſtatur Gudmundi riſus, ibidem commemoratus. Et qvoniam templa tunc temporis perrara fuerunt, ingenti molimine & magnis impenſis, mortui, ut circa ea ſepelirentur, advehebantur, vide *Laxdælam* de Kiartano & Geſto Oddleſi filio, & *Eyrbyggiam* de Thorgunna.

(b) Diei dominicæ & feſtorum obſervatio, ſi non ſanctificatio, mox cum chriſtianiſmo introducta fuit, licet ab omni labore non ceſſarent. Floſo enim Thordi die dominica, audita ante miſſa, ad comburendum cum tota familia Nialum domo profectus eſt; & Thorgilſus Hallæ filius die dominica publicum conventum freqventavit, in qvo de Helgonis Hardbeini cæde conſultavit. De qvibus *Niala* & *Laxdæla* pluribus agunt.

(c) Non ſolum templa, campanæ, & talia conſecrabantur, ſed etiam fontes, pontes, vada & naves. Nam Sigurdus celebris ille Tryggonidæ Epiſcopus, Thorgeiri Gardenſis navigium conſecravit, ex cujus tignis poſtes demum villæ Gardenſis facti ſunt, qvi tempeſtatum præſcii fuiſſe memorantur. *Landnama* Part. 3. cap. 19. pag. 122.

(d) Kiartanus Olai primus omnium Islandorum jejunium qvadrageſimale eatenus obſervavit, ut ſolido cibo non veſceretur, vide *Laxdælam*. De Gudmundo itidem Ejulfi refert *Liosvetninga-Saga* cap. 21. qvod lacte tantum calefacto tunc temporis uſus ſit, qvod vocarunt cibum jejunii, credebant enim *liqvidum non frangere jejunium.* Dudum autem in Norvegia Haqvinus Adalſteini Alumnus talem introducere voluerat morem, ut ſexto qvovis hebdomadis die incolæ jejunarent, qvod omnino recuſarunt, vide *Vit. Trygg.* Part. 1. cap. 20. pag. 19. Ita etiam Gretterus athleta, in valle Thorisdal exulans, jejunii aliqvalem obſervationem habere inſtituens, hepate & adipe veſcebatur, cum præter carnes nihil præſto eſſet conſ. *Grettis Saga* cap. 64. p. 137.

fuit, variis superstitionibus laboravit; non tamen omnino veri christianismi signa desunt (a).

§. 8.

Anteqvam religio christiana publice acciperetur, & legibus stabiliretur, variæ increbuerunt persecutiones (b). Verbi prædicatio miraculis interdum

(a) Horum temporum mores qvales fuerint abunde testantur historiæ. Tot enim incendia, homicidia, rapinæ, adulteria & fraudes memorantur, ut pudeat pigeatqve enumerare. Nec omnino sagas & magos consulere destiterunt; testes sunt *Liosvetningorum Historia* cap. 21. de Gudmundo Ejulfi, & *Eyrbyggia* de Kiartano Frodriensi; Ille enim de suis & filiorum fatis sagam consuluit; hic vero ex consilio Snorronis Helgfellensis, larvis, gentilium more, dicam scripsit, nihiloqve secius ambo *boni christiani* audiebant. Præter hos, fas sit, unum nostratium, qvi in satellitio optimi Norvegiæ Regis Olai Tryggonis vixit, Hallfredum Poëtam, ejusqve exemplum intueri. Hic, a Regis avunculis in ipsius aula informatus, cum latrone colluctans, & in vitæ periculo constitutus, hoc modo precatus dicitur: " Dugi þú nú hvíta kristr —— " ef þú ert sva máttigr sem Olafr Kóngr lánardrottinn minn segir þik. " ɔ: *Juva jam Albe Christe! si tanta polles potentia, ac dicit dominus meus Rex Olaus.* Conf. *Hist. Trygg.* Part. 2. cap. 31 pag. 128. Idem Regi in os ausus est dicere, cum poëma qvoddam, qvod de rebus ab eo gestis composuerat, audire recusaret: *Si carmina mea non vis audire, doctrinam qvam mihi propinasti, rejiciam; plus enim huic poëtici spiritus, qvam meo inesse carmini non video.* Alii vero, qvi tantæ impietatis non fuerunt, superstitionibus tamen laborabant; qvalis Thorsteinus Skelkus, qvi campanæ sono dæmones abigi posse putabat; & Thorvaldus Tasaldus, qvi virtute panni, pectore gestati, cui nomen Dei insutum erat, colluctatorem multo fortiorem se vicisse putavit; testis *Vita Trygg.* Part. 2. cap. 14 pag. 40. & cap. 56. pag. 210. Interim non desunt veri christianismi & sanæ pietatis signa, qvalia sunt; Thorleifi Christiani, inimicum hospitio excipientis; Thorvaldi Bodvari filii, mendicos non sine propriæ vitæ periculo ex faucibus mortis eripientis, & tempore famis sustentantis; Höskuldi Hvítanesensis, qvi insons omnino ex improviso occisus fuit, sed lethale accipiens vulnus exclamavit: *Deus mei misereatur, & tibi condonet.* Hialtonis insidiatori condonantis, & inimicos beneficiis ornantis. Thorvaldi Peregrinatoris, qvi prædam piratica partam, in liberationem christianorum captivorum erogavit. Qvibus adjungi meretur Hallus de Sida, filii insontis necem inultam esse volens, si hoc modo amicitia inter Flosonem & Karum, hostes infensissimos evalesceret. Plura in utramqve partem congerere supersedemus. *Historia Trygg.* Part. 2. cap. 67. p. 242. & cap. 64. p. 232. *Historia Christianismi* cap. 1. p. 1. *Niala.*

(b) De persecutionibus supra sparsim dictum est, qvæ hic denuo, qvasi in fasciculo, promendæ sunt. Fridericus Episcopus & Thorvaldus non tantum maledictis & probro-


fis

interdum confirmata fuiſſe dicitur (a). Hoc tamen ſcriptum non habuerunt, nam literarum uſus tunc temporis, vel nullus vel exiguus fuit (b).

ſis carminibus lacerabantur; ſed etiam lapidationis & incendii periculum ſubibant. Thangbrandus ignominioſa poëmata, magiæ vim, & deniqve pænam exilii experiebatur. Stefnerus & Hialto etiam exilio mulctati ſunt; omnes deniqve chriſtiani ut publicum propudium e republica proſcripti.

(a) Miracula ſupra ſuis locis relata ſunt. Plura qvidem poſſent recitari, ut ſomnium Thorhalli Knapſtadenſis, & viſio Thorhilldæ, ex *Vita Trygg.* Part. 2. cap. 65-66. pag. 236-237. Viſio Thidrandi, cap. 57. pag. 213. & id genus alia. Sed hæc & ſimilia cautum & non nimis credulum reqvirunt lectorem; nam vereor, ne ſeqventium ſeculorum monachi, hiſtoriarum exſcriptores, & ex parte authores, ubi miracula non invenerunt, intulerint. Prodigia etiam Frodäenſia, qvæ in *Eyrbyggia* ſatis prolixe referuntur, lubens prætereo, inprimis cum ea *TORFÆUS* fuſe deſcripſerit *Vinlandiæ Antiqvæ* cap. 17. pag. 76.

(b) Nullum vel exiguum literarum uſum Islandis primitus fuiſſe, neqve eum prius qvam cum chriſtianiſmo ſeu Isleifi epiſcopatu, ita ut inde aliqvid emolumenti in publicum redundaret, introductum putamus; Ille enim primus in Islandia ſcholam aperuit; Non tamen omnino negamus exſtitiſſe paucos qvosdam, qvi qvalemcunqve literarum cognitionem habuerunt. Anteqvam chriſtianam acceperunt religionem, runicis literis uſos fuiſſe conſtat, qvarum etiam fœminæ gnaræ fuerunt, ut patet ex *Egla*, ubi Thorgerda rhythmos Egilli; & ex *Grettla*, ubi filia Hallmundi carmen patris morientis, literis runicis excepiſſe leguntur. Ut plurimum tamen, leges, hiſtorias, poëmata & alia memoriter didicerunt & recitarunt; nam hæc *non marmoribus ſed memoriæ inſcribebantur*, ut rectiſſime aſſerit *VERELIUS* in *notis ad Hervaræ Hiſtoriam* cap. 1. Qvod autem ibidem & cap. 19. de vetuſtioribus manuſcriptis diſſerit, minus eſt credibile. Nam *ARII Schedæ* ſine dubio antiqviſſimum noſtratium ſcriptum eſt, qvod ad nos pervenit, & iſtas tamen poſt annum 1122. conſcriptas eſſe, inde patet, qvod ſe eas Epiſcopis Thorlaco & Ketillo cenſendas exhibuiſſe aſſerat; Ketillus autem 1122. in Epiſcopum conſecratus fuit. Plura vide hac de re recte judicantem doctiſſimum *BUSSÆUM* in notis ad *Schedas.*



CAP. XI.

De viris celebrioribus, qvi hoc temporis tractu floruerunt.

§. 1.

Viri, qvi religionis negotium in Islandia promoverunt, qvorumqve nobis mentio facienda videtur, partim Ecclesiastici sunt, partim Politici ordinis. Illos inter primas tenent *Episcopi*, nulli qvidem hoc tempore Islandis proprii, qvi fixam hic sedem haberent; sed hinc illinc adventantes. Horum plurimi famis potius depellendæ, qvam ecclesiæ nutriendæ ergo, aliqvantulam hic habuerunt moram, cum liberet, rursus abeuntes (a).

§. 2.

Horum primus fuit *Fridericus*, natione Saxo, qvi cum Thorvaldo Kodrani filio in Islandia publice verbum Dei prædicavit; sed ab incolis male exceptus post qvinqvennii mansionem discessit (b). Secundus *Biarnhardus* vulgo *doctus*, seu *librorum peritus*, natione Anglus, qvi instinctu Olai Crassi, Norvegiæ Regis Islandiam petiit, & qvinqvennium ibidem egit (c).

§. 3.

(a) De his in genere ita loqvitur *Hungurvaka*, seu primorum Islandiæ episcoporum Historia: *Tum temporis Episcopi qvidam aliunde advenerunt, qvi multo mitiora qvam Isleifus docuere, unde malis bene placuerunt; usqve dum Archi-episcopus Albertus, literis in Islandiam missis, eorum uti ministerio omnes prohibuit; qvosdam enim eorum excommunicatos, omnes autem se inscio & invito Islandiam petiisse.*

(b) Vide supra cap. 4.

(c) Vide *Appendicem Landnamæ* & *Hungurvakam*; Diversum esse a Biarnhardo Saxone infra §. 4. nominando, temporum ratio docet. Nam noster circa Annum 1020. in Islandia fuit, alter autem circa Annum 1070. ex Islandia in Norvegiam transiisse videtur. Præterea ille Anglus, hic Saxo fuit.

§. 3.

Tertius *Kolus*, poſtqvam paucos annos cum Hallo Haukdalenſi vixiſſet, in Islandia mortuus, primusqve epiſcoporum Schalholti ſepultus eſſe fertur (a). Qvartus *Rodolfus*, ſeu Ulfus Rothomagenſis, 19. annos in Islandia hærens, Lundi in tractu Borgarfiord habitavit, primum in Islandia ad prædium Bay cænobium fundavit, ibiqve abiens tres monachos reliqvit (b). Qvintus *Johannes*, qvem alii Saxonem, alii Hibernum faciunt, qvadriennio in Islandia conſumto, Vandaliam petiiſſe, ibiqve multos ad Chriſtum convertiſſe, & tandem ob evangelii profeſſionem martyrio coronatus fuiſſe, fertur (c). Sextus *Henricus* biennium ſaltem apud Islandos egit.

§. 4.

(a) Kolus non primus epiſcoporum in Islandiam venit, ut innuere videtur *BUSSÆUS* in notis ad *Sched.* pag. 50; Sed primus epiſcoporum Schalholti ſepultus fuit, id eſt, ut loqvitur *Hungurvaka: ut hoc templum, qvod eſt mater omnium aliorum in Islandia, omniumqve nobiliſſimum, primum tam nobilis viri ſepultura honoraretur:* Verum ſi Kolus hic idem eſt, ac ille, qvi Vigaglumum circa annum 1002. (impreſſa habet 1003. pag. 240.) ſacro oleo unxit, non intelligo, qvo modo dici poſſit, paucos annos in Islandia, & eos qvidem cum Hallo Haukdalenſi egiſſe, nam Hallus anno 1002. ſexennis fuit. vide *Sched.* cap. 8. pag. 50. & *Appendicem Landnamæ*; conf. ſupra cap. 7. §. 1. not.

(b) Tam *Landnama* Part. 1. cap. 16. pag. 18. & Append. pag. 282. qvam *Hungurv:* dicunt eum fuiſſe ex " Rúduborg á Englandi " ɔ: *Rothomago Angliæ*, ſed inſigni errore; Nam Ruda ſeu urbs celeberrima Rothomagus, non in Anglia, ſed in Gallia ſita eſt, in ea qvidem provincia qvam Normanni diu tenuerunt, qvæ eorum nomen hodiedum retinet. conf. *TORF. Hiſt. Norv.* Tom. III. pag. 207.

(c) *Landnama* impreſſa pag. 182. eum ex Islandia in Vinlandiam migraſſe ſcribit; Sed qvod habemus manuſcriptum; *Vindland* ſubſtituit, ſcripſimus itaqve non Vinlandiam, ſed Vandaliam, id enim multo veriſimilius eſſe videtur. Vinlandia qvippe eſt pars Americæ Septentrionalis, qvam Islandi primi omnium Europæorum ita appellavere, ut non ſine fundamento judicat *BUSSÆUS*, in notis ad *Schedas* cap. 6. p. 33. Sed qvæ, qvalis, qvantave ſit, aliis diſcernendum relinqvimus. Vandalia vero tunc temporis & ſeculis ſeqventibus chriſtianorum albo inſcribebatur, vide *SAXONEM Knytlinga-Sagam* & alios. De Vinlandia legendus *SNORRO STURLÆUS*, & ex recentioribus *ARNGRIMUS* & *TORFÆUS*. De Johanne plura infra Per. 2. Sect. 2. cap. 1. §. 4. Scio eqvidem Doctiſſ. *TORFÆUM* tam in *Vinland.* cap. 16. qvam in Præfat. ejusdem libri contrariam amplecti ſententiam & pro Vinlandia militare, aſſerendo Johannem Americanos, & in his Arium Mauri filium ad chriſtianam religionem conver-

§. 4.

Septimus *Biarnhardus* vel *Biarnvardus* Saxo, qvi Magno Bono Norvegiæ Regi adhæserat, qvo defuncto iram fuccefforis ejus Haraldi fugiens

---

convertiffe, cujus fententiam lubenter amplecterer, fi non obftare viderentur rationes: 1) *Chronologicæ:* Nam Arius Mauri in Americam delatus fuit ante annum 1000. & qvidem ætate provectus, nam in *Hiftoria Chriftianifmi* cap. 1. inter Proceres qvi circa annum 980. floruerunt, numeratur, qvorum multi circa annum 1000. in vivis effe defierunt. Johannes autem fecundum Perilluft. *PONTOPPIDAN Ann. Eccl.* Tom. I. in Islandiam venit anno 1055. ibiqve fecundum appendicem *Landnamæ* qvadriennium abfumfit. 2) *Geographica:* Arius in terra Alborum " á hvitra manna landi " qvæ etiam vocabatur Hibernia Magna, vifus & agnitus fuit, ibidemqve chriftianam acceperat religionem (vid. *Landnama* Part. 2. cap. 22.) a qva diverfa fuit Vinlandia, de qva refertur, qvod alios qvam Skrælingos, qvi chriftianæ religionis prorfus ignari fuerunt, incolas non habuerit. vid. *Hift. Thorfinni Karlfefnis* aliosqve, qvi de Vinlandia fcripferunt. 3) *Hiftorica:* Omnes enim, unum tantum Johannem Epifcopum in Islandiam veniffe, eumqve in Vandalia tandem Evangelium annunciaffe afferunt, cui affertioni nihil officit qvod *Schedæ* & *Hungurvaka* fuum Johannem Hibernum fuiffe fcribunt; Sed Author appendicis *Landnamæ* qvi illis multo eft recentior, & fua ex *Hungurvaka* haufit, fuum Johannem Saxonem facit, nam omnes hos de eodem viro loqvi, ex ipfius Appendicis verbis manifeftum eft; allegat enim Author Appendicis *Hungurvakam* hoc modo fcribens: *Johannes Saxo; hic fuit qvatuor annos; Hungurvaka dicit illum fuiffe natione Hibernum, hincqve in Vinlandiam difceffiffe, chriftianam religionem ibidem propagaffe, & cruciatibus affectum, occifum fuiffe*, ex qvibus patet eum de eodem viro loqvi. Sed audiamus etiam *Hungurvakam*, & apparebit appendicis Authorem nimis incuriofe *Hungurvakam* infpexiffe & exfcripfiffe, hoc modo enim illa: *Jonas Epifcopus Hibernus* (in Islandiam venit) *qvem qvidam putarunt poftea in Vindland* (ɔ: in Vandaliam) *emigraffe, multos ibi ad Deum convertiffe, deinde captum, flagellatum, manibus pedibusqve abfciffis, & capite plexum, ad Deum abiviffe.* Hinc apparet utrumqve Authorem 1) De eodem viro loqvi. 2) Ipfum illum Johannem qvem Hungurvaka facit Hibernum, eundem Authorem Appendicis *Landnamæ* Saxonem vocare, eo qvod e Saxonia (fcilicet inferiori) in Islandiam venit. 3) Hungurvacam dicere eum in *Vindland* feu Vandaliam, Appendicem vero in Vinlandiam Americæ provinciam abceffiffe, unicæ literæ neglectu. 4) Illam dicere hoc poftea (forte poft multos annos & recte qvidem) factum effe: Hunc vero eum *hinc* " hedan " id eft directe ex tempore, fed minus vere, Vinlandiam petiiffe. Origo itaqve hujus erroris feu diverfitatis eft penes Authorem Appendicis, qvi nimis ofcitanter *Hungurvakam* exfcripfit, ejusqve verba in alienum fenfum detorfit. Nec obftat qvod *ADAMUS BREMENSIS* eum Scotiæ Epifcopum fuiffe fcribat, nam præter qvam qvod antiqvi fæpe Hiberniam Scotiæ nomine infigniant, potuit Johannes in Hibernia natus, ab *ADAMO* Scotus aut Scotiæ Epifcopus

giens in Islandiam fecessit, ibiqve qvoad Rex in vivis fuit, in boreali qvadrante, Steinstadis & Giliáæ annis 19. vel 20. habitavit. Templa, campanas, fontes, pontes, stagna, vada, rupes & talia passim consecravit. Post mortem Haraldi ad filium ejus Olaum Qvietum se contulit, a qvo Romam mittitur, unde redux, insulæ Seliæ Episcopus a Rege præficitur, sed tandem Bergis mortuus & sepultus est (a). Præter hos septem, nominantur qvinqve alii: *Ornulfus*, *Gotskalkus*, *Petrus*, *Abrahamus*, *Stephanus*, Episcopalem dignitatem jactantes, qvorum tres postremi Armenii fuisse perhibentur (b).

§. 5.

---

pus appellari, qvod ex Scotia, ubi aliqvantisper degerat, & se pro Episcopo gesserat, Bremam venit, perinde ac *Landnamæ* appendix eum Saxonem facit, qvia ex Saxonia in Islandiam venit, qvod, ut & nostram de Vandalia conjecturam, egregie confirmat ipse Bremensis, de amicis Archiepiscopi Alberti loqvens, ubi de hoc (ut puto) Johanne ita scribit: *Alter erat Johannes qvidam Episcopus Scotiæ, vir simplex & timens Deum, qvi postea in Sclavoniam missus, ibidem cum Principe Godeskalko interfectus est.* Ubi probe notandum, qvod *ADAMUS* dicit, eum Scotiæ Episcopum fuisse, & in Sclavonia, id est Vandalia interfectum esse. Siqvid ergo *TORFÆI* sententia verum habet, oportet duos tales Episcopos sub Johannis nomine in Islandiam venisse, de qvo tamen apud antiqvissimos Scriptores *ARIUM*, *Hungrvacam*, *Historiam Christianismi* & Appendicis *Landnamæ* Authorem, altissimum est silentium, qvi unius tantum mentionem faciunt.

(a) Reliqva de eo *TORFÆUS* l. c. pag. 290. 363. *Landn.* impr. dicit, nostrum a Rege Olao Qvieto Romam missum fuisse " ad hann fridadi fyrer öndudum " ɔ: *ut intercederet pro mortuis*; sed Ms. habet: " ad hann fridadi fyrer öndunum " ɔ: *pro animabus*, utrumqve eodem recidit; sed prior lectio sine dubio retinenda est, præsertim si genium seculi respiciamus.

(b) Tres horum episcoporum ex celeberrima Asiæ provincia Armenia in Islandiam venisse, vix possum adduci, ut credam; nam qvid Armenis cum Islandis, nec his illorum, nec illis horum lingvam callentibus? Ego id omnino, ut rem absurdam & impossibilem negarem, nisi antiqvissimus & verax scriptor *ARIUS* Appendici *Landnamæ* consentire videretur. Ille enim cap. 8. dicit " oc þrír Ermsker " qvæ alii recentiores, sed non pari doctrinæ laude clari vertunt: " oc þrír úr Armenía " ɔ: *Tres ex Armenia.* Si conjicere liceat, fuerunt hi tres ex provincia qvadam propiore similis nominis, ut Armorico Galliæ; aut oppido aliqvo, ut Armenteria Flandriæ, vel Armacano Hiberniæ, aut siqvæ sunt alia ejusdem paronomasiæ. Non tamen silendum aut dissimulandum, qvod Episcopi Thorlacus & Ketillus in *Juris Canonici* cap. 10. circa

§. 5.

II. *Presbyteri & clerici.* Horum qvidam ab episcopo Friderico, qvidam a Stefnero, ut verisimile est, qvidam a Thangbrando relicti sunt; qvosdam etiam Hialto & Gissurus advexerunt. Nec dubitandum videtur, licet de eo sileant historiæ, qvod haud pauci ab Episcopis, qvi hic versabantur, sacro initiati fuerunt officio, sed plurimi, ut probabile est, indocti, (a) partim aliena viventes misericordia, partim rusticanis operibus & villicationi qvam studiis magis dediti (b). Sed omnium celeberrimus fuit ipse Thangbrandus, filius, ut fertur, Vilbaldi Comitis Bremensis, ab episcopo loci educatus & eruditus. Olao Tryggonis, anteqvam thronum Norvegicum ascendit, clypeum aurea cruce signatum multo argento vendidit, qvo deinde formosam emit puellam, qvam in Saxoniam abductam, nobilis qvidam Imperatoris obses Thangbrando eripere cupiens, ab eo occiditur. Inde exul, fuga ad Olaum evasit, qvi nobilem hunc amatorem & pugilem, primo in aulicum suum concionatorem transformavit; postea autem Norvegiæ Rex factus, templo Mostrensi præfecit. Sed Thangbrandus qviete & sobrie vivere non sustinens, profusis brevi ecclesiæ bonis, piraticam facere cœpit; qvo Rex cognito, ira exardens, a templi præfectura

---

circa Annum 1123. conscripti, statuant fieri posse, ut indocti episcopi Angli aut Græci huc appellere possint, qvorum ministerio uti prohibent. De re autem tam incerta & non magni momenti suum cuiqve per me esto judicium.

(a) *Vita Olai Crassi* cap. 122. de Sacerdote Norvegiam petente & qvi necessitate qvidem premente infantem baptizare ob ignorantiam recusavit: " Þar var einn Prestr, á skipi " er Brandr het, Breydfirdskr úngr madr oc lærdr helldr lítt. Þeir bádu hann fara " med ser, hönom þótti þat vandi mikill, enn hann vissi vankunnendi sín, oc " villdi eigi fara. " ɔ: *Eadem navi Sacerdos nomine Brandus, e familia Breydfiordensium, vir juvenis, non admodum doctus, vehebatur. Hunc in comitatum itineris invitant, sed cum ignorantiæ suæ conscius sibi esset, & periculum persentisceret, concomitari renuit.*

(b) *Grettla* cap. 67. pag. 139. " Steinn het Prestr er bió at Eyardalsá, hann var búþegn " gódr oc audigr at fe. " ɔ: *Pastor prædium Eyardalsá inhabitavit, nomine Steinus, villicus admodum habilis & opulentus.* Qvæ scilicet maxima ejus laus fuit. De Pastorum paucitate conqveritur *Eyrbyggia* cap. 47. his verbis: " Prestar feingust ei til at " sýngia tídir at kyrkium þó giördar væri, því þeir vóru fáir til þann tíma. " ɔ: *Qvamvis templa constructa essent, pastores tamen ad officium administrandum conduci non potuerunt, tunc enim temporis pauci eorum extitere.*

fectura eum movit. Tandem pænæ loco legationem Islandicam, ut incolas ad veram religionem perduceret, ipsi mandavit, qvod qvomodo cesserit, supra relatum est (a).

§. 6.

III. *Monachi.* Tales fuerunt inter primos Islandiæ occupatores *Jorundus Christianus* & *Asolfus Alskik*, Rudolfus etiam Episcopus in monasterio Bayensi, tres monachos abiens reliqvisse fertur. *Gudrunam* Osvifi filiam, in senectute monasticam elegisse, templum die noctuqve preces fusuram, freqventasse, & primam Islandarum Psalterium memoriter recitasse, author *Laxdælæ* tradit (b).

(a) Qvid Thangbrandus in Islandia gesserit, vide supra cap. 7. cetera de eo, conf. *Vit. Trygg.* Part. 1. pag. 92. 135. 225. Part. 2. pag. 215. 220.

(b) Gudrunæ Osvifi filiæ in *Laxdæla* & alibi fit mentio. Fratres habuit qvinqve, qvorum qvatuor Stefnerum ob religionem christianam in jus traxerunt, & exilio mulctarunt; omnes autem, una cum Bollone, Kiartani patruele, Gudrunæ marito, ipsa instigante, Kiartano insidias struxerunt, ipsumqve vita privarunt, qva propter in exilium acti Stefneri vaticinium impleverunt. Conf. supra cap. 6. §. 3. Horum natu maximus Ospakus pater fuit Ulfi, apud Haraldum Imperiosum Norvegiæ Regem supremi aulæ magistri, qvem plus simplici vice laudant nostratium annales. Gudruna qvatuor habuit maritos: a primo divortium fecit; secundus & ultimus undis absorpti sunt; Tertius Bollo, Kiartani patruelis, sui, qvondam carissimi, necem violenta morte luit. Ex ultimo marito filium habuit Gellerum, multis nominibus laudandum, patrem Thorgilsi, qvi progenuit Arium Polyhistorem, vide *ARII Sched.* cap. ultimo, *Laxdælam*, *Eyrbyggiam* & alias Islandorum Historias. Psalterium, qvod didicit Gudruna & memoriter recitavit, non liqvet, qvale fuerit. Errant qvi putant id fuisse *Psalterium Davidis* in lingvam Islandicam translatum, nam circa Annum 1000. & longo post tempore Bibliorum versiones Danica lingva nullæ exstabant. Nec esse potuit *Rosarium Mariæ*, ut qvidam autumant; Nam id demum seculo 13. a Dominico, monachorum celeberrimo, ecclesiæ, tanqvam efficacissimum orationis genus, commendatum fuit; idqve deinde *Psalterium Mariæ*, ex tribus Rosariis constans, excepit; Nec *Salutatio Angelica*, qvæ seculo demum 14. invaluit. Neqve celebre illud *Ave Maria*, qvod seculo 15. in usum venit. Psalterium itaqve Gudrunæ fuit, aut desumtum ex Psalmis Davidicis Latinis, aut, qvod verisimilius est, Litaniæ qvædam, seu precum formulæ, tunc temporis in ecclesiis borealibus cognitæ & receptæ.

§. 7.

Virorum Politici ordinis, qvi dictis factisve ad christianæ religionis in Islandiam introductionem aliqvid contulere, nonnulli supra indicati sunt, cap. 3. His addendi, Thorvaldus Kodrani, Stefnerus Thorgilsi, Thorvardus Bodvari, Hallus de Sida, Gissurus Albus, Hialto Skeggonis, de qvibus etiam supra; deniqve Thorgeirus & Skapto Nomophylaces, Snorro Helgfellensis, & alii. *Gissuro* præter ardens studium, & indefessum in introducenda religione laborem, laudi inprimis ducitur, qvod filium suum Isleifum, magno conatu, & non minoribus impensis, Erfordam Westphalorum, ad maturitatem in studiis conseqvendam ablegaverit, effeceritqve, ut in patriam reversus, episcopatus officio par & dignus esse videretur. Vir enim pius & patriæ amans, religionem christianam, qvam qvanti in Islandiam introducere constiterat, ipse optime noverat, sine bonarum literarum cognitione vix diu duraturam perspexit (a).

§. 8.

Hialtonis crebra in antiqvis historiis mentio, eaqve semper honesta, ut & Gissuri ipsius soceri, & in introducenda religione collegæ & socii fidissimi. Circa Annum Christi 1017. Hialto ab Olao Crasso Norvegiæ Rege invitatus, peregre proficiscitur, ab Olao utroqve Norvegiæ & Sveciæ Regibus, ut & Rögnvaldo Gothiæ Comite, qvem affinitate contingebat, honorifice excipiendus. Biennio post, donis & honore a Regibus & Dynastis mactatus, patriæ restituitur. Et valde est verisimile, cum tum secum Biarnhardum Episcopum, & Jus illud Ecclesiasticum, qvod Rex Olaus conscribi curaverat, in Islandiam attulisse; qvo accepto, Islandi, ethnicos illos mores, qvos in suis legibus Anno 1000. latis, concesserat Thorgeirus Nomophylax, omnino abjecere. Non itaqve tantum in introducenda, sed etiam in stabilienda inter populares religione christiana, Hialto operam navavit utilissimam (b).

§. 9.

(a) Gissuri Vita peti potest ex *Landnama*, *Vita Tryggvini*, *Historia Christianismi*, *Niala* & aliis.

(b) Hialtonis gesta iisdem locis ac Gissuri leguntur, cum qvibus conferenda *Olai Crassi Historia* cap. 46. & seqq. *Vigaglumi Vita* & aliæ.

§. 9.

Skapto Thoroddi filius, Nomophylacis officio annis 27. apud Islandos functus eſt. Præter id, qvod ſua auctoritate gentiliſmum plane ſuſtulerit, & leges chriſtianiſmo congruas introduxerit, etiam ob rigidius & juſtius, qvam qvo anteceſſores uſi fuerant, imperium laudatur. Nam ſine omni perſonarum reſpectu, proceres & divites, pariter ac ſubditos & pauperes, ob inflicta vulnera, rapinas, homicidia, aliave enormia delicta, partim exilio, partim morte mulctari fecit (a).

§. 10.

Snorroni Helgfellenſi præter raram & reconditam ſapientiam & calliditatem, laudi ducitur, qvod occidentalis qvadrantis incolis, qvi eum pleriqve affinitate aut cognatione attingebant, ut chriſtiana amplecterentur ſacra, author fuerit præcipuus (b).

(a) De Skaptone legenda *Hiſtor. Olai Craſſi*, *Gretla* & aliæ noſtratium hiſtoriæ.

(b) Si non optimo, ſaltim prudentiſſimo & callidiſſimo Snorroni applaudunt variæ antiqvitatis reliqviæ, inprimis *Eyrbyggia* a principio fere ad finem; *Laxdæla* multis in locis; nec non *Vita Trygg.* & aliæ. *Eyrbyggia* inter alia de iſto ita: " Snorri var hógvær " hvörsdagſliga, oc fann lítt á hönum hvort honom líkadi vel edr illa. Hann var " vitr madr oc forſpár um marga lute, lángrækinn oc heiptúdigr, heilrádr vinum " ſínum, enn óvinir hanns þóttuſt helldr kullda kenna af rádum hanns. " ɔ: *Snorro in vita qvotidiana manſvetum ſe geſſit, nec facile videri potuit, an res qvædam ei diſpliceret aut placeret. Vir erat ſapiens & multarum rerum præſagiens, vindictam diu & acriter perſeqvens, amicis optimus conſiliarius, inimicis autem, ejus conſiliorum ingratam admodum meſſem in ſe redundare, videbatur.* Et cap. 47. " Snorri Godi " ſtuddi meſt vid Veſtfirdinga at vid kriſtni væri tekit, oc let kyrkiu giöra at Helga- " felli þat ſumar þegar þíngi var lokit, oc adra Stir mágr hanns undir Hrauni, oc " hvatti þat menn meſt til kyrkiu giördar, at þat var fyrirheit kennemanna, at menn " ſkylldu eiga heimillt jafnmörgum mönnum inní himnaríki, ſem ſtanda mætti í " þeirri kyrkiu er hann let giöra. " ɔ: *Snorro Prætor, occidentalibus, ut religionem chriſtianam acceptarent, præcipuus author extitit, ille qvoqve templum eadem æſtate poſt finem comitiorum Helgafelli, & affinis ejus Stir, aliud ſub Hraune, extrui curarunt. Promiſſum illud ſacerdotum ad ædificationem templorum maxime movebat, jure cuicunqve tot hominum in regnum cælorum receptionem competere, qvot in templo, qvod exſtrui fecerant, ſtare poſſent.* Et tandem cap. 56. " Snorri Godi andadiſt at Tún-

" gu

§. II.

Præter memoratos utriusqve ordinis viros, qvi publicis fungebantur officiis, & aliqvid ad christianæ religionis introductionem & stabilimentum contulerunt, exstiterunt etiam qvidam civilis status viri, pietatis, justitiæ, sapientiæ, omniumqve virtutum laude spectabiles, qvorum celeberrimi fuerunt *Nialus Thorgeiri* (a), *Gestus Oddleifi* (b), *Osvifus Helgonis*

" gu í Sælingsdal einum vetri epter fall Olafs Kóngs Helga, oc var hann þar graf-
" inn at þeirri kyrkiu er hann hafdi siálfr giöra látit. " ɔ: *Snorro Prætor unica post Sancti Olai Regis cædem hyeme (translapsa,) Tungæ Sælingsdalensium decessit, & in templo, qvod ipse exstrui fecerat, sepultus fuit.* De hoc omnino dicendum est: Si non fuit vir bonus & pius, certe supra communem hominum sortem prudens & sagax.

(a) Doctissimus vir *ARNGRIMUS JONÆ*, cujus hic, qvam meis, uti malo verbis, de Nialo in *Comment. de Isl.* fol. 52. tale fert judicium, qvod, ut ad rem nostram non parum faciens, temperare mihi non possum, qvin hic inferam: *Habuit etiam patria nostra, inter multos alios, qvendam insignem pietate virum, cui Nialus nomen erat, qvi circa annum 1000. vixit in prædio seu villa* Bergthorshvol, *sita in parochia Islandiæ* Landeyum, *qviqve rerum humanarum experientia, circumspecta animi prudentia, sagacitate & consilio habebatur insignis, cum enim ejus seculo indomitis Islandiæ moribus fluctuaret, incolis a nullo vere superiori magistratu repressis, nullis se factionibus immiscuit; plurimas cauta animi virtute & industria compescuit, nunqvam vim fecit, nec passus est, si ultimum tantum in vita diem exceperis. Adeo seditiones & turbas studiose vitavit, aliosqve vitare aut evadere cupientes optime juvit; nec qvisqvam ejus consilio, nisi maximo suo commodo est unqvam usus, nec qvisqvam ab eo, nisi cum vitæ & fortunarum periculo deflexit, tam certum ab eo oraculum petebatur, ut valde mirandum sit, unde homini tanta futurorum eventuum & tam certa conjectura & consilium esse poterit, qvanta in ipso deprehensa est, unde ipsius cauta, providens & consilii plena sapientia apud nostrates in proverbium abiit:* " Niáls bíta rádin " *qvasi diceres: Niali consilio res geritur, aut succedit, cum qvid prudenter & admirando cum consilio gestum est. Hic cum domi suæ a 100. viris conjuratis ob cædem a filio ipsius, ipso tamen inscio, patratam cingeretur, & inimicis domum undiqve succendentibus, sibi videret supremum fatum instare, ait tandem:* Hæc fato qvidem (*hoc est voluntate divina*) accidunt, ceterum spem & fiduciam in Christo sitam habeo. Nos (*de se & uxore loqvens*) licet corpus hoc nostrum caducum, inimicorum flammis mortalitatis corruptionem subeat, ab æternis tamen flammis liberatum iri. *Sicqve inter has voces & flammarum sævitiam, vitam Anno Christi 1010. cum uxore & filio homicida finiit* (revera tribus filiis nepote & pluribus aliis). *Vox profecto filiis Dei non indigna, animæ cum mortis acerbitate luctantis summum solatium arguens. Hæc ideo addidi, ut ostendam, qva conjectura adducar ad existimandum mox initio christianismi* (ut sic loqvar) *apud nos recepti, non fuisse tam deceptas & errorum tenebris immersas hominum mentes, qvam nunc paulo ante hæc nostra tempora fuerunt.* Hactenus ille.

nis (c), *Hlennus Annosus* (d), omnes *Sapientes* cognominati, & *Thorhallus*, qvi Propheta appellatus fuit (e). Qvorum ut & aliorum, qvos recensere superſedemus; exempla, majores noſtros, licet gentiliſmo addicti eſſent, in extremo ſeptentrionis angulo habitarent, aliisqve barbari audirent, minime tamen tales fuiſſe, ſed profundo judicio & acutiſſima meditationis vi polluiſſe, abunde probant & evincunt.

§. 12.

Nec omnino prætermittendi videntur viri ſapientia & auctoritate pollentes, qvi hac tempeſtate floruerunt, & aliqvid ad reipublicæ conſtitutionem aut conſervationem, conſilio, ore & opere, aut exemplo contulerunt, ex qvorum numero primum locum damus Ulflioto cuidam, qvi anomaliam, & nocentiſſimas ex diverſitate legum proventuras conſeqventias, animo præſagiens, nulla ſuæ ætatis (ſexageſimum enim agebat annum), nulla impenſarum aut longinqvæ peregrinationis moleſtiarum habita ratione, in Norvegiam tranſiit, ibidemqve apud avunculum ſuum Thorlevum Sapientem, integrum triennium hærens, leges didicit (ut loqvuntur veteres) id eſt juris ſtudio operam dedit, cumqve ſub viri ſuæ ætatis ſapientiſſimi & legum peritiſſimi informatione leges & conſvetudines Norvegorum penitus imbibiſſet, & memoriæ mandaſſet, id ex iisdem, Islandis, ut reciperent & legum loco haberent, qvod eorundem reipublicæ conſtitutioni accommodari poſſe videbatur, perſvaſurus, in novam, qvam elegerat

---

(b) De Geſto Oddleifi ſupra aliqvid retulimus, ejus ſapientiæ documenta in *Laxdæla*, ubi de Kiartani & Bolli, ut & Gudrunæ Oſvifi filiæ fatis prophetaſſe dicitur, legenda exhibentur. Conf. *Landnama* Part. 2. cap. 28. pag. 73. & *Gisli Surſonii vitam* cap. 6. pag. 133.

(c) De Oſvifo legenda eſt *Laxdæla* & *Scheda* pag. 45. Hunc Oſvifum inter majores ſuos numerabat Eyſteinus Archiepiſcopus Nidaroſienſis, qvi nepos fuit Ulfi, qvi apud Haralldum Imperioſum aulæ magiſter eiqve ſemper cariſſimus erat; Ulfus autem fuit Oſvifi nepos, ita ut Eyſteinus fuerit Oſvifi abnepos.

(d) De Hlenno qvi plura deſiderat, adeat *Liosvetninga Sagam*.

(e) De Thorhallo Propheta ejusqve prophetia legenda *Vit. Olai Trygg.* Part. 2. cap. 53. pag. 236. exſtitiſſe etiam Thorhalli cujusdam Prophetiam de Islandiæ interitu, (qvem noſtrum eſſe non eſt vero abſimile) ex excerptis doctiſſimi viri Mag. *BRYNJULFI SVENONII* Epiſcopi Skalholtenſis meritiſſimi, conjicere licet, qvam nobis videre nunqvam contigit.

gerat, patriam revertitur (a), reduxqve per ſocium qvendam ſuum, nomine Grimum, cognomine Geitſkór, univerſam Islandiam perluſtrari curavit, ut ex ejus relatione locum aptiſſimum juri dicendo, comitiisqve univerſalibus celebrandis, ad qvem totius Islandiæ incolæ qvovis anno facillime congregari poſſent, diſcernerent, qvi ex communi Procerum ſententia deinceps huic uſui conſecraretur. Qvo facto reliqvis non difficulter perſvaſit, ut prædium Thingvallenſe in meridionali Islandia ſitum, qvod ob enorme domini ſeu poſſeſſoris maleficium confiſcatum & publici juris factum cenſebatur, his uſibus deſtinaretur. Publice itaqve pronunciatis, qvas in Norvegia didicerat, aut compoſuerat, legibus, omniumqve conſenſu adprobatis, ipſe primus totius Islandiæ Nomophylax conſtituitur; qvod officium ætate & labore confectus, paucis annis geſſiſſe videtur. In eodem autem ſucceſſores habuit viros ſpectatæ prudentiæ & virtutis, Rafnum Hængi annis 20. Thorarinum Ragi fratrem itidem 20. annis, Thorchillum Manum 15. Thorgeyrum Liosvatnenſem 17. in cujus tempora religionis mutatio incidit; Grimum Moſſellenſem triennio, Skaptum Thoroddi 27. Steinum Thorgeſti 3. Thorchillum 20. cujus ſub officii adminiſtratione præſens Periodus finem habet.

§. 13.

Artes & Scientias, ut hoc tempore apud Islandos floruiſſe dicere non poſſumus, ita nec eosdem illarum omnino expertes ac rudes fuiſſe aſſerere audemus; Nam præter Mechanicas, qvarum gnaros fuiſſe experientia teſtatur; ſtatuas enim, naves & domos egregie fabricabant; Scientiis qvoqve, ut Medicinæ & Aſtronomiæ operam impendiſſe certum eſt. Teſtantur

---

(a) Qvod de Numa Pompilio ſcribit *T. LIVIUS*, qvod *Romanis leges & jura dederit*, id nos etiam de Ulflioto dicere poſſumus. Leges Ulfliotianæ, ad normam antiqvarum legum Gulathingenſium in Norvegia compoſitæ erant, non qvidem earum, qvas conſtituit aut emendavit Hacon Adalſteini, qvi Anno 928. nondum regni habenas ſuſceperat; ſed antiqviorum, qvæ imperante Haralldo Pulcricomo in uſu fuerunt. Cognomen Geitſkór, id eſt *Capræ Calceus*, inde ſortitus videtur hicce Grimus, qvod pernicitate pedum polleret, & tam in hoc itinere, qvam alias, in præruptis montibus ſcandendis imperterritum ſemet oſtenderit; In hujus itineris & ſuſcepti laboris præmium, a qvovis incola ei dari debuit nummus, forte unus qvorum decem valebant unam ulnam, tales enim Islandis antiqvitus in uſu fuiſſe conſtat. Conf. *Schedas* pag. 3. & ſeqq. *Landnama* Part. 4. cap. 7. p. 137.

Teſtantur enim Hiſtoriæ, multos graviter ſaucios & vulneratos, de qvorum ſalute actum eſſe videbatur, medicorum opera ſanitati reſtitutos fuiſſe (a). Aſtronomiæ non ignaros fuiſſe, fidem faciunt tam longinqvæ & periculoſæ in Angliam, Daniam, Norvegiam, Grönlandiam, & Americam ſuſceptæ & feliciter peractæ navigationes; nam cum pyxidem nauticam non haberent, aliqvali Matheſeos cognitionis adminiculo, & aſtrorum motus obſervatione, adjutos, easdem & inſtituiſſe & abſolviſſe non videtur dubitandum; qvam exempla Stiörnu Oddi (b), qvi qvavis nocte cum ſudum eſſet, ut aſtra obſervaret, ſub dio manſit; Einari Ejulfi filii (c), & Thor-

(a) Hujus rei innumeræ adferri poſſunt probationes, ſed brevitati ſtudentes, pauca tantum adferamus. *Vigaglúms Saga* cap. 23. pag. 227. mentionem facit Halldoræ, fæminæ nobilis, qvæ alias mulieres aſſumens, vulneratis medicam manum admovebat, & inter alios Thorarinum priſtinæ ſanitati reſtituit, cui axilla ita erat abſciſſa, ut pulmones per vulnus eſſent conſpicui. Helga qvoqve Glúmi ſoror, filium, qvi diu ex omnium judicio mortuus jacuerat, ad vitam & vigorem revocavit. In *Droplogæ filiorum Vitæ* cap. 30. Grimi Droplogidæ vulnera, qvæ tanta fuerunt, ut pro mortuo haberetur, ab Asgerda qvadam medicinæ gnara, percurata leguntur. Simile qvid *Eyrbyggia* de Snorrone Helgafellenſi Thorbrandi filiis medicam faciente, Asbrando filium Biornum curante, & alibi paſſim occurrit.

(b) De Stiörnu Oddi Aſtronomicis obſervationibus lege ejusdem *Somnium* cap. 1. " Þórdr het madr, er bió í Múla nordur í Reykiadal, þar var á viſtum med hönum madr ſá er Oddi het, oc var Helgaſon, hann var kalladr Stiörnu Oddi. Hann var rímkiænn madr, ſva at eingi var hönom líkr hönum ſamtída á öllu Islandi, oc at mörgu var hann annars vitr. " ɔ: *Vir erat nomine Thordus, qvi Muli Reykdalenſium boream verſus habitavit, apud eum commorabatur vir nomine Oddius, filius Helgi, communiter appellatus Oddius Aſtronomus. Computiſticam artem tam bene calluit, ut coætaneorum in Islandia nemo illi par eſſet, & multarum aliarum rerum ſcientia pollebat.* " Oddi geck út oc hugdi at ſtiörnum. ſem hann hafdi veniu til jafnan er hann ſá út um nætr. Þá er ſiá mátti ſtiörnur. " ɔ: *Oddius exiit & aſtra obſervavit, ita ut ſemper, ubi aſtra conſpici potuerunt, noctu facere aſſveverat,* Optimum autem de iisdem fert teſtimonium, libellus, communiter dictus *Stiörnu Odda Tal*, non ideo, qvod ab ipſo conſcriptus ſit, ſed qvod Stiörnu Oddi doctrinam contineat; in eodem dierum longitudo, qvovis anni tempore, ſolis ortus & occaſus, ejusdem per ſigna Zodiaci tranſitus, & id genus plura, ex mente Oddi accurate determinantur.

(c) De Einaro Ejulfi filio, viro ſuæ ætatis ſapientiſſimo *Liosvetninga Saga* cap. 14. dicit: " Hann geck út um nætr, ſá himintúngl, hugdi at, oc kunni þí alls gód ſkin. " ɔ: *Noctu exire ſolitus eſt, aſtraqve attente obſervavit, & tum omnia exqviſite novit.*

Thorſteini Surti (a), qvi Islandorum Calendarium reformavit, qvosdam etiam Aſtrologiæ judiciariæ ſtudio tempus perdidiſſe, ex hiſtoriis conſtat (b), qvæ omnia literis & libris deſtituti, partim traditionibus, partim ingenii felicitati, & indefeſſæ meditationi debuerunt.

§. 14.

Nobilitarunt etiam hæc tempora Poëtæ præſtantiſſimi, qvi artis nobiliſſimæ exercitio, tantum patriæ laudis, qvantum ſibi opum & honorum in aulis potentiſſimorum Evropæ Regum & Principum acqviſiverunt, qvorum paucos tantum nominare animus eſt; Tales fuerunt *Egillus Skallagrimi* (c), nobiliſſimæ in Islandia familiæ propagator, qvi a tenera ætate armis & piraticæ aſſvetus, nunc in Anglia Adalſteino Regi militavit, nunc per Friſiam, Daniam, Sveciam, Livoniam, & reliqvas maris Balthici oras ac inſulas piraticam exercuit, nunc etiam in Norvegia vel ipſis Regibus moleſtus. Fuit athleta fortiſſimus, aliqvando enim paucis comitatus proletariis viris, 30. fortiſſimos & bellicoſos Svecos fudit, & ad internecionem fere delevit. Poëta fuit feliciſſimus, & jurisprudentiæ non minus peritus, vir ſemper imperterritus, qvi in rebus dubiis & periculoſis in arena optimum ſemper cepit conſilium. Mortuus eſt anteqvam religio chriſtiana in Islandiam introducta fuit, ſed in Anglia ſub Adalſteino ſignum crucis acceperat. vid. ſupra cap. 3. §. 10. p. 40. Hujus *TORFÆUS* in geſtis Erici *Blodöx*, cum qvo Egillus graves exercuit inimicitias, & *ARNGRIMUS* in *Crymog.* præclaram mentionem faciunt. Vita ejus, ſeu *Egils Saga*, ab Antiqvariis, Poëtis & Hiſtoricis permagni æſtimatur. Sub Haralldo Grafelldo floruerunt *Kormakus Ogmundi filius* & *Glumus Geiri.* Kormaki, Poëtæ non minus qvam Pugilis famoſi, & ſatis animoſi, vita peculiari libro ſcripta circumfertur.

Thorlei-

(a) De Surto ejusqve coætaneis prolixe loqvuntur *Schedæ* pag. 4. Edit. Skalh.

(b). Aſtrologiæ judiciariæ qvosdam deditos fuiſſe, innuit *Olai Trygg. Vita* cap. 106. p. 325. referens, Hunraudum Vefridi filium, virum percelebrem, Sigurdum epiſcopum conſuluiſſe, an ex aſtrorum motu de fatis ſuis judicare liceat, qvemadmodum qvidam majorum fecerant. vid. *Vatnsdælam* & *Landnamam.* pag. 93.

(c) Qvando igitur Illuſtriſſ. *PHILALETHUS* in Trondhjemſke Samlinger Tom. 1. p. 177. Egillum, Glumum Geiri, Kormakum, Einarum Skálaglam, aliosqve natione Islandos, Norvegis annumerat, ita eſt intelligendum, qvod a Norvegis deſcendentes, in Norvegia pauliſper manſerunt, & Regum Norvegiæ aulas ſecuti ſunt.

Thorleifus Jarlaskálld, ſic dictus, qvod famoſum diris & devotionibus plenum carmen de Hacone Sigurdi filio, Norvegiæ Comite, non tantum pepigit, ſed etiam coram ipſo cecinit, cujus tantum fuit artificium, ut num laudes, num vituperium, & convitia contineret, præſentes vix ſentirent. Tanta autem vis ejus magica fuiſſe dicitur, ut Comitem & ſatellitium ejus, mente judicioqve, ad tempus penitus privarit, qvo Thorleifus injurias ſibi ab eodem Comite antea illatas ultum ivit. Hic etiam in Dania ſub Sveno Furcatæ Barbæ meruit, a qvo permagni factus eſt, vir necromanticis deditus artibus Ante religionem chriſtianam in Islandia acceptam, violenta morte exſtinctus eſt (a).

Huic ætate ſuppar fuit *Einarus Helgonis*, Oſvifi viri ſapientiſſimi frater, Skálaglam ſeu *Lancium Strepitus* cognominatus, qvod lances ex argento defæcato deauratas, Norvegiæ Comitis Haconis divinationibus deſtinatas, anteqvam prælium Jomsvicenſe iniret, ab eodem dono accepit (b).

Sub Olao Tryggonis floruit *Hallfredus, Vandræda Skálld* dictus, cujus de eodem Rege plurima exſtant poëmata (c).

Sub Olao Sancto & ejus filio Magno Bono, *Thormodus Kolbrúna Skálld, Beſſus Torſi filius, Ottar Niger, Giſſurus Gullbrá, Thorfinnus Munnur, Refus Hofgardenſis, Theodorus Kolbeini, Biörno Hytdælenſium Athleta, Arnorus Comitum Poëta*, &, qvi primo loco nominandus erat, *Sighvatus Theodori*, qvi apud utrumqve Regem plurimum valuit; nam non tantum Poëtarum princeps habebatur, ſed Regibus etiam ab intimis fuit conſiliis, & ſub Olao Aulæ Magiſter, plus ſimplici vice Romam religionis cauſa adiit (d).

Thorarinus Loftunga ſub Knuto Magno & Sveno Knuti filio inclaruit (e), ſed *Gunnlogus Ormſtunga* in Anglia, Hibernia, Norvegia & Svecia artis ſpecimina edidit, ut & *Skálld Rafn* in Svecia & Norvegia, aliiqve, qvos omnes enumerare longum foret, qvorum qvidam etiam in Daniam, Sveciam & Angliam trajecerunt, ibidemqve Regum laudes & fortia facta

N 2 ebucci-

(a) *Vita Olai Tryggonidis* Part. 1. cap. 168 — 173. pag. 202 — 210.
(b) *Vita Trygg.* Part. 1 cap. 152. pag. 178. 179. & ſupra cap. 2. §. 19. pag. 29.
(c) Conf. *Ol. Trygg Vit* Part. 2. paſſim, & ex ea *BARTH. Ant. Dan.* Lib. 2. cap. 11.
(d) De Sighvato conf. *Vit. Olai Craſſi* cap. 137. & 139. & 214.
(e) De Thorarino conf. *Olai Craſſi Vit.* cap. 151. & 198.

ebuccinando, opes & honores adepti sunt. Hos autem ideo nominavimus, ut indicio essent, qvantam egregiorum Poëtarum copiam Islandia protulerit, & qvantum hoc tempore nostrates poëticæ dediti fuerint. Vix enim ulla fuit Septentrionis Regum & Procerum aula, in qva non Islandus aliqvis Poëta versaretur, & fere in deliciis haberetur.

§. 15.

Hæc fere sunt, qvæ de veræ in Islandia Ecclesiæ plantatione, virisqve, qvorum opera Deo optimo max. ad id opus perficiendum uti placuit, dicere habemus, haudqvaqvam tamen diffitemur, multo plures exstitisse egregios Politici ordinis viros, qvi reip. perutilem navarunt operam, sed cum eorum acta ad civilem potius qvam ecclesiasticam historiam pertinere videantur, nos ea præterivimus, contenti ea tantum tetigisse, qvæ aliqvam cum religionis introductione & propagatione, artium ac scientiarum cultura, ut & tam interno qvam externo ecclesiæ statu cognationem habere videntur, reliqva civilis historiæ scriptoribus relinqventes. Si autem ad hujus Periodi Historiam Ecclesiasticam conficiendam, tot taliaqve haberentur subsidia, qvot qvaliaqve ad hujus temporis statum & Historiam Civilem delineandum pertinentia supersunt, haud contemnendam ecclesiæ historiam, tam qvoad molem, qvam qvoad rerum pondera, adornari posse confidimus.



HISTO-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ ISLANDIÆ.

PERIODUS II.

Ab Anno MLVI. ad Annum MCCLXVIII.

SECTIO I.

De forma reipublicæ & regimine ecclesiastico, statu religionis & rituum, re literaria & literatis.

CAP. I.

De forma reipublicæ, regimine ecclesiastico, statu religionis & ritibus.

§. 1.

Primitivus reipublicæ Islandicæ status, in qvo nata est, & crevit vera Dei ecclesia, aut fuit aristocraticus, aut ad eum proxime accedens, ex oligarchico & aristocratico mixtus. Nam qvantum qvisqve Magnatum Norvegicorum, qvi imperium, vel, ut illis visum est, crudelitatem Haraldi Pulchricomi Norvegiam subjugantis, ferre recusans, terræ Islandicæ, qvæ tum temporis inculta & habitatoribus vacua fuit, occupavit aut certis cæremoniis sui juris declaravit (a), sociisqve una venientibus, aut amicis

(a) De forma Reipublicæ Islandicæ ex professo scripsit nostratium Doctissimus *ARNGRIMUS*

& cognatis poſtea appellentibus diſtribuit & aſſignavit; tantæ regionis, ſi non abſolutus dominus & poſſeſſor, ſaltem primas & princeps habebatur; qvalis honos & imperium "Godord" *Prætura*, ipſe autem "Godi" *Prætor*, inſignitus fuit. Circa ännum reparatæ ſalutis 928., ſeu 54 circiter annis, poſtqvam Islandia habitari cœpit, Nomophylacis nomen & officium introductum fuit. Hujus auctoritas & æſtimatio permagna qvidem fuit; nam ejus officium erat univerſalibus Comitiis præeſſe ibidem in cauſis dubiis, qvas ordinarii & pedanei judices diſcernere non potuerunt, jus & ſententiam dicere, novasqve conſtitutiones, poſtqvam ab omnibus approbatæ erant, conceptis verbis publice pronunciare; nullas tamen propria auctoritate, & ſine aliorum conſenſu condere potuit leges, aut novas introducere conſvetudines Qvare, cum id poſceret neceſſitas, Primates de illis primo inter ſe conſultaverunt, & poſtqvam conſuluerant, id, in qvod major pars conſenſerant, reliqvis & plebi communicarunt. Hi ſi propoſita approbarent, ut plerumqve evenit, lex figi potuit. Competebat etiam Nomophylaci interpretatio reſtrictiva & extenſiva legum. Nec tamen illi in reliqvos Prætores aliqvid imperii fuit. Prætorum munus & honos hæreditarius fuit, qvi tamen ab una perſona & familia, dono, venditione vel nuptiis ad alteram transferri potuit; ſed Nomophylacis non item Nam ab optimatibus electus, ſemper, aut ut plurimum, optimus qvisqve, id aut plures, aut pauciores annos, raro autem ad finem vitæ retinuit. *

§. 2.

Cum itaqve tot Prætores dignitate pares, viribus autem & animoſitate, nunc æqvales, nunc inæqvales, nullum haberent ſuperiorem, qvem timerent, nec eminentiorem magiſtratum, qvi potentia & auctoritate pollens, bonos & ſedatos tueri, malos vero & ſeditioſos cöercere poſſet, fieri non potuit, qvin procedente tempore, priſtina Ariſtocratia in Oligarchiam mutaretur. Magnatum enim, qvo qvis potentior, eo neqvior eſſe, primo rixis & diſſidiis indulgere, omnia deinde vi & armis gerere; mox

---

MUS JONÆ Crymogææ Lib. 1. cap. 7-8-9. & nuperrime *ARNESEN* in Islandſke Rettergang, qvos, ſi placet, adire poteſt curioſus lector, nam id hac vice ulterius proſeqvi noſtri inſtituti ratio non patitur.

mox rapinis, cædibus, seditionibus, præliis, tandem etiam integrarum villarum, cum numerosis familiis, combustionibus, omnimodisqve injuriis & flagitiis, nullum modum vel metam statuere (a); ita ut liqveat aliqvando ab una parte plusqvam 1300. armatos in aciem productos, & viginti liburnicarum classe, in mutuam perniciem certatum esse. Imo eo tandem nefanda anarchiæ licentia processit, ut nec a personis, nec locis & rebus Deo consecratis, sceleratas manus abstinerent. Huic indies ingravescenti, &, procellæ instar, per fores & fenestras inundanti malo, non tantum Episcopi, præsertim primi illi & indigenæ, viri insigni pietate, patriæ amore, humanitate prudentia & auctoritate ornatissimi, una cum qvibusdam Nomophylacibus, & aliis utriusqve ordinis, piis & sedatis, obviam ire & medicinam adferre, qvantum in iis fuit, non destiterunt; qvorum post Deum prudentiæ & moderatissimo ecclesiæ regimini, acceptum ferendum fuit, qvod respublica Islandica celerius non interiit, sed tot internis malis pressa & externis, subinde insidiis tentata, per aliqvot secula incolumis stare & conservari potuit. Tandem vero incolis non alia visa est pacandæ reipublicæ expeditior ratio, qvam si universi unius imperio cöercerentur; ideoqve Regi Norvegiæ, qvi idem dudum aucupatus fuerat, semet subjecerunt. Qvæ status publici mutatio, licet in finem hujus Periodi inciderit, ad seqventem tamen ejus fructus & effectus pertinent; ideoqve, donec eodem rerum series nos perduxerit, de eo verba facere reservabimus; hac vice vero ad propositum, seu ipsius Ecclesiæ Historiam enarrandum nos accingimus.

§. 3.

Anno 1057. Schalholtenses, sed 1107. Holenses, proprium primo nacti sunt Episcopum, qvem eligendi potestas primitus penes universos cives fuit; eandem vero plerumqve in comitiis universalibus exercentes, semper virum spectatæ virtutis & fidei, qvem tali officio parem autumarant,

(a) Historiam cædium, seditionum, & universæ malorum Iliadis, qvæ hac tempestate, communiter " Sturlúngatíd " seu *ætas Sturlungorum* vocata, Islandiam afflixit, qvi penitus noscere desiderat, adeat *Sturlungam*, seu vastum illud volumen, qvod alias *Historia Islandorum* vocatur, qvam Brandus Sæmundi Episcopus Holensis scribere aggressus est, sed Sturla Theodori perfecit, de qva posthac plura dicere non inconveniens occasio dabitur.

rant, ex plurimorum optimatum ſententia, elegerunt: Nec unqvam nubem pro Junone amplexi ſunt, niſi forte in Gudmundi Arii denominatione. Unde etiam primi utriusqve diœceſeos Epiſcopi, *Isleifus*, *Giſſurus*, *Thorlacus Runolfi*, *Magnus Einari*, *Jonas Ogmundi*, *Ketillus* & *Biörno*, pii, probi, & pro modulo eruditionis ſeculi, ſatis docti fuerunt; qvodqve caput rei eſt, qvantum in illis fuit, eccleſiæ commodis & emolumento invigilantes; unde res eccleſiaſticæ, ipſis ſedentibus, tam doctrinæ puritate, qvam morum innocentia, ultra ſpem floruiſſe videntur.

Sub *Klango*, *Thorlaco Thorhalli*, & *Brando Sæmundi* religio qvidem fabulis, ſuperſtitione & fictis miraculis, aliisqve eccleſiæ Romanæ placitis, multum inqvinari cœpit, ſed nemini horum officii negligentia, & multo minus impietas objici poteſt. Nec *Gudmundus Arii* incuriæ aut impietatis, ſed intempeſtivi rigoris, prodigalitatis & inſipientiæ accuſari poteſt. Inimicorum enim violentiæ & odio, qvam ipſius licentiæ, aut negligentiæ, tot ejus evagationes & ab eccleſia, cui præeſſe debuit, abſentiæ, magis tribuendæ ſunt. Reliqvi autem, *Paulus*, *Magnus* & *Brandus Jonæ*, ut boni Epiſcopi, licet a ſuis nævis non eſſent liberi, utilem navarunt eccleſiæ operam. Sed ſub finem hujus Periodi Norvegiæ Rex Hacon Haconides, politicis inductus rationibus, nullo tamen juris præſidio (nam Islandi nondum ejus poteſtati erant ſubjecti) Epiſcopos ipſis imponendi poteſtatem ſibi vindicare cœpit; qvales fuerunt *Botolphus*, *Henricus* & *Sigurdus*, qvi, peregrini & Regis beneficio officium habentes, vitricos potius, qvam patres eccleſiæ egiſſe videntur, magnam enim, immo maximam qvidem temporis partem, extra ſuam diœceſin, in Regis aula verſati ſunt. Si qvando autem heic adfuerunt, Regis negotia curare, adminiſtrandisqve reditibus & propriis commodis, qvam verbi prædicationi, animarum curæ, aut officii partibus, incumbere maluerunt; qvo ſtatum reipublicæ penitus everterunt, res vero eccleſiaſticas immane qvantum labefactarunt.

§. 4.

Hi primo, ut Bremenſium, deinde Lundenſium, tandemqve Nidaroſenſium Archiepiſcoporum ſuffraganei (a), eccleſiam abſoluto fere dominio,

(a) Sub Archiepiſcoporum Bremenſium tutela & inſpectione fuerunt uſqve ad annum 1104. tunc

minio, non ſine magnatum conſilio, qvorum multi ſacris initiati fuerant, non minus pie qvam prudenter gubernarunt (a). Sed introductum circa annum 1123. *Jus Eccleſiaſticum*, certas illis regulas præſcripſit, qvarum potiores ſunt ſeqventes: Epiſcopus Schalholtinus, ex tribus ſuæ curæ concreditis, qvotannis unam qvartam; Holenſis autem ſuam, qvæ una tantum eſt, qvovis anno viſitanto, & qvamcunqve tunc parœciam adeunto, tantiſper in eadem commoraturi, ut unicuiqve eos adire liceat: Simul etiam templa, tam majora, qvam minora conſecranto; infantes confirmanto, reos abſolvunto; Qvis infantum, de qvibus ambigebatur, verus pater haberi debeat, diſcernunto; De conſangvinitate, inceſtu, & talibus tranſigunto; Sacerdotum vitæ & doctrinæ cenſores agunto; qvi, ſi Epiſcopo obedire recuſent, ipſe eos coram duodecim ſacri ordinis judicibus, ab ipſo delegatis, in templo Thingvallenſi accuſato, ipſeqve ac una cum eo, duo ſacerdotes teſtimonium ferunto: convicti Epiſcopo qvatuor marcas pendunto. In præmium laborum, ſubditi, præter liberum in viſitationibus commeatum, & qvartam decimarum partem; pro qvavis majoris notæ templi duodecim, pro minorum vero & ſacellorum inauguratione, ſex uncias ſolvere debebant. Sed labente tempore, ut ſuam jurisdictionem dila-

---

tunc enim, ut ſtatuit *PONTOPPIDAN.* in *Ann. Eccl. Dan.* Lundenſis Archiepiſcopatus inſtitutus eſt. *HOLBERG. Hiſt. Dan.* Tom. I. habet 1103. ſed *EN. EWALD* 1105. Deinde paruerunt Lundenſi, uſqve ad annum 1152. Exſtare qvidem dicitur Bulla Innocentii 2. data 1133. qva gentes boreales, inter qvas etiam Islandi nominantur, prohibet, ne Archiepiſcopo Lundenſi obſeqvium præſtent, ſed Hamburgenſi adhæreant, jubet; qvæ aut in Islandiam nunqvam venit, aut nullius ab Islandis æſtimata fuit; Lundenſi enim Archiepiſcopatui, uſqve dum Nidaroſienſis erat inſtitutus, conſtanter adhæſerunt, qvi ab Evgenio 3. anno 1152. per Nicolaum Cardinalem Albanenſem fundatus fuit.

(a) De Islandis inter alia ſcribit *ADAMUS BREMENSIS: Epiſcopum ſuum habent pro Rege, ad cujus nutum reſpicit omnis populus, qvicqvid ex Deo, ex ſcripturis, ex conſvetudine aliarum gentium, conſtituit, pro lege habent.* Qvod de primis Epiſcopis, præſertim vero Giſſuro & Jona Ögmundi, verum eſt, qvi licet jure in populum nullum haberent imperium, nulli tamen unqvam Regum ſubditi majorem præſtiterunt obedientiam, qvam Giſſuro Islandi; qvod ſine omni hypocriſi, verbis ſat emphaticis, confitentur ſcriptor coævus *ARIUS POLYHISTOR* in *Sched.*, Auctor *Sturlungæ*, & alii; ſed cum tempore, ut crevit Epiſcoporum faſtus, avaritia & negligentia, ita etiam decrevit ſubditorum erga illos amor, obedientia & veneratio, qvod ex Epiſcoporum hiſtoria perſonali patebit.

dilatarent, ita nec his contenti, mulctas, qvæ ipsis cederent ob incestus, adulteria, scortationes, templorum pollutiones, decimas non recte solutas, & ejusmodi alia imponendo, proventus suos adaugebant. Si vero episcopus officium facere neglexerit, debitam decimarum partem ei detinere lex permisit. Minime autem peregrinis episcopis, qvi latine nesciebant, aut infantes confirmare, aut templa consecrare, licuit; sed talia ab ipsis facta pro infectis habenda erant (a).

§. 5.

Causæ ecclesiasticæ primo ad normam juris Canonici Olai Crassi, per Grimkelum conscripti (b), a seculari magistratu judicabantur, ea semper adhibita cautela (postqvam in leges relata fuit), qvod lex humana seu civilis, juri divino seu ecclesiastico, cedere deberet. Sed anno 1123. aliud, instinctu Atzeri Archiepiscopi Lundensis, in popularium gratiam, per Sæmundum Sigfussonium, ex legibus Canonicis, Grimkeliana & Lundensi (c), ut & antiqvis nostratium constitutionibus compilatum, evulgarunt

(a) Conf. *Juris Eccl.* cap. 9. & 10.

(b) Qvod *Jus Ecclesiasticum Grimkelianum* Islandi receperint aut ad ejus tenorem suas leges ecclesiasticas formaverint, haud obscure innuit *Vita Olai Crassi*, cap. 43. " Kristin-" rett samdi hann ad rádi Grímkels Biskups og annara kennimanna, og lagdi þar " á alla stund ad taka af heidni, og þat er hönum þókti kristnispell at vera. " ɔ: *Ille jus ecclesiasticum e consilio Grimkelis Episcopi & aliorum clericorum sancivit, & omni studio ad ethnicismum, & qvicqvid religioni christianæ nocivum putaret, abrogandum allaboravit.* Cap. 46. " Hann sendi ord og jardteiknir Hiallta Skeggia " syni, at koma á sinn fund, og sva sendi hann ord Skapta Laugsaugumanni, og " ödrum þeim er mest redu fyre laugum á Islandi, at þar skyldi taka úr laugum " þá hluti, sem hönum þótti mest í móti kristindómi. " ɔ: *Hialltio Skeggii filio, ut se conveniret, nuncium & certa indicia misit, similiter & Skaptio Nomophylaci, & viris qvi circa leges in Islandia maxima pollebant authoritate, nuncium misit, ut articulos legum, qvi religioni christianæ contrarii ei videbantur, abrogarent.* Sed de exsecutione hujus moniti legitur cap. 109. " Þat var eftir þat er Islendíngar höfdu " sært laug sín, og sett kristinrett, eftir því sem ord hafdi tilsendt Olafr Kóngr. " ɔ: *Factum est hoc postqvam Islandi suum jus reformaverant, & jus ecclesiasticum sanciverant, secundum nuncium illis ab Olao Rege missum.* Sc. ante annum 1024. cujus acta hic refert. Conf. supra Period. 1. cap. 10. §. 1. pag. 79.

(c) Id ut nobis de *Jure Grimkeliano* persvadeamus, ipsa postulat ratio, sed verisimilitudinem,

runt Epiſcopi Thorlakus Runulfi, & Ketillus Thorſteini, eodemqve anno, cum conſenſu Nomophylacis aliorumqve Magnatum, in leges referri curarunt; qvarum vim diu deinde retinuit, qvod & Epiſcopo ſacrarum tantum perſonarum ac rerum inſpectionem injungit, ſed nullam prorſus jurisdictionem concedit, ne qvidem in immorigeros clericos (a), qvos tantum

O 2

dinem, qvod *Lundenſe* etiam, qvantum Islandiæ uſibus inſervire potuit, ſecuti ſint legislatores, faciunt ipſorum verba, fatentium ſe inſtinctu & authoritate Atzeri Archiepiſcopi hanc legem compoſuiſſe. Qvod vero antiqvas noſtratium conſvetudines non penitus neglexerint, inde patet, qvod Giſſuri Epiſcopi *Conſtitutionem de decimis* verbotenus exſcripſerint, & qvod de forma proceſſuum habent, ex Codice legum, dicto *Grágás*, deſumtum eſt.

(a) Nullam prorſus Epiſcopis abſolutam jurisdictionem antiqvitus jure conceſſam fuiſſe, probat, non tantum ea de re in *Jure Eccleſiaſtico* altum ſilentium, ſed etiam ex eodem §. 4. ſupra adductum exemplum de immorigeris clericis. Idem præterea ex modo procedendi in cauſis conjugalibus patet, qvas, ut nemo negabit, ad inſpectionem Epiſcopi pertinuiſſe, ita difficulter probabitur, easdem Epiſcopi jurisdictioni ſeu abſolutæ ſententiæ deciſivæ ſubjectas fuiſſe, ſic enim verba *Juris Eccleſiaſtici* ſonant: cap. 9 " Biſkupi er rett at bidia lögrettumenn at ráda ſyri ſekt þeirra " manna, er hitt haſa í frændſemis ſpell, edr ſifia ſpell, þá er þeir eru ſáttir, er " tveimmegin ſtanda at þeim málum, enn lögrettumenn eiga ſvör. " ɔ: *Epiſcopus pedaneorum ſententiam legitime poſtulabit, ut pœnam inceſtus ex conſangvinitate & affinitate reis dictent, tunc utraqve pars ſententia ſtabit, ſed pedanei illam ferent.* Ubi audimus Epiſcopo injungi, ut ſubjiciat cauſam de inceſtu pedaneorum judicio in foro generali, qvibus mulctam determinare & ſententiam deciſivam dicere competit; Qvod etiam legimus aliqvatenus ad normam juris factum eſſe a Thorlaco Thorhalli, qvi conjugium Thordi Söirbajenſis inceſtuoſum eſſe coram pedaneis in foro generali multorum clericorum jurejurando probari curavit; cumqve illi ſententiam dixiſſent, ipſe conjugium, ut illicitum, diſſolvendum eſſe dixit, & liberos ex eo genitos ſpurios eſſe pronunciavit. Conf. *Sturlungam* Lib. 3. cap. 3. & *Vit. Thorlaci.* " Fyri þeſſa meinbugi fyribaud Þorlákr biſkup Þórdi og Sniálaugu " hiónabands ſamviſtir, enn þau untuſt miög og gáſu lítinn gaum ad því, þar til " Biſkup forbodadi þau, og um ſumarid geck hann med mikla ſveit klerka ſinna " til lögbergis á Alþingi, og let vinna eida, at ſá rádahagr væri á móti Guds " lögum, og ſagdi öll þau börn, ſem þau áttu þar eftir ſín í millum, vera bædi " laungetin og meingetin. " ɔ: *Ob hanc conſangvinitatem, Epiſcopus Thorlacus Thordo & Snialaugæ conjugii continuationem prohibuit, cum autem ſe invicem deamarent, parum iſtud curarunt, uſqve qvo (epiſcopus) illos excommunicaret, & æſtate illa, cum magno clericorum comitatu, locum judicii in foro generali adiret, & juramentis præſtitis (evinceret tale conjugium legibus divinis adverſari, & omnes liberos poſtea ab illis procreandos, ſpurios & inceſtuoſos, declararet.* Doctiſſimo itaqve *ARNGRIMO*

tum in jus vocare, & duodecim clericorum collegio judicandos fistere, ei conceffum fuit. Cum vero lex hæc valde effet fuccincta, & cum tempore

MO de epifcoporum jurisdictione *Crymog.* pag. 109. ita loqventi, non poffum penitus adfentiri: *Ad Epifcopos autem fpectabat legum canonicarum conftitutio, de conjugii, baptifmi, funerum ritu ecclefiaftico, voto, decimis, eleemofynis & donationibus in ufus facros, de templorum & cœmeteriorum profanatione, fabbathi violatione & aliis, qvæ qvidem ex Ecclefiæ Romanæ & aliarum, hanc fecutarum, canonibus magna ex parte fumta funt. Nihil novi in illis defcribendis attulero; Id tamen non tacendum fum ratus, tantam fuiffe veterum erga minifterium reverentiam, ut* Jus Civile & Seculare, *ut vocant*, Juri Divino feu Ecclefiaftico (*fic enim Jus canonicum indigitabant*) cedere *voluerint, non femel aut iterum, fed ubiqve, prout in comitiis anni 1050. apud nos fancitum effe alibi qvoqve retulimus: Qvæ reverentia minifterii fi hodie æqve vigeret, minus, profecto, contentionum & fimultatum haberemus; at viciffim expreffiorem ecclefiæ notam, qvæ in illa reverentia etiam elucere debet: Ex illa vero qvam dixi jurisdictione ecclefiaftica evidens eft, Epifcopos, penes qvos illa fuit, etiam fua habuiffe Confiftoria & forum ecclefiafticum, alios qvidem in ipfa cathedra, alios alibi* —— Hactenus ille. Qvæ licet tam pie qvam fapienter dicta effe non negem, tamen (qvod bona venia doctiffimi viri dixero) 1) An folis Epifcopis cum Clero, exclufo penitus magiftratu Politico, leges canonicas conftituere competierit, dubitari poteft. Sane Giffurus Epifcopus, cum legem de decimis introducere vellet, rem cum Marco Skeggonis, tum temporis Nomophylace, aliisqve laicis, communicavit, eorumqve opera & confenfu in legis promulgatione ufus eft. *Húngurvaka* in *Giffuri Vita*: " Þeir báru þad rád til famans, og fóktu ad rádi höfdingia " i: *Hac de re deliberarunt, & magnates confuluerunt.* Nec dubitandum puto, qvod Thorlacus & Ketillus fimile qvid fecerint, anteqvam *Jus Ecclefiafticum* in leges relatum fuit. 2) Minus profecto contentionum & fimultatum in antiqva noftra ecclefia extitiffet, fi Epifcopi debita reverentia & conceffa jurisdictione contenti, nominatam conftitutionem feu Plebifcitum nec ad *femper* & *ubiqve* extendiffent, nec fe tot, tamqve a fuo officio remotis negotiis, ingeffiffent; parum curantes aureum illud *Syracidis* monitum cap. 3. *Qvæ tibi præcepta funt, illa cogita femper & in pluribus, ne fis curiofus; plura enim tibi mandata funt, qvam perficere potes.* 3) Si ad hæc tempora reftringenda funt (ut omnino effe videntur) qvæ de Epifcoporum Confiftoriis & foris ecclefiafticis, alias in ipfa cathedra, alias alibi, habitis, fcribit, magnum nobis feciffet oblectamentum doctiffimus vir, fi eadem luculentius defcripfiffet, nam nobis de talibus Confiftoriis & foris ecclefiafticis, a politicis & civilibus fegregatis, ut & de Epifcoporum jurisdictione & procedendi modo nihil innotuit, nifi qvod de judiciis, ad ulcifendos immorigeros clericos inftituendis, attulimus, qvæ hoc tempore exercita fuiffe non legimus, fed contra. Minis enim & excommunicationibus Thorlacus Thorhalli cum Hugone Bajenfi facerdote, & Jona Lopti, Diacono, aliisqve egit; fimiliter alii cum aliis, qvod longum effet enumerare. Confiftoriorum vero & fynodorum hoc tempore habitorum, ne veftigium qvidem invenimus; nam conventus

pore multo plures casus & causæ obvenirent, qvam ex ejus præscripto judicari possent, ad jus Romanum & aliarum gentium consvetudines sæpius fuit confugiendum; qvæ cum hujus ævi magistratui politico, ut plurimum illiterato, essent thesaurus clausus & inaccessus, Episcoporum & Cleri, qvorum plurimi erant viri primarii, literis imbuti, & publici amantes, clavesqve sapientiæ ferre putabantur, auxilium erat implorandum; qvod etiam, qvamdiu eorum mens ab avaritia & arrogantia non erat occæcata, sed patriæ commodum & ecclesiæ salutem præ oculis habebant, tam Ecclesiæ qvam Reipublicæ felicissime cessit; Ipsis autem inter populares tantum amorem & honorem conciliavit, ut vix qvicqvam majoris momenti, sine eorum consensu decerneretur (a), qvod & seqvioris seculi imperiosis Episcopis, suam, legibus valde limitatam, jurisdictionem dilatandi, exoptatissimam præbuit occasionem: Omnes enim causas, de qvibus priores Episcopi, ut consiliarii, dixerant sententiam, sui solum absolutæ jurisdictioni subjectas esse voluerunt; & cum id obtinuerant, easdem, non ex legum præscripto, sed proprio beneplacito dijudicarunt. Præterea qvidam clavium potestate valde inæqvaliter utebantur, qvod multoties inter ipsos & laicos gravissimarum dissensionum caussa exstitit (b). Præposito-

ventus clericorum, qvos Episcopi convocabant, aut aliqvid in cæremoniis ecclesiasticis mutaturi, ut fecit Magnus Episcopus: " Bod þessi vóru sett af Herra Magn- " úsi Biskupi, og í samþyckt tekin af lærdum mönnum á prestastefnu. " ɔ: *Hæc statuta præcepta sunt a Domino Magno Episcopo, & approbata a clericis in synodo.* Aut diris aliqvem devoturi, ut Sigurdus Episcopus; *Sturl.* Lib. 7. cap. 8. " Enn " er þeir kómu heim, var biskup skrýddr og þriátíu klerkar med hönum, og qvadst " þegar skyldi bannsetia Þórd og hanns menn ef atgánga væri veitt. " ɔ: *Domum autem venientes, Episcopum solenni vestitu indutum & triginta sacerdotes cum illo, offendunt, qvi Thordum, ejusqve comites, se excommunicaturum, minitabatur, si qvam impugnationem tentaret.* Cui similia passim occurrunt, sed hic locum non habent.

(a) Hoc respectu, sc: ut consiliariis & arbitris honorariis, qvando libuit adesse, aut necessitas eorum præsentiam postulavit, *Grágás* in Lög R. þætti, illis (sc. Episcopis, non autem integro collegio ecclesiastico) sedem adsignat inter judices pedaneos in curia fori generalis, dicens: Þar eiga biskupar vorir rúm, " ɔ: *ibi* (in consessu fori generalis) *est nostris episcopis locus.*

(b) Veteres leges & consvetudines, ut immutare, ita etiam causas clericorum civili jurisdictioni subducere, primum tentavit Thorlacus Sanctus circa annum 1180. Vide Sect.

positorum vero, aut ullius, sacri ordinis, inferioris magistratus, hac tempestate, nulla occurrit mentio, perraro etiam, & fere dixerim, nunqvam, Episcopos instituisse synodos, & adhibita legitima processuum forma, causas discrevisse, memoratur: Sed effatis, iisqve rarius scriptis, sæpius vero ore prolatis, sententias & judicia promulgarunt, qvæ plerumqve, qvasi ex tripode dicta, accipiebantur; si autem hoc modo rem conficere non potuerunt, minis & devotionibus procedebant: Appellationibus autem, nisi forte ad Archiepiscopale tribunal, idqve in causis gravissimis, & ipsos Episcopos tangentibus, nullus locus fuit.

§. 6.

Sacerdotum seu Cleri conditio & circumstantiæ, tempore hujus Periodi, non semper in eodem fuerunt statu, nec semper simul omnium una conditio. Primitus haud pauci ex Procerum & ditissimorum civium numero sacris fuerunt initiati; Tanta enim post nuper introductam religionem christianam habebatur sacerdotii dignitas, ut Primates eadem ornari

Sect. 3. cap. 6. §. 13. Sed rem ex voto perficere neqviens, ab incepto destitisse videtur. Deinde Gudmundus Holensis Episcopus, post annum 1200. eadem tentans, & ab inceptis desistere nolens, erat enim natura coutumax & imperiosus, magna sibi mala attraxit; Id enim ut omnis ejus infortunii causam adfert *Sturlunga* Lib. 4. cap. 1. " Medur því upphafi óx deila med Kolbeini og Gudmundi Biskupi og vensla mönn- " um Kolbeins, at Asbiörn het Prestr sá er Kolbeinn hafdi fyri sökum um fornt " femál. —— Biskup þóttist eiga dóm á Prestinum og kalladi hann friálsann, enn " er þeir vilia dæma Prestinn, gengr Biskup at dóminum med staf og stólu., og " fyrirbaud at dæma, enn þeir dæmdu ei at sidur: Enn annars dags þar eftir, fyrir- " baud Biskup Kolbeini og öllum þeim er í þeim dómi höfdu verit, eda þar höfdo " eida unnit, og vætti borit, alla guds þiónostu. Og eftir þat tók Biskup Prestinn " til sín. " ɔ: *Illud erat principium simultatum inter Kolbeinum & Gudmundum Episcopum, atqve necessarios Kolbeini, qvod sacerdotem qvendam, nomine Kolbeinum, ob antiqvam causam pecuniariam, in jus vocaverat, Episcopus sacerdotem suæ jurisdictioni subesse contendit, eumqve insontem esse dictitavit. Cum autem in eo essent, ut sacerdotem judicarent, Episcopus cum stola & lituo judicium adiens, eos sententiam ferre prohibuit, qvod tamen nihilosecius fecere. Postridie Episcopus Kolbeinum, & omnes qvi sententiam tulerant, juramentum præstiterant, vel testimonium perhibuerant, omnibus sacris interdixit; postea Episcopus sacerdotem ad se recepit.* Conf. ibidem cap. 2. de Skiæringo qvodam sacerdote lascivo & male morato, qvem pari modo Episcopus protexit.

nari magnopere ambirent. Sed cum præturas (*Goþord*) ideo deponere nollent, factum eſt, ut multi ſimul ſacro officio & prætura fungerentur; ita tamen, ut perraro ipſi, ſæpius vero per vicarios, ſacra adminiſtrarent. Hi plerumqve ad villas ſuas templa exſtruxerunt, illisqve fundos aliasqve opes ea conditione conſecrarunt, ut eorundem uſumfructum, ipſi, ipſorumqve hæredes, ut loci Paſtores, caperent. Reliqvis vero fundorum dominis, qvi jure patronatus gaudebant, ſed ſacris non erant initiati, injunctum fuit, ut juvenem qvendam templi aut propriis ſumtibus educarent, atqve ita erudirent, ut ſuo tempore, aut poſcente neceſſitate, Epiſcopo ſiſti, & ſacris initiari, non indignus haberetur (a). Nec licuit, tali modo vocato, templum aut ſtationem, ſine venia, deſerere; Deſertor enim inſtar fugitivi, reducendus, ſed receptor exilio mulctandus fuit (b). Unde patet, jura patronatus & præſentationis primitus penes fundorum dominos fuiſſe: Similiter etiam, qvod pauperiorum Paſtorum conditio a ſervili, in qvibusdam, non multum abfuerit. Illis, qvi certa & ſtata domicilia non habebant, aut in ædibus Patroni, aut alibi in parœcia hoſpitari liberum fuit; ubinam autem hyematuri forent, in publico conventu, dicto *Leidar-þing*, proclamare debebant. Certos hi reditus non habebant, præter id, qvod illis ex templi bonis, ſalarii loco, pendebatur; qvod non magni fuit momenti (c), uſqve dum anno 1096. decimarum qvarta pars illis ceſſit, & circa annum 1123. penſiones pro mortuorum ſepultura, qvod haud contemnendum fuit augmentum. Clericis, ſupra a nobis

(a) " Þat er manni rett, at láta læra preſt til kyrkio ſinnar. Hann ſkal giöra máldaga " vid ſveininn ſiálfann, ef hann er ſextán vetra gamall. Enn ef hann er ýngri, " þá ſkal hann giöra vid lögrádanda hanns. Sá máldagi á at halldaſt allr er þeir " gera med ſer. —— hann ſkal fá hönum kenſlu og fóſtur. " ɔ: *Juſtum eſt cuivis, ſacerdotem templo ſuo, edoceri curare. Cum ipſo adoleſcente, ſi ſedecim annorum eſt, contrahat, ſi vero natu minor fuerit, cum tutore ipſius legitimo. Contractus ille, qvem communi conſenſu ineunt, ſervandus eſt. Hic illi alimentum & inſtitutionem ſuppeditabit.*

(b) *Jus Eccleſ.* cap. 8.

(c) Huc ſine dubio ſpectant *ADAMI BREMENSIS* verba: *In ſimplicitate ſancta vitam peragentes, nihil amplius qværunt, qvam qvod natura concedit; læti dicere cum Apoſtolo poſſunt: Habentes victum & veſtitum contenti ſumus.* Qvæ eqvidem magna ex parte vera fuerunt, ſed non diu duravit ſancta illa ſimplicitas, paulatim enim periit, genuinisqve Eccleſiæ Romanæ moribus aditus pandebatur, qvi, vergente hac Periodo, ſeſe plus nimio oſtenderunt, & cum tempore ad maturitatem pervenerunt.

nobis memoratum *Jus Ecclesiasticum* talem præscribit normam: Episcopo in omnibus audientiam præstanto. Vestes sacras & libros, qvibus uti solent, ipsi qvotannis monstranto. Ad ipsius nutum officio funguntor & deponunto. Verticem radunto. Barbulam secanto, & vestimenta componunto. Missam precesqve matutinas & vespertinas, qvovis festo & statis temporibus, celebranto. Interdiu missas binas, non vero plures, noctu autem nullas, præter Vigilias Nativitatis Domini, cantare licitum esto. Ordinarium gregarii Parochi annuum salarium qvatuor marchæ sunto: sed missas privatas, per integrum annum, non ultra sex marchas vendunto. Sub exilii pœna sacerdotibus qvicqvam, in privata confessione sibi commissum, detegere, nisi Episcopo ita videatur, interdictum esto (a). Plura hujus generis adferre necessum non duco, nam nihil novi in illis attulero.

§. 7.

Circa annum 1179. Episcopi Thorlacus Thorhalli, & Brandus Sæmundi, ex mandato Eisteini Archi episcopi, jura patronatus a laïcis ad clericos transferre, hisqve cœlibatum injungere, adgressi sunt. Et paucis post annis Ericus Archiepiscopus literis ad Thorlacum Episcopum, ut videtur circa annum 1190. datis prohibuit, ne Prætores sacris initiarentur. Qvæ etsi statim perfici non potuerint, paulatim tamen hæ eorum innovationes tertium sacerdotum genus, vita & doctrina plerumqve nihil minus qvam sacerdotale, produxerunt (b), qvi nullum habentes certum, cui ministrarent, cœtum aut tribum, vitæ subsidiis destituti, huc & illuc vagabantur; modoqve mercaturam exercendo, modo apud ditiores villicos operarii aut dispensatoris vices agendo, propriam vitam sustentabant (c). Qvidam vero in familiis Procerum degentes, armaqve ad

(a) *Jus Eccles.* cap. 2. 7. 11.

(b) Confer Archiepiscoporum, Eysteini & Erici, ad Islandos scriptas epistolas infra Sect. 2. cap. 3. §. 4. 6. inferendas, qvæ graphice sui seculi mores depingunt. Exstare etiam dicitur (Vid. *PONTOPP. Ann. Eccl.* Tom. I. ad annum 1198). Innocentii 3. ad Islandorum Episcopos, ejusdem argumenti Bulla, data 3. Cal. Aug. qvam nobis conspicere non licuit.

(c) " Enn um veturinn hafdi Ingimundr Prestr farid kaupferd vestur til Englands, og " kom

ad eorum nutum tractantes, in defectu meliorum & poscente necessitate, sacris subinde operabantur (a). Unde evenit, ut sæpius in una diœcesi multo

" kom um haustid vestan til Biörgvinar med mikil gædi víns og hunángs, hveitis " og klæda. " ɔ: *Hyeme autem Ingemundus Pastor mercaturæ ergo in Angliam occidentem versus trajecerat, sed autumno ab occidente Bergas reversus, magna vini, mellis, tritici & pannorum bona secum attulit.* *Sturlunga* Lib. 3. cap. 6. & Lib. eod. cap. 14. " þórgerdur villdi láta giöra upp stofu sína. Helgi Prestr sýsladi " um med henni, og dró at vidu og þat annat er hún þurfti. " ɔ: *Thorgerda triclinium suum exstrui voluit; Helgius Pastor necessaria una cum illa curavit, & materiem ac cetera, qvorum ei opus erat, asportavit.*

(a) *Sturlunga* Lib. 2. cap. 11. ubi Adalricus, cum furti insimularetur, ordalio se purgaturus, securim capiti Skeggonis impegit: " Adalríkr Prestr tók ser vist med " Skeggia. þat vard um sumarit til tídinda at sex álnir lerepts hvörfu Arnóru, konu " Skeggia, enn Kálfr þóttist þat spurt hafa, at fylgiukona Adalríks, Vígdís mundi tekid hafa. Hún var skillítil kona, og var þá vestur í sölvafiöru í Saurbæ, " og ad herbergi frá saudahúsum í Hvítadal. Skeggi heimti Adalrík til máls, og " kvad so ad ordum: So er mál med vexti, at lerept nockut er horfit og hefer hugr " minn þar helldr grun á, at þid munut því vallda, og villda eg þú segdir mer " í trúnadi og mun þá lett falla. Hann svaradi og kvedst ei ætla slík ord Skeggia, " fyri þat hann vann med hönum? Skeggi mællti: Vilid þid festa járnburd? Adalríkr letst þat giarna vilia, og fór þad fram, og letst hann þó ei í vistinni vilia " vera láta, þar til hann hefdi hrundit málinu. Adalríkr let ser ei tíd at bera járn " ef hann skyldi láta vistina. —— Menn bidu Bödvars Barkarsonar, enn hann " kom eigi inn, enn Adalríkr var þar kominn inn og reikadi á gólfinu; enn er " hann kemr ad Skeggia, þá brá hann öxi undan skickiu sinni, og hió í höfud hönum so öxin söck, og mælti vid: So kann eg járn at bera. " ɔ: *Adalricus sacerdos operam suam Skeggio condixit. Æstate accidit, qvod Arnora uxor Skeggii sex ulnas lintei amissas desiderarit, Kalfus autem se compertum habere innuit, Vigdisam Adalrici concubinam illud surripuisse. Hæc mulercula, famæ non integerrimæ, algæ saccariferæ in Saurbæ colligendæ tunc temporis operam dedit, & in ovili, qvod ad prædium Hvitadal pertinuit, diversorium sibi elegerat. Skeggius Adalricum colloqvium postulans, ita alloqvitur: Ita res est comparata: linteum mihi ablatum est, qvod tua, vel concubinæ, opera factum esse suspicor; jam ut mihi illud, tanqvam amico profitearis, rogo, ita exitum habebit res optabilem. Ille autem respondit: se talia Skeggii verba vel non inde orta suspicari, qvod ei labores suos collocaverit? Skeggius respondit: an ordalii fidem interponere vultis? Adalricus se hoc lubenter facturum asseruit, qvod & spospondit, Skeggius autem operam ejus se habere nolle asseruit, usqve qvo se (ordalio) liberarit. Adalricus, si opera condicta privaretur, non tempus ad ordalium subeundum vacare, innuit. —— Bödvar Biarkii filius expectabatur, ille autem*

multo plures Paſtores qvam parœciæ invenirentur (a). Qvalis autem maximæ clericorum partis vita & doctrina, & qvid de promiſcuæ multitudinis moribus atqve informatione, ſedente unoqvoqve Epiſcoporum, ſtatuendum ſit, ex ipſorum hiſtoria perſonali facile videri poteſt. Nam

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Qvæ

---

tem nondum intravit. Adalricus intraverat & in pavimento ſpatiabatur, ad Skeggium autem perveniens, ſecurim, qvam ſub toga portabat, vibrans, capiti ejus, ita, ut ſecuris immergeretur, inflixit, dicens: ita ferrum portare (ordalium ſubire) *qveo.* Similiter & *Sturlunga* libr. 2. cap. 16. de Hugone qvodam ſacerdote loqvitur qvi navem violenter rapuit, poſſeſſorem vero ſecuri averſa graviter vulneravit. *Sturlunga* Lib. 9. cap. 8. ubi Paſtor, loco abſolutionis & ſacræ ſynaxeos, qvam moribundus petiit, petitum abnuens, lictoriſqve officio fungens, ipſum occidit: " Giſſur var " úti og allr flockurinn, nema tíu menn gengu inn, Þórleifur Reimr og Jóhann " Preſtr. Kolbeinn Grön var þar fyrir, og hafdi ſed flockinn, ſem von var, og " vildi hann ei í kyrkiuna, og var hann þá kominn í ſtofo, og ſtód undir tialldi. " Jóhann Preſtr ſá, at grænt kyrtilslaf ſtód undan tialdinu, var hann þá tekinn og " útleiddr. Kolbeinn beiddiſt preſts fundar, enn þeir gáfu ei gaum ad því, þótti " þeim þar fángs von ad frekum úlfi er hann var, ef nockud undanbragd yrdi. " Og er Giſſur ſá Kolbein, brá hann ſverdinu Bryniubít og þókti ei ſo ſnöggt á " hönum unnit, ſem hann villdi, og ſpurdi því þeir væri nú ſo handlatir? Þá " hió Jóhann Preſtr til Kolbeins í höfud, og var þad mikill áverki, enn Kolbeinn " fell ei. Þa hió Jóhann Preſtr annad högg í höfud hönum, og geck þad ſár " ofaní ennid, og fell hann á knen bædi upp vid vegginn nordur frá brandadyrum, " og þar vógu þeir hann. " ɔ: *Giſſurus una cum agmine foris erat conſtitutus, præter decem viros qvi intravere, Thorleifum Reimum & Johannem Paſtorem. Kolbeinus ibi conſtitutus, agmen viderat, qvod non mirum, nec tamen templum intrare voluit, ſed in triclinio ſub tapete ſtetit. Johannes Paſtor viridem togæ laciniam infra tapetem animadvertit, qvare (Kolbeinus) captus & foras eductus fuit. Kolbeinus Paſtoris officium expetivit, illi autem id ſuſqve deqve habuere, timebant enim, ſi dilatio intercederet, ne catulo leonis ungves creſcerent. Ubi autem Giſſurus Kolbeinum animadvertit, gladium Bryniubitum ſtrixit, nec illum, tam celeriter ac voluit, occidi, impatiens qvæſiit, cur nunc manu tam ſegnes? Tunc Johannes Paſtor Kolbeino caput cædebat, qvod magnum erat vulnus, nec tamen Kolbeinus cecidit. Tunc Johannes iterum caput ei cædebat, qvod vulnus uſqve in frontem pertingebat, tunc (Kolbeinus) in utrumqve genu prolapſus, apud parietem a ſeptentrione forium poſtibus ornatarum ab illis trucidatur.*

(a) Vid. Sect. 3. cap. 7. §. 5. Exſtitiſſe multos egregios viros, qvi officio digne fungebantur & " dýrlegir kennimenn " ɔ: *pretioſi ſacerdotes*, vocabantur, hiſtoriæ paſſim docent. Qvales fuerunt: Gunnolfus Langadalenſis, Paulus Reikholtenſis, Gudmundus Brandi, Ingemundus Einari & ſexcenti alii, qvos hic pluribus nominatim recenſere ſupervacaneum eſt.

Qvæ tamen non ita accipienda ſunt, ac ſi nulla prorſus pietatis ſigna, vel peſſimis etiam & inqvietiſſimis temporibus, ſeſe exſeruerint.

§. 8.

Templa hoc tempore permulta de novo exſtructa, & antiqva magnis divitiis ornata fuerunt. Multi enim Magnatum ad villam ſuam templum aut ſacellum decenter ornatum habere geſtientes, eidem aut totum fundum, aut ejus partem aliqvam, præterea etiam alia prædia, ſylvas, oras maritimas, ut & pecora ac utenſilia, in perpetuum peculium, libera ac ſpontanea voluntate, legarunt; ea tamen conditione, ut ipſi, ipſorumqve poſteri aut paſtoris officio ibidem fungerentur, aut paſtorem templi ſuisve facultatibus ſuſtentarent (a). Sed templum, ejusqve bona ſarta tecta conſervarent &. perpetuo patronatus jure gaudentes, omnium bonorum uſum fructum acciperent. Sed procedente tempore Epiſcopi ſibi in talia imperium arrogarunt, ita ut ad eorum nutum templa, & ædificanda, & ditanda eſſent: tandemqve Laïcos eorundem jure patronatus penitus privare adgreſſi ſunt. Stati autem ſeu ordinarii templorum reditus fuerunt qvarta decimarum pars, qvæ ex omnibus intra parœciæ terminos ſitis, tam mobilibus qvam immobilibus bonis ſolvendæ erant (b). Pretium præterea ſepulturæ in cœmeterio (c); Et tandem penſiuncula

P 2 pro

(a) Hocce debitum paſtorem loci ſuſtentandi, vocarunt *Preſtsſkylld.* Unde in antiqvis templorum tabulis ſæpe occurrit *Preſtsſkylld i heimalandi*, qvæ qvid fuerit & qvanti conſtiterit, optime docet Olaus Hialti filius, Epiſcopus Holenſis, in contractu, cum Vigfuſo, Proprietario Auſenſi, inito anno 1553. qvem infra ſuo loco adferam.

(b) *Jus Eccleſ.* cap. 32. " Sva ſkulo menn giallda tíund af öllum bæum, ſem biſkup " ſkiptir til kyrkna, hverier ſem á bólſtödum búa. " ɔ: *Ita de omnibus domiciliis decimæ ſolvuntor, ut epiſcopus templis diſpertitur, qvaliscunqve incola fuerit.*

(c) " Leg ſkulo öll vera jamdyr, hvert ſem eru nær edur firr. I kyrkiugardi ſkal kau" pa leg undir menn tólf álnum, nema barn ſe tannlauſt, þar ſkal kaupa hálfu " odýrra. Preſtr ſkal hafa ſex álnir fyri líkſaung. Sá ſkal giallda legkaup og lík" ſaungskaup er lík færir til kyrkiu. hann ſkal þar giallda á kyrkiubæ þeim er " lík var grafid, hinn fimta dag viku þá er fiórar vikur eru af ſumri. þar í túni fyri " kalldyrum. " ɔ: *Loca ſepulturæ omnia, ſive prope (templum) ſive procul fuerint, æqvali pretio redimuntor. In Cœmeterio locus ſepulturæ hominis duodecim ulnis redimitor, niſi ſit infans edentulus, tum ex dimidia parte minori pretio redimitor. Paſtori*

pro cereis ſive candelis, qvam qvivis qvotannis ſolvere tenebatur; qvorum omnium ſupremum Inſpectorem egit Epiſcopus (a).

§. 9.

Vitæ monaſticæ hæc ætas ſummum habuit honorem, eamqve, ut firmiſſimam eccleſiæ columnam, reſpiciebat: Unde qvo qvis pietati magis deditus, eo in monaſteria liberalior exſtitit (b), qvæ eodem, qvo ſeqvuntur ordine, hac tempeſtate fundata fuerunt:

1) *Thingörenſe*, Benedictini ordinis monaſterium, in diœceſi Holana, a loci epiſcopo, Jona Augmundino, circa annum 1120. qvod tamen ad perfectionem non venit, priusqvam 1133.

2) *Munkathveráënſe*, ordinis Benedictini, in eadem diœceſi, fundavit Biörno Epiſcopus, Anno 1155.

3) *Hytdalenſe*, a Klango Epiſcopo, anno 1166. conſecratum fuit.

4) *Thykvabajenſe* idem Klangus ſub Auguſtini Regula fundavit Anno 1168.

5) *Flatey-*

ſtori pro officio ſepulturæ ſex ulnæ competunt. Ille mortalia templo & paſtori ſolvet, qvi funus ad templum vehit. Ille hæc in prædio, in qvo eſt templum, ad qvod funus ſepelitur, ſolvere tenetur, die Jovis qvo qvatuor hebdomades æſtatis præteriere, & hoc qvidem in campo ædibus proximo, e regione forium primariarum.

(a) Qvod hic de tributo in cereos templi adferuimus, probabilitate innititur. Nam certum eſt, eos hoc tempore adhibitos fuiſſe, licet *Jus Eccleſiaſt.* nihil de illis expreſſe determinet. Sed reliqva ex cap. 4. probari poſſe videntur: " Og ſkal þar kyrkiu " giöra er Biſkup vill, og ſo mikla ſem hann vill. —— þángad ſkal leggia lög " tíund ſína hálfa til þeirrar kyrkiu er Biſkup kvedur at. " ɔ: *Ibi templum exſtruendum eſt, ubi libitum fuerit epiſcopo, & tantum ac ei placuerit. —— cuicunqve templo epiſcopus juſſerit, dimidia pars decimarum legitimarum expenditor.* Conf. & infra Sect. 3. cap. 6. §. 6.

(b) *Sturlunga* Lib. 3. cap. 1. " Hann (ɔ: Biörn Biſkup) gaf eitt hundrad hundrada til " Múnkaþverár, og ſýndi tvent í því, ad hann þóttiſt ofveitull verid hafa af ſtad- " ar femunum; enn trúdi þad meſta ſtyrking chriſtninnar, at ſtyrkia múnka- " lífin. " ɔ: *Ille* (Biörno Epiſcopus) *centum & viginti hundredas* (cœnobio) *Munkathveräenſi donavit, qva re duo monſtravit, & qvod cathedræ bona nimis large expenderit, & qvod vitæ monaſticæ promotionem chriſtianiſmi ſummam corroborationem eſſe duceret.*

5) *Flateyense* Sancto Augustino idem episcopus Anno 1172. dedicavit, qvod Klangi successor, Thorlacus Thorhalli, anno 1184. Helgafellum transtulit.

6) Moniale cœnobium, ad villam *Kyrkiubai*, constituit Thorlacus Thorhalli, Anno 1186. (a)

7) *Vidöense*, Anno 1224. consecravit Sancto Augustino Magnus Gissuri filius.

In Vestmannaeyis monasterium exstruere constituit Magnus Einaris filius, Episcopus Skalholtensis; sed morte præventus animo destinata perficere non potuit.

Kelldis, in toparchia Rangarvallensi, monasterium & templum exstruxit Jonas Lopti. Sed ejus cum Thorlaco Episcopo dissensiones obstiterunt, qvo minus consecratum fuerit (b).

§. 10.

Ne qvid ad externum ecclesiæ statum bene instituendum deesset, *pauperibus* etiam, prout regionis status & incolarum paupertas permisere, non minus largiter qvam prudenter prospectum fuit, qvorum cura cujuscun-

(a) De utriusqve sexus anachoretis Per. I. cap. 3. egimus, qvæ hic repetere superfluum videtur.

(b) Qvod de monasterio St. Thomæ in Engrovelandia, a monachis, Prædicatorum Ordinis, ex Islandia illuc transvectis inhabitato, *PONTANUS* in *Descript. Dan.* pag. 758, ex fratrum Zenonum, Nobilium Venetorum, scriptis adducit, qvam transportationem Perillustr. *PONTOPPID.* refert ad annum 1225. & per Engrovelandiam intelligit Grönlandiam, nos pro puro puto figmento accipimus: Nam licet non negemus, duo in Grönlandia fuisse monasteria, eaqve, præ regionis paupertate & frigore, vilia & inopia, nec qvod nunc unus, nunc alter (sed perraro), ex Islandia illuc transierit monachus, tamen qvod tale ibi exstiterit monasterium, cujus situm, structuram & omnigenas amœnitates, ut campos Elysios, Zenonum relatio describit, & qvod idem ab Islandis monachis freqventatum fuerit, nunqvam firmioribus argumentis probari posse credimus, qvam qvod idem Author refert de septem Islandorum insulis, qvarum nomina: *Talas*, *Broas*, *Iscant*, *Trans*, *Mimant*, *Bamberca* & *Bressa*, in qva *ANTONIUS ZENO* dicit se hyemasse, & propugnaculum exstruxisse; Tales enim insulæ nunqvam exstiterunt. Merito itaqve hæc omnia, ut & plurima alia, qvæ fabulosum scriptum continet, pro mera chimæra habenda sunt. (Qvod pace summorum virorum, qvi ista pro verisimilibus habuerunt, dictum esse volo).

qve tribus qvinqveviris ſeu Reppagogis incumbebat (a), ut hi primo, qvantum qvidem in humano conſilio ſitum eſt, curarent, ne qvis ad extremam paupertatem redigeretur: Deinde ut factis jam mendicis proſpiceretur (b). Hos certo & lege definito facultatum pretio pollentes in familiam recipere, eosqve alere, tenebantur. Sed deficientibus cognatis, tribuum ſeu Repporum ſubſidiis, id eſt qvarta decimarum parte (c) & cibariis, qvæ qvivis colonus illis attribuere debuit, erant ſuſtentandi; Nam qvotannis trium dierum, qvorum jejunium ſtrictiſſime obſervandum fuit, totius familiæ commeatus pauperum ſuſtentationi cedere debuit (d). Qvinta

---

(a) *Jus Eccleſ.* cap 29. " Fimm menn ſkal tiltaka í hrepp hverium, at ſkifta tíundum " og matgiöfum og ſiá eida at mönnum, þá er beſt þykia tilfallnir, hvert þeir eru " bændur eda gridmenn, og ſkulo þeir ſækia menn of laga afbrygd. " ɔ: *In ſingulis tribubus ad decimas & cibos donatos diſpertiendos, ac juramenta obſervanda, qvinqve viri, qvi digniſſimi videntur, ſive coloni ſint, ſive operarii, eligendi ſunt, illi etiam legis violatæ actores erunt.*

(b) *Grágás.* Omagab. cap. 3. " Ef ómagar verda þrotráda fyri fardaga, þá ſkal þeim " ſkifta þegar, er þeir verda þrotráda. Rett er at ſkifta ómögum at fardögum, ef " þeſſ er von at þá þrióti þau miſſeri, og fe med ef er. Þeim ſkal tilbióda öllum " er hlut eigo í ómögum á varþíngi, ef þeir ero ſamherads, at koma til er ſiau " vikor ero af ſumri. " ɔ: *Si ante tempus mutandi domicilii alimentum pupillorum defecerit, tum ſtatim ac defecerit, illis manſio aſſignetur. Juſtum eſt, pupillis ipſo demigrationis tempore manſionem aſſignare, ſi ea tempeſtate alimentum defecturum præſumatur, tunc bona ſi adſint diſpertienda quoqve ſunt. Qvi in communione pupillum ſuſtentare teneutur, in foro vernali, ſi in eodem commorentur territorio, invitandi ſunt, ut compareant, ubi ſeptem hebdomades æſtatis præterierunt.*

(c) *Jus Eccleſ.* cap. 30. " Hrepps menn þeir er til ero teknir ſkulo ſkifta hvers manns " tíund í fióra ſtadi, nema eyris tíund ſe edur minni. þá er rett ad hún hverfi " í einn ſtad. Fiórdúng einn tíundar ſkal gefa þurfamönnum innan hrepps, og " ſkifta þeim meiru er meiri er þörf. " ɔ: *Incolæ tribus electi, omnes decimas in qvatuor partes dividant, niſi era tantum ſit vel minoris pretii, tunc juſte uni tantum aſſignatur. Una qvarta decimarum egenis intra tribum cedat, & major portio iis aſſignetur, qvi magis indigent.*

(d) *Jus Eccleſ.* cap. 15. " Skal bóndi gefa náttverd hióna ſinna þeirra er til lögföſtu ero " ſkylld innan hrepps mönnum þeim er æi gegna þíngfararkaupi, og ymbrunátta " verd tveggia. Hver bóndi er ſkylldr at gefa þriggia nátta verd hióna ſinna og " gefa ei ſiſka náttverd og ſkulu hrepps menn ſkifta matgiöfum þeim á ſamkvæmi " á hauſt. med innan hrepps mönnum. " ɔ: *Colonus ſuorum domeſticorum, cum ex præſcripto*

Qvinta etiam avium, piſcium & balænarum pars, qvi forte feſtis diebus capti fuerunt (a); Qvinta præterea pars morticinii (b), & minores mulctæ ob feſtorum violationes egenis dandæ erant (c), qvandoqve etiam ex teſtamentis, eleemoſynis, tam ſpontaneis qvam votivis, ut & prævaricationibus

---

præſcripto legis jejunant, & jejunare debent, cœnam contribulibus, qvi a contributione in iter ad forum generale immunes ſunt, erogato, ſimiliter & duas qvatuor temporum cœnas. Qvivis colonus ſuorum domeſticorum cœnas tres dare tenetur, nec tamen cœnam piſcium, qvem cibum donatum qvinqve viri in conventu autumnali contribulibus diſpertiantur.

(a) *Jus Eccleſ.* cap. 16. " Ef landgángr verdr af fiſkum og ſkulo menn taka þá. Þá " er landgángr at fiſkum ef menn högga höggiárnum edur taka med höndum, og " haſa ei net vid ne aungla. Fugla-eigo menn at veida fiadurſára, ef höndum má " taka. Gefa ſkal af hinn fimta lut af allri þeirri veidi. —— Gefa ſkal af hvölum " öllum ef fluttir ero edur ſkornir, hinn fimta lut alla Iöghelga daga. " ɔ: *Si piſces in aridum excurrant capiendi ſunt. Tunc autem piſces in aridum exſcendere dicuntur, ſi ferro cædi, vel manibus capi poſſunt, nec tamen hami vel retia adhibentur. Aves pluma decidiva laborantes, ſi manibus capiuntur, capere licet Ex omni hac captura qvinta pars eroganda eſt —— ut & balænarum qvæ feſtis diebus ſecantur vel vehuntur, pars qvinta.*

(b) *Jus Eccleſ.* cap. 24. " Kvikfe eigu menn at nýta þat er fiálfir láta af. Þó er rett at " nýta at ei láti madr af, ef madr veit hvad verdr, hvert ſem fer í vötnum edur í " ſkridum eda í hrídum, eda hvatke er því verdr þeſſ er madr veit, og ſkal þat fe " nýta nema ſuidda verdi, og gefa af hinn fimta lut af öllu fe, nema menn ſæfi. " haſa geſit á ſiau náttum hinum nærſtu þadan frá er feit fór. Þat ſkal gefa innan " repps mönnum þeim er ei eigu þíngfarar kaupi at gegna. " ɔ: *Pecora qvæ qvis ipſe mactat, in uſum ſunt referenda, licitum qvoqve eſt in uſus ſuos referre, ſi qvis noverit, qvo modo vitam amiſerint, ſive in aqva, vel ruina terræ, vel tempeſtate mortua fuerint, ſive qvocunqve modo vitam amiſerint, qvem qvis noverit, in uſus referantur, niſi ſuffocatum fuerit, ſed omnium* (talium) *pecorum qvinta pars detur, niſi homo vitam iis ademerit; donare* (hanc partem) *tenetur intra ſeptem noctes, a qvo pecus mortuum eſt Illud contribulibus, qvi a tributo in iter ad forum generale liberi ſunt, erogandum eſt.*

(c) *Jus Eccleſ.* cap. 12. " Hverr madr þeirra er þar er, ſkal gefid haſa á ſiau náttum hinum nærſtum þadan frá er þeir hrudu ſkip, alin vadmáls edur ullarreyfi, þad er " ſex gefi heſpu, edur lambgæru, og gefi þeim mönnum er ſvo lítid fe eigu at ei " gialda þíngfarar kaup. " ɔ: *Omnes ibi conſtituti intra ſeptem noctes proximas, a qvo navem evacuabant, ulnam panni, ſive vellus, qvorum ſex ſpiræ filorum æqvalia ſint, ſive pellem agni, egenis, qvi nullum tributum in iter ad forum generale pendere tenentur, expendunto.*

tionibus non parum emolumenti illis acceſſit. Horum ſepulturæ curam gerere debuit paterfamilias, apud qvem animam efflaverant (a).

§. II.

Inter utiliſſima & ſumme neceſſaria hujus temporis inſtituta, ad templorum, cleri & pauperum ſuſtentationem facientia, merito numeranda venit, Giſſuri Epiſcopi authoritate, ſed Sæmundi Sigfuſſonii conſilio & miniſterio, adſtipulante Marco Skeggonis, tum temporis Nomophylace, Anno 1096. concinnata, & Magnatum conſenſu in leges relata, ſed anno 1123. Juri Eccleſiaſtico inſerta, *Conſtitutio de decimarum ſolutione*, (b) qvæ omnes, cujuscunqve generis & nominis ſunt, qvi, præter qvotidia-

---

(a) *Jus Eccleſ.* cap. 3. " Ef gaungumadr andaſt inni at manns, og ſkal bóndi færa lík " hanns til kyrkiu. —— Ef finnſt lík gaungumanns í haga úti, og ſkal land- " egandi færa þad til kyrkiu, og egnaſt þat ſem hinn hefir á ſer. " ɔ: *Si mendicus in alicujus domicilio obierit colonus ejus funus ad templum advehito. Si funus mendici in pratis inveniatur, dominus fundi illud ad templum advehito, & qvæ defunctus ſecum portavit, poſſideto.*

(b) Qvædam *Conſtitutionis* apographa adſcriptum habent annum Giſſuriani epiſcopatus 16. unde nonnulli eandem factam fuiſſe dicunt anno 1096 Annos officii ab ejus electione numerantes, qvæ Anno 1080. fiebat. Alii ab ejus ordinatione, qvæ in Annum 1081. incidit, numerantes, Conſtitutionis Datum ad annum 1097. referunt. Qvidam vero ab Anno 1082. qvo, redux in patriam, Epiſcopalia adminiſtrare cœpit, calculum inſtituentes, eandem ad annum 1098. detrudunt. Pleriqve autem, & qvidem rectiſſime, Anno 1096. eam concinnatam fuiſſe cenſent.

Ipſa Conſtitutio, prout in *Juris Eccleſiaſtici Thorlaco-Ketilliani* cap. 28. ad nos pervenit, & in leges relata fuit, mox ſubjungetur. Qvæ autem in 5. capitibus, qvæ ſeqvuntur, huc pertinent, partim ſunt proceſſualia, partim in notis ad præcedentem & præſentem §§os. adferuntur; qvare, ne actum agamus, eadem adſcribere ſuperſedemus.

Constitutio Decimalis.

" Þat er mælt i lögum, at menn ſkulo tíunda fe ſitt allir á landi her *lögtiund.* " Þat er lögtíund, at ſá madr ſkal gefa ſex álna eyri er hann á tíutígi fiár ſex álna " aura. Sá madr er hann á tíu ſex álna aura fyri utan föt ſín hversdags búníng " ſkulldlauſt; hann ſkal gefa alin vadmáls edur ullarreyfi, þad er ſex giöri heſpu, " eda lambsgæru. Enn ſá er hann á tuttigu aura, ſkal gefa tvær álnir; enn ſá er " hann á fiörutíu aura ſkal gefa þriár álnir. Sá er ſextíu aura á hann ſkal gefa " fiórar álnir. Enn ſá er áttatíu aura á, hann ſkal gefa fimm álnir. Sá er tíutígi aura

tidianum veſtitum, decem mercium uncias poſſident, nihilqve aliis debent,

---

» aura á, hann ſkal gefa ſex álnir. Þat fe þarf ei til tíundar at telia, er ádur er
» til Guds þacka lagt; hvert þat er lagit til kyrkna edur brúa edur til ſáluſkipa,
» hvert þat er í löndum edur í lauſum aurum. Preſtar þurfa ei at tíunda þat fe er
» þeir eiga í bókum edur í meſſoklædum og þat allt er þeir hafa til gudsþiónoſtu.
» Tíunda ſkulu þeir annad fe. Búſsafleifar þarf madr ei at tíunda of var, ef hann
» helldr búi ſínu; enn ef hann bregdr búi ſínu edur ſelr hann úr búi, þat ſkal
» hann tíunda. Ef madr á godord, og þarf hann þat ei til tíundar at telia. Vell-
» di er þat enn ei fe. Bændur allir ſkulu tíund gera þeir er þíngfarar kaupi eigu
» at gegna af fe ſínu ſkulldlauſu. ei ſkal ómögum fe ætla, þótt hann eigi fram at
» færa; enn þótt hann eigi minna fe enn þíngfarar kaupi á at gegna, ef hann á
» tíu aura ſkulldlauſa, og ſkal hann þá tíund af gera hvert hann er bóndi edur
» gridmadr, nema egi þá ómaga er hann ſkal á verkum ſínum framfæra. Rett
» er at þeir allir þiggi tíund er ei ſkulu giallda. Jafnt ſkulu konur giallda tíund
» ſem karlar. » ɔ: *Legibus præceptum eſt, omnibus in hac terra ſua bona eſſe decimanda decimis legalibus. Sunt autem decimæ legales, ut qvicunqve centum oras, ſingulas ſex ulnas continentes poſſidet, unam oram ſex ulnas continentem expendat. Qvicunqve decem oras,* (ſingulas) *ſex ulnas continentes, & has qvidem, demtis præter qvotidiana veſtimenta nominibus, poſſidet, ulnam panni vilioris, ſive vellus ovinum, ſextæ parti ſpiræ filorum æqvale, aut pellem agninam ſolvito. Qvi vero viginti oras poſſidet, duas ulnas pendat. Qvi autem qvadraginta oras poſſidet, tres ulnas expendat. Qvi ſexaginta oras poſſidet, qvatuor ulnas contribuat. Sed qvi octoginta oras poſſidet, qvinqve oras ſolvat. Qvi decem orarum decades poſſidet, ſex ulnas expendat. Bona in anteceſſum piis uſibus donata inter decimanda numerari neceſſum non eſt, ſive illa in templa, ſive pontes, ſive cymbas vectorias publici uſus collata fuerint,* (& hæc qvidem) *tam mobilia, qvam immobilia. Sacerdotes bona in libris, & veſtibus ſacerdotalibus, & qvibuscunqve ad cultum divinum reqviſitis conſiſtentia decimare non tenentur; alias facultates decimanto. Reſiduum vere cibariorum, villicationem ſi qvis continuat, non eſt decimandum, ſi autem a villicando deſtiterit, aut cibaria vendiderit, decimantor. Si qvis præturam poſſideat, inter decimanda illam numerare non tenetur; eſt enim imperium, non pecunia. Omnes coloni qvi penſionem in iter ad comitia ſolvere debent, omnes ſuas facultates, demto ære alieno, decimanto. Egenis, qvamvis eorum ſuſtentatio illi jure incumbat, nulla pecunia* (a decimis immunis) *ſeponatur. Licet autem minus facultatum habeat qvam qvæ ad penſionem in iter ad comitia ſolvendam reqviruntur, ſi modo decem oras, demto ære alieno poſſideat, decimas tamen inde ſive paterfamilias ſit, ſive domeſticus, expendat, niſi proprio labore egenos ſuſtentare* (jure) *teneatur. Juris eſt ut omnibus qvi decimas pendere non debent, illæ pendantur. Æqve fœminæ ac viri decimas ſolvunto.*

Circa hanc *Conſtitutionem* obſervanda ſunt, & ad verum ejus intellectum adqvirendum magnopere faciunt ſeqventes regulæ fundamentales: 1) Qvod qvævis Hundreda

bent, unam ulnam, seu sexagesimam sortis partem, qvotannis, decimarum

---

dreda more Islandico per C. denotatur, & continet duodecies decem (ɔ: 120) mercium ulnas, & deinde, qvod ex qvavis Hundreda, legibus stata & adprobata usura fuit 12. ulnæ, seu duodecima sortis pars. 2) Qvod ex sorte infra decem uncias, seu 60. ulnas nullæ dabantur decimæ: Sed ex 10. unciarum sorte possessori unius ulnæ erogatio, & ex C. (puta 120.) ulnis duarum ulnarum expensio injungitur; qvod, utrumqve facit sortis partem sexagesimam sed usuræ sextantem. 3) Ex 2. Hundredis solvendæ fuerunt tres ulnæ, id est sortis $\frac{1}{80}$ sed usuræ $\frac{1}{8}$. 4) Qvi 3. hundredas possidebat, pendere debuit qvatuor ulnas, sortis 90. sed usuræ 9. partem. 5) Ex 4. hundredis erogantor 5. ulnæ, nempe sortis 96, sed usuræ pars $9\frac{3}{5}$. 6) Qvinqve Hundredarum, possessor dare debuit 6. ulnas, seu unam unciam; ɔ: sortis centesimam, usuræ vero decimam partem, qvæ proportio, qvantacunqve sors fuit, observanda erat. 7) Ad excusandam & enodandam, si non tollendam, iniqvitatem, qvæ, ut videri potest, se a principio *Constitutionis* usqve ad 5. hundredas offert, qva pauperioribus sexta, octava & nona, sed ditioribus decima tantum usuræ pars, decimarum nomine, eroganda injungitur, facit, ut statuatur, consultissimos æqvissimæ legis auctores, primo constituisse decimam usuræ partem ab omnibus, decimarum nomine, erogandam fore; & in hunc usum, aut mente aut calamo, æqvum, & a principio ad finem optime proportionatum, decimarum schema formasse, qvod tale fuisse, animo concipi potest, qvale exsurgit si Tabulæ III. novem primas lineas ad schema sub Tabulæ IV. inscriptione exhibitum repræsentamus. Sed cum viderent, qvantula portio tam minutæ decimæ forent, si in qvatuor partes dividerentur, easdem uni omnes, id est pauperioribus, cedere constituisse, & formam decimationis paululum mutasse, jussisseqve ut non hoc, sed illo, qvem ostendit Tab. III. modo, decimæ darentur; Qvod duplici ad pauperes habito respectu eos fecisse putamus: (α) Ad *Dantes*, qvorum possessiones tam modicæ qvidem erant, ut 20. Joachimicorum summam non æqvarent, sed cum illi ab aliis oneribus publicis, qvæ in voce *Þingfararkaup* includuntur aut inde dependent, liberi essent, consentaneum ducebatur, ut pauperibus, qvibus talium decimæ ex asse cedebant (vid. loc. ex *Jure Eccles.* cap. 30. infra adferendum) aliqvid ex suis facultatibus supra communem regulam & proportionem erogarent. (β) *Accipientes*, qvales fuerunt valetudinarii, orphani & decrepitæ senectutis homines, aut q i se suosqve sustentare non potuerunt; ideoqve partim ex aliorum misericordia, partim ex publicis contributionibus degebant, qvibus hæc accessio non parvo fuit emolumento; nam ab unoqvoqve in universo Reppo aut tribu, qvi 10. uncias possidebat, loco 6. nummorum, ɔ: $\frac{6}{10}$. accipiebant integram ulnam; ab eo autem, qvi unam possidebat Hundredam, ɔ: 20. uncias vel oras, loco 12. nummorum, ɔ: unius ulnæ & 2. nummorum, habebant 2. ulnas; & sic porro usqve ad qvinqve Hundredas. Tales ut credam fuisse primas, qvas duxerant, lineas, svadet Regula fundamentalis, qvam ipsi statim ab initio *Constitutionis* adferunt: " Þat er lögtíund, at sá madr' skal gefa sex álna eyri er hann á tíutýgi fiár sex álna aura, "

ɔ: *Decimæ*

rum loco, dare jubet: Illi autem, qvi viginti uncias, dicto modo in
Q 2 bonis

ɔ: *Decimæ legales sunt, ut qvicunqve centum oras, singulas sex ulnas continentes, possidet, unam oram sex ulnas continentem expendat.* Qvibus verbis innui videtur, hunc modum, qvi decimam usuræ partem dare jubet, solum esse legitimum, seu in legibus divinis fundatum: sed ea, qvæ de qvatuor primis Hundredis aliter decimandis statuta fuerunt, esse exceptionem regulæ, ob necessitatem ita institutam, qvæ, ut puto, non minus *Constitutionis* æqvalitatem, qvam legislatorum in patriam amorem, sapientiam & pietatem clare demonstrant. 8) Ubi sors ad 5. hundredas adscenderit, ex qvavis semihundreda, seu 10. unciis, dandi sunt 6. nummi, sed ex integra Hundreda 12. nummi, & sic omnia sibi optime respondent, ita ut decimæ semper fiant centesima capitis, sed decima usuræ pars. 9) Ut ex primis qvinqve Hundredis una uncia pendi jubetur, " þat er lögtíund, at sá madr &c. " ita semper cum qvibusvis qvinqve Hundredis uncia est addenda; e. gr. ex 10. hundredis dandæ sunt duæ unciæ, ex 15. hundredis tres unciæ ex 20. hundredis qvatuor unciæ, ex 30. hundredis sex, ex 40. hundredis octo, & sic porro, qvantæcunqve fuerint divitiæ: Qvæ consvetudo licet non in *Constitutione* expresse mandetur, in eo tamen fundata est, qvod ipsa ex 5. hundredis unam unciam expendendam statuat: Cumqve ibidem expensas enumerare sistat, inde concluditur, eadem ratione in seqventibus procedendum esse; qvæ methodus per majorum qvasi manus tradita & continua praxi firmata, tandemqve recentiorum constitutionibus in leges relata est; nam qvædam exemplaria *Juris Eccles. Arnæani*, Anno 1275. evulgati, inter qvæ est latinum illud Havniæ a Perillustr. Procancell. *PONTOPPIDANO* editum, cap. 14. ita habent: *Qvicunqve centum oras possidet, sex ulnas solvat, & sic qvibusvis qvinqve centenariis decimæ ad sex ulnas augeantur.* Ab his regulis discedentes ingentem in totum decimationis negotium confusionem & inæqvalitatem introducunt; ut ex dicendis patebit. Qvidam enim ad qvamvis Hundredam unius tantum ulnæ expensionem adjiciunt, ita, ut ex 6. Hundredis solvi jubeant 7. ulnas, ex 10. hundredis 11. ulnas, ex 15. hundredis 16. ulnas, ex 20. hundredis 21. ulnas & sic porro, ut ex Tab. I. conspici potest: Qvæ methodus, qvantum divitum decimas imminuat; nemo non videt. Sed cum illa magis ad nuda *Constitutionis* verba, qvam ad rem & Auctoris mentem respectum habeat, & adornata sit, nec unqvam in praxin deducta fuerit, qvod etiam ejusdem Author fatetur, nos eandem non moramur. Alii itaqve ut ipsi ajunt, ne a regulis fundamentalibus discedant, ad qvamcunqve sextam, undecimam, decimam sextam, & vicesimam primam Hundredam expensas augent, has enim pro primis in qvovis numero qvinario habent; ideoqve ad eas, qvemadmodum ad primam hundredam, expensas duplicant, freti pericopa, qvam supra ex *Juris Eccles. Arnæani*, cap. 14. allegavimus. Sed cum nec semihundredarum nec minorum partium pensionum ullam habeant rationem, sæpius plus justo poscunt, ut ex Tab. II. disci potest.

Cum autem hæc methodus (α) inæqvalitatem magis augeat qvam tollat. (β) Minime ad regulam fundamentalem sit accommodata, qvam ipsi, perinde ac alii, recipiunt, ɔ: qvod decimæ debeant esse centesima sortis, sed decima usuræ pars, & (γ) Anti-

bonis habuit, duas ulnas dare præcepit: Qvi vero ducentas uncias possidebat,

(y) Antiqvos minutam non habuisse pecuniam, ideoqve minutas expensas non imperasse, omni carere fundamento & frivola esse videntur; nam præter minutos nummos, de qvibus ad §. 5. cap. 9. Per. I. egimus, decimæ solvi potuerunt cera, panno, lana, cibariis, aliisqve mercibus, qvæ pro qvantitate expensarum augeri minuiqve potuerunt; Hinc alii, habito ad omnes regulas fundamentales continuo respectu, omnem inæqvalitatem, post qvintam Hundredam, semel & simul tollere satius ducunt, addendo ad cujusvis semihundredæ, seu 10. unciarum, expensas, sex nummos, qvorum decem faciunt unam ulnam, qvo omnis prorsus tollitur imparitas, & justa semper tenetur expensarum proportio, ad omnes decimationis Regulas fundamentales exacte respondens ut Tab. III. clare docebit: Qvam decimandi rationem pro justa habuisse videtur Celeberr. *PAULUS WIDALINUS*, ut ex ejus *Diatribe de voce Tiund* colligi potest, ubi, inter alia, eodem spectantia, dicit: " Fiórar tíund-" ir lögliga teknar og samanlagdar í ejtt af 12. hundrudum eru $14\frac{2}{5}$ álnir. ɔ: *Qvatuor qvartæ decimarum de duodecim hundredis legitime erogatæ partes, & in unum collectæ, $14\frac{2}{5}$ ulnas exæqvant.* Qvod optime respondet nostræ Tabulæ, qvæ ex 12. C. poscit duas uncias, duas ulnas & qvatuor nummos. ɔ: $14\frac{2}{5}$ ulnas.

De decimis & legitima decimas solvendi poscendiqve ratione accerrimam contentionis serram qvondam reciprocarunt Mag. *JONAS ARNÆUS* Schalholt. diœceseos Episcopus meritiss. & qvem nuper laudavimus, *PAULUS WIDALINUS*, Islandorum Nomophylax doctissimus: Sed eo modo, ut Episcopus scriptum, qvod plurium manibus teritur, non priusqvam post Widalini fata evulgaverit; Qvorum hic ex rebus, qvæ nullum fructum ferunt, decimas non esse dandas, nam ex fructu & usura, non autem ex sorte decimas solvendas esse, secus enim sortem, qvæ nullum fert fructum, paullatim imminui & possessorem ad paupertatem redigi, statuebat. Ille vero non tantum ex ipsa sorte decimas dandas esse, sed etiam omnia, cujuscunqve generis & conditionis sint, sive ullum sive nullum ferant fructum, decimarum oneri subjecta esse contendit, iis tantum exceptis, qvæ ipsa lex ab hoc tributo immunia pronunciat, eaqve cautione, ut tres tales mortuæ Hundredæ pro una frugifera æstimarentur.

De hac contentione nostra est sententia, utrumqve plus nimio arcum intendisse. Qvod autem ad ipsam contentionis materiam attinet, a parte Episcopi ipsa stat littera, qvatenus lex expresse jubet ex omnibus decimas dare; qvod non tantum ex initialibus *Constitutionis* verbis, sed ex universo ejusdem sensu, & tam rerum qvam verborum connexu abunde patere videtur, unde manifestum fit, tantum hallucinari Nomophylacem, qvantum huic veritati contradicit. Qvod autem de tribus Hundredis, qvæ nullum ferunt fructum, pro una tantum in hoc negotio æstimandis adfert doctissimus Præsul, verum qvidem est, sed multo recentius, qvam ad hæc tempora referri qveat. Nam talis constitutio in leges demum publice relata fuit, Anno 1574. id est fere 478. annis, postqvam prima de decimis facta fuit *Constitutio*, de qva heic loci sermo est.

Nam

debat, tres ulnas pendere tenebatur, & sic porro, ut ex subjuncta Tab. III.

Nam *Constitutio Bergthoriana*, qvæ hujus reductionis rerum infrugiferarum mentionem facit, qvam doctissimus vir vult factam esse Anno 1117. cujusqve authentiam, tanqvam pro aris & focis, propugnavit, supposititia est, & longo post tempore efficta, ut alibi invictis demonstravimus argumentis.

Qvod autem de decimis ex usura aut sorte dandis contendunt, non est magni momenti, cum eodem loco recidat utrum feceris. Ex. gr. Erit sors undecim Hundredæ & 10. unciæ, qvæ faciunt 1380. ulnas, qvarum legitima usura est pars decima, id est, 138. ulnæ. Si jam decima pars usuræ danda est, fiet 13⅘ ulnæ. ɔ: 2. unciæ 1. ulna & 8. nummi. Sin vero centesima pars capitis danda erit, fiet similiter 13⅘ ulna ɔ: 2. unciæ 1. ulnæ 8. nummi & sic porro in reliqvis, ut ipse fatetur Doctissimus Vir in sua *Tiundar skrá* Sect. 3. Qvæ proportio & æqvitas, ubicunqve nostram Tabulam tentaveris, semet offeret, exceptis tantum primis qvatuor Hundredis, de qvibus supra in specie egimus. Licet itaqve hoc respectu indifferens esse videatur, utra harum sententiarum approbetur, non tamen non possumus eorum sententiam præferre, qvi potius ex usura qvam ex sorte decimas expendendas esse dicunt; ad qvod inducimur 1) consideratione virorum, qvorum authoritate & opera decimæ fuerunt introductæ & hæc *Constitutio* facta, Gissuri scilicet Episcopi, Sæmundi Presbyteri, aliorumqve virorum pietate & doctrina conspicuorum. Qvi ut qvicqvid ad ecclesiæ aut reipublicæ status emendationem fecerunt, & introduxerunt, aut ex sacra scriptura & Patrum monumentis, aut etiam aliarum gentium consvetudinibus derivarunt, aut desumta esse videri voluerunt. Conf. exemplum Ögmundini Sect. 4. cap. 1. §. 5. qvi hoc respectu conciones suas ex libro recitavit; ita etiam dicta Biblica, qvæ huc spectant aut spectare videntur, qvalia sunt *Levit.* 27. v. 30. 32. *Num.* 18. v. 21. *Deut.* 14. v. 22. aliaqve pro cynosura habuerunt, & forte pro lege morali semper duratura & omnes obligante, acceperunt, eandemqve doctrinam Laïcis inculcasse verisimile est, qvi de reverentia legibus divinis debita, & illarum præ humanis prærogativa dudum persvasi erant. Vid. supra §. 5. not. (c). & Sect. 3. cap. 2 §. 2. Unde probabile fit, qvod suam de decimis legem qvam proxime ad Mosaïcam, prout regionis & incolarum paupertas ferre potuit, accommodarint; Atqvi lex Mosaïca non de sorte sed proventu decimas dare jubet, Ergo. 2) Hi in Germania, Anglia, Gallia, Italia literis diu operam dederant, & pæne educati fuerant, ubi hanc doctrinam & praxin imbiberant; ibidem autem decimæ dabantur non ex sorte sed usura: ideo etiam mihi fit valde verisimile, ut ex *Hungurvaka* loco mox adducendo patet, eos harum nationum morem in hoc negotio, perinde ac aliis, imitatos fuisse. 3) Ex Antiqvis nobiscum faciunt (α) Auctor *Hungurvakæ*, scriptor perantiqvus, qvi ex Gissuri Halli filii, viri suæ ætatis doctissimi, Gissuri Episcopi ex fratre nepotis & Thorlaci Episcopi Runolfidæ alumni; ore & relatione sua hausit, ut ipse in Prologo fatetur. Hic, de Gissuro, Sæmundo & Marco Skeggonis loqvens, dicit: " Þeir báru þad rád til samans, og " lóktu at rádi höfdingja, at þat yrdi lögleidt, at menn tíundadu fe sitt á liverium " tveim

III. conſpici poteſt. Sed ut omnis regula aliqvam habet exceptionem, ita hic eximuntur: (1) Pauperes illi, qvi minus qvam ſexaginta ulnas in bonis

" tveim miſſerum oc *allann taug ávaxtar fiár ſins*, ſo ſem á ödrum löndum er títt, " Þar ſem kriſtuir menn bŷa. " ɔ: *Conſilium iſtud inierunt, & Magnates ad id adduxerunt, ut in leges referretur, omnes qvovis anno de ſuis facultatibus decimas* omnemqve bonorum ſuorum uſus fructus partem decimam *expenſuros, ita ut in aliis terris ab hominibus chriſtianis inhabitatis, moris eſt.* Sc. Germania, Anglia, Italia & forte etiam Dania, nam in Norvegia decimæ nondum ſeu 1096. ſolenniter introductæ fuerunt. (β) Verba Rafni Oddidæ, celeberrimi Islandiæ qvondam Dynaſtæ Anno 1280. prolata: " Gód " er tíund vor af allri lögleigu fear. " ɔ: *Decimæ noſtræ ex omni facultatum fænore legitimo bonæ ſunt.* Qvibus Heros ille, patriarum legum & conſtitutionum peritiſſimus, indicat decimas ex uſuris dari debere. Qvæ verba qvædam exemplaria *Vitæ Arnæ Epiſcopi* habere dicuntur, ut ea allegat doctiſſimus *WIDALINUS*; Nam longe a me abſit, ut tantum virum, qvemadmodum ejus adverſarius fecit, falſi arguam, licet in meo, aliisqve proletariis exemplaribus non exſtent. 4) Ipſius *Conſtitutionis* indulgentia & æqvitas, qvæ jubet omnia bona qvotannis ab ipſo poſſeſſore æſtimari: Æſtimatio autem non videtur fuiſſe inſtituenda reſpectu pretii, qvanti res aliqvando conſtiterat aut vendi potuerat, ſed lucri aut commodi, qvod ad dominum qvovis anno inde redundavit, aut redundare potuit, modo prudenter uſurparetur, ex qvo ille decimas dare tenebatur; qvod idem eſt, ac qvod urget doctiſſimus Præſul in ſua *Tiundar-Skrá* Sect. 4. " Ad virda tíundar fe til fullra aura " id eſt: inſtituere comparationem inter res, ut ex rei notæ pretio ignotæ pretium & ex pretio lucrum ſciri poſſit, ex qvo decimæ dandæ erant. 5) Unicum, qvod habent, aliter ſentientes, alicujus valoris argumentum, ſunt hæc *Conſtitutionis* verba: " Þat er lögtiund &c. " unde inferunt centeſimam ſortis partem decimarum nomine dari debere. Sed eadem nobis pariter favent; nam ſicut ſex ulnæ ſunt centeſima 5. Hundredarum pars, ita etiam ſunt decima pars uſuræ, qvam lex ex qvinqve Hundredis provenire ſtatuit.

Dubia & objectiones, qvæ moveri poſſunt, nos noſtramqve theſin non graviter feriunt, qvarum præcipua eſſe videntur 1) Multa dantur divitum cimelia, mulierum ornamenta, utenſilia domeſtica, ruſticorum, mechanicorumqve inſtrumenta, & id genus alia, qvæ nullum ferunt fructum & ideo non ſunt decimanda, ſecus enim ipſa ſors cum tempore everſum ibit, qvod abſurdum non minus qvam injuſtum videtur: Reſp. Hæc aliaqve ſine diſcrimine lex decimationi ſubjicit, idqve non ſine cauſa; tanta enim fuit legislatorum prudentia, candor, & amor publici, ut in tam aſpera & egena regione, qvenqvam inutilia, qvæ publico nulli eſſent commodo ac uſui poſſidere nollent, & hoc modo tacite qvaſi prohibere ac cavere voluiſſe videntur, ne qvis res infructuoſas cuperet aut emeret: Qvi vero talia omnino vellet habere, ex iisdem non ſecus ac frugiferis, in proprium detrimentum, decimas aliaqve tributa publico uſui contribueret. Qvæ ſi qvis injuſtitiæ aut avaritiæ coarguere velit, is ſimul damnabit non tantum noſtratium, ſed etiam aliarum vel cultiſſimarum gentium leges ſumtuarias, qvarum omnium una eademqve ratio & ſcopus eſſe videtur, privati nempe luxus prohibitio & ſtatus publici ſuſtentatio: qvalia fuere Lycurgi

bonis habebant, præfertim, qvi aliqvem neceffariorum fuftentandum habebant. (2) Sacerdotum libri & veftimenta, qvibus ad facra peragenda ute-

curgi in Republica Spartana, & Romanorum antiqva inftituta, qvæ in cenfura poftliminio inducere fatagebat Cato Major, ftatuens, ut ex vefte, vehiculo, mundo muliebri, inftrumento domus, cujus pretium effet mille qvingentis denariis majus, amplius penderetur, & vel decuplo cenfuit. Ipfe etiam vir fapiens & antiqvi moris, omnino nihil eorum, qvæ fupervacanea effent, ne minimi qvidem emit, nam id generis res, etiamfi affe venderentur, caras effe cenfuit, ut de eo teftatur *PLUTARCHUS* in ipfius *Vita*. Qvod autem utenfilia & inftrumenta ad œconomiam & agriculturam inftituendam attinet, pleraqve eorum haudqvaqvam magni funt pretii, & multo minus infrugifera aut inutilia dici merentur: Nam licet immediate & per fe fructum non ferant aut fibi fimile producant, mediate tamen & alio interveniente, feu certo refpectu, omnia fructum ferunt commodumqve præbent, ex qvo eorundem pretium & ex eo decimatio fuit inftituenda, ut fupra innuimus. 2) Multa a nobis adferi, qvorum nec vola nec veftigium in ipfa, *Conftitutione* appareat, a qva non fit recedendum. Ad qvod refpondemus: Ut ab Authoris verbis non temere eft recedendum, ita multo minus ab ejus mente & fcopo: Hunc autem fuiffe modici & æqvabilis tributi impofitionem, ad templorum, cleri & pauperum fuftentationem, nemo negare poteft: qvod qvomodo majores noftri perfecerint, fimplici commentatione, qvam proxime ad eorum mentem in apricum producere conati fumus; cui licet nullam perfectam infallibilitatem adfcribamus, id tamen contendimus, noftras hypothefes nec effe minus probabiles nec iniqviores qvam reliqvorum. Sed cum omnes, qvi vel mediocrem tantum Antiqvitatum patriæ notitiam habent probe fciant, qvanta apud veteres fuit fcriptionis raritas, qvanta verborum parcitas, qvanta ftyli & terminorum, pro cujuscunqve feculi genio, fimplicitas, adeo ut multa eorum fcripta & leges non videantur effe aliud, qvam brevis fynopfis & tabula memorialis, qvorum vera interpretatio ex folis ipforum verbis vix adqviri poteft; unde fæpiffime Auctoris fcopus, rerum & perfonarum circumftantiæ, confeqventiæ, antiqva praxis & alia adminicula, ad verum eorum fenfum eruendum, in fubfidium vocanda funt, qvæ plerumqve efficiunt, ut & clariorem & uberiorem in eorum fcriptis reperiamus fenfum, qvam nuda eorum verba præ fe ferunt.

3) Fateor ea, qvæ dixi, non omnia expreffis totidem verbis in *Conftitutione* haberi, fed fi ejus intimos receffus, primarium fcopum, genium feculi & antiqvam praxin refpicias, omnia ibidem ita invenientur, ut ab his ne latum qvidem ungvem recefferimus, nam qvod de omnibus poffeffionibus æftimandis & decimandis diximus, non tantum ipfa afferit *Conftitutio*, fed & coævus Hiftoricus *ARIUS POLYHISTOR* in *Schedis*, nec non, qvi paulo poft vixerunt, Authores *Húngurvakæ* & *Sturlungæ* aliiqve fancitum & in praxin deductum fuiffe teftantur. Qvod autem de minutis decimis ex 60. ulnarum capite afferuimus, fimiliter in ipfa æqvitate & expreffis *Conftitutionis*, qvæ primis 60. ulnis unius ulnæ expenfionem imponit, verbis fundata funt; Qvæ omnia fi opus effet & ratio operis permitteret, pluribus adductis teftimoniis, probari poffunt.

Tabulæ

utebantur. (3) Tam fundi & immobilia bona, qvam qvævis mobilia, qvocunqve tandem nomine venerint, qvæ templis aut piis ufibus confecrata fue-

Tabulæ in modum decimandi.

Qvarum prima exhibet fchema ad eorum mentem formatum, qvi unam tantum ulnam expenfarum cuicunqve Hundredæ adjiciunt, cujus fi non Author, certe affertor fuiffe fertur fuæ ætatis Juris & Antiqvitatum Islandicarum Confultiffimus *ISLEIFUS EINARI*, Prætor provinciæ Skaftfellenfis. Hæc Tabula duas tantum columnas habet, qvarum prior fortem per Hundredas, pofterior expenfa per ulnas exhibet.

Secunda ad eorum mentem adornata eft, qvi decimarum inæqvalitatem ad fextam, undecimam & decimam fextam Hundredam malunt, cujus non qvidem Author, (nam multo vetuftior eft) certe tamen vindex acerrimus fuit diœcefeos Schalholtenfis Epifcopus meritiffimus Mag. *JONAS ARNÆUS*. Hæc etiam duas habet columnas, qvarum prior fortem per Hundredas, pofterior expenfa per ulnas oftendit.

Tertia noftra eft, ex eorum hypothefi, qvi ad fextam Hundredam inæqvalitatem prorfus tollunt, qvam proxime ad *Conftitutionis* ductum concinnata: cujus duæ primæ columnæ exhibent fortem feu caput, ita ut prior Hundredas, pofterior uncias five oras mercium; tres pofteriores decimarum expenfa veteri more, calculo per uncias, ulnas, & nummos, ducto, ob oculos ponat.

Qvarta etiam noftra eft, mere hypothetica, adornata tantum ad oftendendum qvale & qvam æqvabile veterum decimationis fyftema primo fuiffe, animo præfumimus.

TAB. I.

Hundredæ	Ulnæ
$\frac{1}{2}$	1
I.	2
II.	3
III.	4
IV.	5
V.	6
VI.	7
VII.	8
VIII.	9
IX.	10

TAB. II.

Hundredæ	Ulnæ
$\frac{1}{2}$	1
I	2
II.	3
III.	4
IV.	5
V.	6
VI.	8
VII.	9
VIII.	10
IX.	11

TAB.

fuerunt; ſimiliter omnia, qvæ publicæ utilitati, ut pontium ſtructuræ & talibus

TAB. I.

Hundredæ	Ulnæ
X.	11
XI.	12
XII.	13
XIII.	14
XIV.	15
XV.	16
XVI.	17
XVII.	18
XVIII.	19
XIX.	20
XX.	21
XXI.	22
XXII.	23
XXX.	31
XL.	41.

TAB. II.

Hundredæ	Ulnæ
X.	12
XI.	14
XII.	15
XIII.	16
XIV.	17
XV.	18
XVI.	20
XVII.	21
XVIII.	22
XIX.	23
XX.	24
XXI.	26
XXII.	27
XXX.	36
XL.	48.

TAB. III.

Hundredæ	Unciæ	Unciæ	Ulnæ	Numi.
	X.		1	
I.			2	
I.	X.		2	5
II.			3	
II.	X.		3	5
III.			4	
III.	X.		4	5
IV.			5	
IV.	X.		5	5
V.		1		
V.	X.	1		6
VI.		1	1	2

TAB. IV.

Hundredæ	Unciæ	Unciæ	Ulnæ	Numi.
	X.			6
I.			1	2
I.	X.		1	8
II.			2	4
II.	X.		3	
III.			3	6
III.	X.		4	2
IV.			4	8
IV.	X.		5	4
V.		1		
V.	X.	1		6

& ſic porro.

talibus legabantur. (4) Cibaria eorum, qvi familiam alebant, & habitationem continuarunt; Eorum vero, qvi familiam dimiserunt & villicationem dissolverunt, ut & eorum, qvi eadem vendiderunt, fuerant decimanda. Qvovis autem anno in qvavis tribu seu Reppo solennis conventus,

TAB. III.

Hundredæ	Unciæ	Unciæ	Ulnæ	Numi.
VI.	X.	1	1	8
VII.		1	2	4
VII.	X.	1	3	
VIII.		1	3	6
VIII.	X.	1	4	2
IX.		1	4	8
IX.	X.	1	5	4
X.		2		
X.	X.	2		6
XI.		2	1	2
XI.	X.	2	1	8
XII.		2	2	4
XII.	X.	2	3	
XIII.		2	3	6
XIII.	X.	2	4	2
XIV.		2	4	8
XIV.	X.	2	5	4
XV.		3		
XV.	X.	3		6
XVI.		3	1	2
XVI.	X.	3	1	8
XVII.		3	2	4
XVII.	X.	3	3	
XVIII.		3	3	6
XVIII.	X.	3	4	2
XIX.		3	4	8
XIX.	X.	3	5	4
XX.		4		
XX.	X.	4		6
XXI.		4	1	2
XXI.	X.	4	1	8
XXX.		6		
XL.		8		

tus, decimarum dividendarum ergo, instituendus (a) fuit; qvem omnes coloni adire debuerunt; qvod si qvis, sine prægnante causa, neglexerit, tribus marcis mulctabatur. In hoc enim conventu qvivis suas facultates indicare & æstimare tenebatur, addito jurejurando, se qvantum meminisse potuit, bona fide enumerasse & æstimasse. Si autem jurare recusarit, duodecim marcas solvere debuit, & tantum decimationis nomine pendere, qvantum Reppagogi jusserunt (b). Decimæ in qvatuor partes dividendæ erant æqvales, qvarum prima templo, secunda episcopo, tertia sacerdoti, sed qvarta pauperibus cessit (c). Pauperibus etiam cesserunt

uni-

(a) *Juris Eccles.* cap. 29. " Samqvamor skulu menn eiga of haust í hrepp hverium, ei " fyrr enn fiórar vikur lifa sumars oc skifta tíundum. Skift skal tíundum drottins " dag hinn fyrsta í vetri. " ɔ: *Autumno conventus sunt celebraudi in qvacunqve tribu, non prius qvam qvatuor hebdomades æstatis supersint, ad decimas dispertiendas. Factum hoc esto die dominica hyemis prima.*

(b) Ibid. cap. 29. " Ef hann sver til fiórdúngi minna enn se, þá verdr hann sekr of þad " tólf mörcum, oc skal hann sva mikla tíund gialda, sem samkvamomenn telia, oc " skifta á hönd hönum eidlaust. " ɔ: *Si juramentum præstiterit, de qvarta parte minus qvam revera existit, duodecim marcis ob id mulctabitur, tantas autem decimas expendet, qvantas, qvi in conventu sunt, sine juramento ei imponunt.*

(c) Ibidem cap. 30. " Fiórdúng einn tíundar skal gefa þurfamönnum innan hrepps oc " skifta þeim meira er meire er þörf. " ɔ: *Una pars qvarta decimarum egenis contribulibus cedat, iis major portio, qvi magis egent.* Ibidem cap. 31. " Annann fiórd- " úng tíundar skal Biskup hafa; þat fe skal vera í vadmálum edur í vararfelldum " edur í lambagærum í gulli edur í brendu sylfri, þar er Biskup fer um fiórdúng. " Hann skal segia til at kyrkiusóknum í hrepp hverium hver vid þeim fiórdungi tí- " undar skal taka er hann skal hafa. " ɔ: *Altera qvarta decimarum episcopo, ubi per qvartam terræ proficiscitur, solvatur, & qvidem pannis inqvilinis vel mercatoriis, vel pellibus agnorum, auro aut argento defæcato; Ille in qvavis parochia, qvis in qvavis tribu ejus vice decimarum suam qvartam acceptet, promulgato.* Ibidem cap. 32. " Nú ero eftir tveir fiórdúngar, þat er hálf tíund hvers manns. Þat fe skal leggia " til kyrkna, sva til hverrar, sem Biskup skiftir til, og reida þeim manni í hönd er " kyrkiu þá vardveitir, er tíundum er tilskift. Hann skal kaupa tídir at presti, sva " sem hann má vidkomast og adra luti til kyrkiuþurftar, sva sem feit vinnst til. Sva " skulu menn giallda tíund af öllum bæum sem Biskup skiftir til kyrkna, hverier " sem á bólstödum búa. Fiórdúng annann tíundar, er tídir skal med kaupa, þat " skal giallda í vadmálum edur í vararfelldum, í lambagiærum edur í gulli og brendu " sylfri. Enn annann fiórdúng tíundar skal gialda í vaxi edur vide, edur í reykelsi, " edur í tiöru, edur í lereftum Enskum, þeim er hæf se til kyrkiu búnings, sva sem

" getst

universæ eorum decimæ, qvi minus qvam 100. uncias, seu qvinqve Hundredas, in bonis habuerunt. Pauperum qvartæ solutionis dies peremtorius fuit festum Martini (11. Novembr.), qvi tunc non solvebat, tres marcas pendere tenebatur; Qvi vero ad diem Jovis qvartum post æstatis initium tergiversabatur, sex marcarum reatum sibi contraxit. Idem solutionis terminus, sc. modo nominatus dies Jovis, pro reliqvis qvartis, idemqve reatus, si non solvebantur, constitutus fuit. Qvi jussus jurare noluit, vel in enumeratione & æstimatione bonorum mendacii convictus fuit, 12. marcarum sibi contraxit mulctam (a). Simili modo omnes fundi & arva æstimata fuerunt, ut ex eorum proventu decimæ solverentur.

§. 12.

Qvod Decimarum apud nostrates introductio tam facile & sine omni plebis murmure ac contradictione successerit, cum id alibi locorum sine cæde & seditionibus fieri non potuerit (b), pleriqve veterum adscribunt Gissuri Episcopi virtutibus, qvæ ei inter populares summum honorem & amorem

---

" getst at kaupa med vadmâlum í því heradi. " ɔ: *Jam duæ restant qvartæ, sive dimidium decimarum cujusvis hominis, illæ templo, & qvidem cuivis, qvantum episcopus præceperit, solvuntor, & curatori ejus templi, cui decimæ assignatæ sunt, in manum traduntor. Ille officia a sacerdote ut pacisci poterit, & alias res templo necessarias, prout pecunia suffecerit, redimito. Ita ut episcopus templis decimas dispertiatur, ab omnibus domiciliis decimæ solvuntor, qvaliscunqve incola fuerit. Qvarta decimarum, qva officia redimuntur, in pannis inqvilinis & mercatoriis, pellibus agnorum, auro & argento defæcato, solvatur, altera autem decimarum qvarta cera, materie lignea, thure, pice, linteis Anglicis qvæ ornatui templorum apta sint, & tali pretio, qvali in illa regione coëmi possunt, expendatur.*

(a) Ibidem cap. 29. " Ef hann vill ei vinna eidinn þá er samkvamomenn vilia, þá verdur " hann sekr of þat tólf mörkum, og er þat eidfall, og skal hann sva mikla tíund " giallda sem samkvamomenn telia, og þat giallda er þeir ráda at at kveda. " ɔ: *Si juramentum præstare noluerit, dum ii qvi in conventu sunt præceperint, duodecim ob id marcis multetur, qvod appellatur intermissio juramenti, tantas autem decimas, qvantas qvi in conventu sunt irrogant, & ex eorum præscripto, solvito.*

(b) Qvantas alibi regionum turbas decimarum impositio excitaverit, historiæ docent. In Dania Canuto VI. vita stetit, ut præter alios docet *PONTOPPIDAN Annal. Eccl.* Tom. I. pag. 223. Qvantas in Scania turbas moverit, pag. 455. In Jutia pag. 622. In Norvegia Tom. II. pag. 607. Hinc Regum prudentissimus Magnus Lagabætir, cum

amorem conciliarunt, ut & ejus coætaneorum Sæmundi Sigfussonii sapientiæ & Marci Skeggonis authoritati (a); Horum enim opera & persvasionibus hoc negotium confectum esse unanimiter testantur. Qvibus haud qvaqvam inficias imus; Sed addendum putamus religionis amorem & animorum erga eandem affectum, qvi qvam sit penetrans telum & efficax rerum gerendarum instrumentum, nemo ignorat. Qvomodo autem erga recens introductam religionem animo adfecti fuerint, præter alia indicat plebiscitum ante 40. annos primo factum (b), & denuo Anno 1080. publico

R 3

cum decimas in Norvegia non qvidem introducere, id enim antea factum erat, sed decimationis negotium reformare vellet; si non Islandos imitatus, saltim eodem modo ac hi usus est: Persvasit enim iis, qvod accurata decimarum solutione, decimam regni cœlorum partem mercari possent. Vid. *PONTOPPIDAN* Tom. I. pag. 718.

(a) Vid. *ARII Schedas*, *Hüngurvakam*, *Historiam Christianismi* cap. 12. & *Sturl.* Lib. 3.

(b) De Anno, qvo allatum a nobis plebiscitum factum & in leges relatum fuit, non convenit inter Auctores. Plures id ad annum 1253. referunt, inducti authoritate *Annalium Flateyensium* & *Juris Eccl. Arnæ Episcopi* cap. 9. Sed qvod horum sententiæ subscribere non possim, facit: 1) Licet in qvibusdam exemplaribus *Annal. Flateyens.* occurrat, tamen non in omnibus, unde oritur suspicio a recentiore manu adjectum esse. 2) In qvibusdam & qvidem optimæ notæ exemplaribus *Juris Arnæani* legitur annus 1053. excluso numero ducentario. 3) In pluribus, qvæ videre contigit, ejus exemplaribus annorum numerus in margine tantum notatus est, sed non in ipso textu expressus, qvod indicio est hoc additamentum textu esse recentius. 4) Si historiam temporum evolvamus, difficile erit inventu cujus auspiciis hoc plebiscitum factum esse possit Anno 1253. cum Sigurdus Episcopus Schalholtinus in Norvegia esset, nec Henricus Holanorum Præsul in comitiis præsens, qvi licet adfuissent, tanta non polluerunt auctoritate, ut tale qvid efficere potuissent. Talis etiam fuit, Sturlungorum ætate, animorum adfectus, ut leges divinas nimio minus curarent, qvod ipsos qvandoqve episcopos experientia docuit, præsertim Gudmundum & hunc ipsum Henricum, qvos ex legum divinarum præscripto, ut videri voluerunt, agentes, non modo contemserunt, sed aliqvando etiam captivos duxerunt. Qvidam itaqve ea ad præsens tempus referunt, qvibus facem prætulit Doctissimus *ARNGRIMUS* in *Crymog.* pag. 109. cujus verba supra §. 5. adtulimus & *Comment. de Islandia* fol. 58. ubi hoc modo se exprimit: *Rursus in solenni incolarum conventu 1050. sancitum est, ut lex secularis seu politica, qvarum constitutiones, allatas ex Norvegia, qvidam Ulfliotus, anno 926 Islandis communicarat, ubiqve cederent Juri Canonico seu Divino.* Cui nostrum addere calculum non dubitamus, his præsertim, præter supra allatas, inducti rationibus: 1) Qvod ipsa lex tanti est momenti & qvalitatis, ut vix sanciri potuerit ab aliis, qvam viris simplicibus & pietati deditis, qvi qvale esset legis divinæ, id est qvam grave Romanæ Ecclesiæ jugum, non erant experti, qvod multo melius qvadrat in præsens

qvam

blico voto repetitum, qvod *Jus Civile Juri Divino cedere debeat*, qvod, ut & præſentis negotii cum legibus divinis convenientiam, in hoc rerum ſtatu, viros prudentiſſimos & ſumma auctoritate præditos, ſimplici plebeculæ inculcaſſe, non videtur dubitandum.

§. 13.

Etſi fontes, ſeu libri Theologici hoc temporis tractu conſcripti aut uſurpati, præter fragmenta qvædam librorum liturgicorum, & qvorundam ſanctorum vitas, unde de doctrinæ puritate judicari qveat, nulli exſtent; tantum tamen ex illis, collatis cum *antiqvo jure Eccleſiaſtico*, aliisqve hiſtoriis, liqvet, qvod idololatria, incantamenta, ſuperſtitiones & berſerkorum rabioſus furor, vulgo *Berſerksgángr* (a), ſub exilii pœna prohibita fuerint. Magia autem diabolica, qva qvis proximi vitam, valetudinem aut bona læſerit, morte punienda (b).

§. 14.

Sacramenta ſeptem agnoverunt: Baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Ordinem, Matrimonium, & extremam Unctionem (c).

§. 15.

---

qvam Sturlungorum, tempus. 2) Epiſcopi, Thorlacus circa annum 1180. Arnas, anno 1280. cum laïcis de jure Præbendarum contendentes, hoc plebiſcitum, ut pervetuſtum, allegant, qvod facere non potuerint, ſi anno tandem 1253. paulo ante Arnæ, ſed longe poſt Thorlaci tempora ſancitum fuiſſet. 3) Licet Author *Húngurvakæ* nihil de tali periocha, publice in leges relata, habeat, tamen in vita Giſſuri digito qvaſi intendit tale qvid antea factum fuiſſe, qvod voto publico: renovarint " Enn " allir höfdingiar hetu hönum at hallda hlýdni um öll Guds bodord, ef hönum yrdi " biſkups vígſlu audid. " ɔ: *Omnes autem magnates obedientiam erga ſtatura divina ei promiſerunt, ſi illum in epiſcopum initiari contigerit.* 4) Accedit, qvod pleraqve exemplaria Codicis Arnæani hoc referant ad annum 1053. & *ARNGRIMUS* dicat id oppoſitum fuiſſe conſtitutionibus Ulfliotianis, ſed hæ, ethnicismum ſapientes, ſolenniter reformatæ fuerunt & *Grágáſæ* nomen acceperunt circa annum 1120.

(a) Vid. ſupra Period. 1. cap. 4. §. 4.

(b) Vid. *Jus Eccleſ. Thorlaci & Ketilli* cap. 11.

(c) Multa qvidem magnam antiqvitatis & auctoritatis ſpeciem habentia argumenta, ad probandum & ſtabiliendum ſeptenarium ſacramentorum numerum adferunt Pontificii.

Sed

§. 15.

Baptismus qvoad substantialia recte administrabatur, nec jam ut antea ulla expressa salis adhibiti mentio injicitur, sed consecratio aqvæ baptismalis, qvæ terna crucis super aqva repetitione, pollice facta, cum pronunciatione verborum, *consecro te aqva, in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti*, fieri debuit; qva facta infans cum eorundem verborum, ad ipsum directa iteratione, ita ut totus, si citra vitæ periculum fieri potuit, commaderet, ter in aqvam immergebatur. Tempus baptismi, etsi liberum fuit, placuit tamen multis, extra casum necessitatis, dies saturni seu lotionum, præcipue qvi Pascha & Pentecosten proxime antecedebant. Infantes autem sine eo decedentes, omnino condemnari putabant (a). Hinc si ministri negligentia infans sine baptismo e vita migraverit, exilii pæna plectendus fuit (b). Reliqvi etiam omnes, qvi duodecimum impleverant annum, modum & formulam baptizandi callere debuerunt, qvam institutionem negligentibus aut contemnentibus, exilii pæna imminebat (c). (Prius autem septenni puero, modo *credo in Deum* & *Pater noster* recitare sciret, qvam patri, baptizare licuit.) Ille etiam qvi infantes ad baptismum devehentibus, eqvos, navem, vecturam, aut qvemvis alium necessarium commeatum denegavit, pari modo mulctandus fuit (d).

§. 16.

Sed *Chemnitius* in *Exam. Concilii Trident.* part. 2. pernegat eos, ullius veteris Concilii pro hoc septenario numero proferre posse auctoritatem; cum nusqvam reperiatur, nisi in Constitutionibus Concilii Florentini, qvod nuperum esse indigitat. Idqve verum est, nam Concilium Florentinum I. habitum fuit anno 1055. II. vero anno 1105. Origo erroris inde fluxit, qvod Patres qvodcunqve mysterium, imo etiam qvodcunqve rei sacræ signum, *Sacramentum* vocabant.

(a) Vid. *Olafs Saga Helga* cap. 102. de Sighvato filium Regis ipso inscio baptizari curante & *OLAVII Synt. de Baptismo* pag. 80. 140.

(b) Vid. *Jus Ecclesiast. Ant.* citat. in *OLAVII Synt. de Bapt.* pag. 10.

(c) Vid. *Jus Eccles. Antiqv.* " Því at eins skal fader skírn veita barni ef æi er annar til. " ɔ: *Ea tantum conditione pater infantem suum baptizato, si nemo alius præsto sit.* Et paulo post: " Sveinn siö vetra skal skíra barn, því at eins ýngri madr ef hann kann " credo oc pater noster. Skíra skal kona-barn ef æi er karlmadr nær. " ɔ: *Puer septennis infantem baptizato, eo tantum pacto natu minor infantem baptizet, si credo & pater noster memoriter tenuerit. Fæmina, si vir nullus adfuerit, infantem baptizato.*

(d) Vid. *Juris Eccl. Ant.* cap. 2. Constitutio de baptismo, non nisi Paschate & Pentecoste,

citra

§. 16.

Confirmationis Sacramentum cum ipſa chriſtiana religione in Islandiam fuit introductum, qvod a nemine niſi Epiſcopo conferri potuit; materia fuit oleum balſamo commiſtum, *chriſma* communiter nominatum. Hoc recens debuit eſſe, id eſt ſingulis annis certo die ab epiſcopo, certis exorcizandi & benedicendi formulis conſecratum. Forma autem conſiſtebat in illitu chriſmatis conſecrati, qvi non in ipſo baptiſmo, ſed poſtea in peculiari ſacramento fiebat, pollice epiſcopi, in fronte hominis, per modum ſeu figuram crucis, cum pronunciatione verborum: *Signo te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, additis etiam conceptis verbis aliis precatiunculis. Deinde Epiſcopus primo pollice confirmati faciem verberat, & mox tota manu alapam ei infert, dicens: *Pax tecum;* & ſuſceptoribus eum commendat. Frons vero confirmati ungvento delibuta, ne recens unctio defluat, & deleatur, panno albo, ſeptimo tandem die deponendo circumcingitur.

§. 17.

Sacra cæna, qvoad ſubſtantialia pie & recte adminiſtrabatur, niſi qvod ſub finem hujus Periodi, laici calicis uſu privari cæpiſſe videntur (a).

§. 18.

---

citra neceſſitatem peragendo, in Epiſtola decretali Leonis, data eſt 459. qvam conſvetudinem *BARONIUS* ad hunc annum antiqvam vocat.

(a) Anno 1213. Innocentius 3. in Laterano generale concilium celebravit, in qvo tranſſubſtantiationis dogma, publice ſtabilitum fuit, cum jam pridem ubiqve fere obtineret, qvod excipiebat communio ſub unica; *CAVEUS* tamen hoc ad 1215. refert nullam transſubſtantiationis mentionem faciens. Qvando autem Communio ſub una in Islandia cœperit, non facile dictu eſt, veriſimile tamen videtur id non ſimul & ſemel, ſed ſucceſſive factum eſſe. Nam *Sturlunga* lib. 4. cap. 17. dicit Rafnum Sveinbiörnonis ſub mortem tantum Corpus Domini accepiſſe, qvod factum circa annum 1222. Sed lib. 7. cap. 57. refert, Sæmundum & Gudmundum Ormi filios, accepiſſe corpus & ſangvinem Domini, qvod factum anno 1252. Cauſæ ob qvas Concilia & Papa laïcis calicem ſubtraxerunt, exhibet tractatus *JOH. GERSONIS*, rogatu Patrum in Concilio Conſtantienſi conſcriptus, qvæ in compendium contractæ legi poſſunt, in *CHEMNITII Exam. Conc. Trid.* part. 2.

§. 18.

Ad *pœnitentiam* tria reqvirebantur: Contritio cordis, confeſſio oris, & ſatisfactio operis; qvæ duplex erat, conſiſtens in mulcta pecuniaria, & pœna corporali. Exceptis cauſarum impendiis, & perjurio in cauſis injuſtæ decimationis, ubi 12. marcarum reatus occurrit, mulcta pecuniaria in antiqviſſimis legibus eccleſiaſticis gravior qvam trium marcarum ſolutio, non invenitur, qvæ ſi non ſolvebatur, exilium imminebat (a). Sed mulcta, ſive ſatisfactio corporalis, conſiſtebat aut in exilio, qvod vocabant *Fiörbaugsgard*, aut in ipſius vitæ diſpendio, qvod vocabant *Skóggáng* (b). Sed procedente tempore, & ſub finem hujus Periodi, eorum

(a) Exilii comminatio & ſeqventes loqvendi modi: " Verdr hann útlægr um þat þrem " mörkum. " Item: " vardar hönum þriggia marka útlegd, " duodecies in *Antiqvo Jure Eccleſiaſtico* ocrurrunt. Id eſt: *Reus ſit trium marcarum, qvas aut ſolvat aut exulet.*

(b) *Fiör-baugs-gardr* fuit exilium limitatum, ad certa loca & limitationes reſtrictum, ſeu reatus & poena, non tam capitis & vitæ, qvam diſpendium libertatis, honoris & fortunarum. Hinc magnates omnia potius miſcere, & ditiores ingentem erogare pecuniam maluerunt, qvam hac ignominia notari. Mulcta autem pecuniaria, qvæ huic reatui conjuncta fuit, non erat tanta, ut eandem multum curarent. Nam præter reſtitutionem damni læſo debitam, conſtitit in erogatione unius mercium marcæ, Prætori ſolvendæ, qvæ " Fiörbaugr " *vitæ munimentum* aut *redemtio*, unica autem ejus uncia " Adalfeſtr " *arrha*, vocata fuit. Vide *ARNESENS* Islandske Rettergang cap. 15. Qvibus qvidam addi debere putant 6. marcas publico ſolvendas, exemplum aut documentum ſe in *Sturlunga* Lib. 2. cap. 29. habere autumantes: " Hann " ſtefndi Þórhalli um þat, hann hefdi leynt fiórdúngi fiár ſíns og giört ei tíund af. " Annari ſtefnu ſtefndi hann um þad, hann hefdi tvo pundara, og væri bádir rángir, " hefdi hann keypt á hinn meira, enn ſellt á hinn minna, og let varda fiör-baugs- " gard. Hann ſtefndi og um þat hann hefdi alin ránga, og let vera ſex merkur " jafnan. " ɔ: *Thorhallum in jus vocavit, qvod qvartam ſuorum bonorum partem celarit, nec decimas inde ſolverit. Alteram ei dicam ſcripſit, qvod duas ſtateras, utramqve falſam haberet, majore emenda, minore vendenda trutinaverit, qvam cauſam exilii minoris conſtare aſſeruit. Illum etiam in jus vocavit, qvod falſa uteretur ulna, & qvamvis harum cauſarum ſex marcarum conſtare urgebat.* Sed qvaliscunqve hujus loci ſenſus eſt, nihil nobis officit. Id ſaltem certum eſt, qvod hoc modo reus libertati & æſtimationi reſtitui non potuerit, licet mulctam pecuniariam promte & perfecte ſolverit, niſi etiam exilii pœnam & ignominiam ex indicto plane ſubiret. Conf. exemplum Gunnari de Hlidarenda in *Niala* cap. 58. qvi ingentem pecuniæ ſummam

summam numeravit, sed in exilium ire noluit, & Sölmundi cujusdam in *Liosvetninga Saga* cap. 2. qvi loco triennii biennium in exilio mansit, qvorum utriqve hæc caussa capite stetit.

De etymo vocis *fiör-baugs-gardr* scripserunt: Consultissimus Helsingörensis Consul *BUSSÆUS* in Glossario cum *Schedis Arii* impresso, & nostratium suæ ætatis Doctissimi, Mag. *JONAS ARNÆUS*, Schalholtensis Episcopus, ut & *EJULFUS JONÆ*, Pastor Vallensis, qvorum commentationes, ingenio & eruditione plenas, in compendio exhibet patriæ nostræ decus, nobisqve amicissimus, *JOH. ERICI*, Illust. Acad. Soröens. Professor meritissimus, in eruditissimis ad *ARNESENS* **Islandske Rettergang** notis pag. 629. 632. Qvi licet neutri suum addat calculum, posteriorem tamen non minus placere innuit. Nos autem, etsi nihil magni momenti habeamus, qvod illis opponamus, neutri tamen penitus nomen dare possumus, cum planior, propior, & indolem causæ apprime exponens in promtu sit vocis compositio, a tribus in communi loqvela usitatissimis voculis, idqve ab earum primaria notione. Sc. (α) a " fiör, " *vita*, in casu secundo " fiörs, " vel " fiörsins, " ut in trito Adagio: " frekr er hver til fiörsins, " qvod qvoad sensum cum Ciceroniano illo convenit: *honesta qvævis ratio est expediendæ salutis.* In casu tertio " fiöri " vel " fiörvi " *Niala* cap. 65. " fyrra er fe fiörvi, " ɔ: *pecunia vitæ seqvior. Sturlunga* Lib. 9. cap. 28. " þá mun hvarki óhætt fe ne fiörvi: ɔ: *Tunc nec pecunia nec vita extra periculum erunt.* Unde, ut qvibusdam placet, antiqva in *Jure Ecclesiast. Vicensium* vox " fiörve. " Vid. supra Per. I. cap. 9. p. 71. (β) " Baugr, " *annulus, circulus, gyrus*; figurate mulcta pecuniaria, cum illæ antiqvitus annulis solutæ fuerint. Hinc " födrbaugr, bródrbaugr, bóndabaugr, " *Mulcta pro nece* aut injuria *patri, fratri, colono illata*, & tandem in voce " fiörbaugr " *redemtio* sive *primitiæ redemtionis.* (γ) " Gardr, " *sepimentum, maceries*, improprie *villa, domicilium.* Est itaqve " fiörbaugsgardr " vi vocis, *vitæ circularis sepes*, aut *circulare sepimentum vitam cingens.*

Cum autem fana sepimentis, & fora circulo vel prænotato gyro circumdata essent, qvæ magna sanctitate & jure asyli gaudebant, in qvibus omnibus bonis & innocuis tute agere & versari licuit, talia proprie & primario vocata fuerunt " fiörbaugs-gardr: " & contra hominibus neqvam & improbis, qvi publicam fregerant pacem, eadem intrare aut attingere non licitum erat. Secundario, & per antiphrasin eorum reatus vocabatur etiam " fiörbaugs-gardr, " & hoc modo reus, sive per ironiam, sive ab ignominia, qvod sancta loca adire ipsi nefas esset, vocatus fuit " fiörbaugsmadr. " Qvæ ne gratis adferere videamur, singula antiqvitatum testimoniis probabimus:

1) Fana & templa sepimentis circumdata fuisse docent: *Olai Trygg. Vita* Part. I. cap. 114. pag. 127. de delubro Haconis Comitis, " verdr riódur fyri þeim, stendr þar hús og skídgardr um. " ɔ: *Locum arboribus denudatum offendunt, ibi domus sepimento ligneo circumdata erat. Olai Crassi Vita* cap. 117. de Idolo Biarmorum: " Þeir kómu fram í riódr eitt mikit oc í riódrinu skídgardr hár oc mikill, hurd fyrir og læst. " ɔ: *In locum spatiosum, arboribus denudatum progrediuntur, qvo in loco magnum erat sepimentum ligneum & altum, janua munitum & sera. Bua*

Saga

Saga cap. 4. pag. 7. " Búi sá at gardrinn var opinn oc sva hofit. " ɔ: *Buius tam sepimentum, qvam fanum, aperta esse animadvertit. Droplaugarsona Saga*, cap. 26. de fano Bessi Sapientis: " Þeir gengu um hverfis virkit oc var þat krínglótt, þeir " finna hurd á virkino oc var þar læst hurd fyrir oc búit um vandliga. " ɔ: *Munimentum circumambulant & rotundum esse deprehendunt, januam in munimento reperiunt, qvæ sera clausa & exqvisite adaptata fuit.*

2) Fora judiciaria prænotatis gyris a reliqva área segregata fuisse, patet ex *Hænsna-Þóris Saga* cap. 11. " Var þá mællt, at Oddr mundi tiallda í brecku vid " þínghelgi. " ɔ: *Rumor erat, Oddum in declivitate prope locum fori sanctum tentorium suum fixurum fore.* Conf. *Liosvetninga Saga* c. 25. " Þórvardr tialdadi ágæt " herbergi vid þínghelgi til vægdar vid Eyólf. " ɔ: *Thorvardus eximia diversoria tentoriis adornavit juxta locum fori sanctum, ut Eyulfo* (hoc modo) *cederet.*

3) Qvod hæc fororum & fanorum sepimenta vocata fuerint *fiörbaugs-gardr* testantur: De foris *Vígaglúms Saga* cap. 24. " Glúmr komst ei til at tiallda nær " enn í fiörbaugs-gardi. " ɔ: *Glumus non propius tentorium figere potuit, qvam in fiörbaugsgardo*, sive in finibus sacræ & profanæ areæ, seu supra prænotatum illum gyrum aut signum circulare, qvod forum cingebat, ut ex natura causæ & connexu historiæ, qvæ hic narratur, liqvet. Nam authoris propositum est his verbis exprimere ignominiam, qva Glumus affectus fuit, qvæ nulla fuisset, si intra *fiörbaugs-gard* & in *þínghelgi*, sive sancto fori loco tendere licuisset. Paulo itaqve propius qvam Oddus & Thorvardus tentorium fixit, licet eorum causæ persimiles fuerint: Omnes enim magnorum criminum & homicidiorum accusabantur, etsi nondum convicti & judicati essent. Et de fanis: *Flóamanna Saga* cap. 9. al. 10. " Þat var eitt sinn " at menn kómu í fiörbaugs-gard til hofs. " ɔ: *In fiörbaugsgardum fani perventum est.* Qvod ne qvid dissimulem, qvædam exemplaria ita habent: " Menn komu " yfir baugsgard til Jóns. " *Super sepimentum circulare ventum est ad Johannem.* Qvæ lectio, ut novitatem sapiens, (nam nomen *Jón* hoc tempore circa annum 950. Islandis non fuit usitatum) & haud obscuram redolens corruptionem " yfir baugsgard " pro " í fiörbaugs-gard " & " Jóns " pro " hofs, " nobis non probatur. Qvidam autem pro " til Jóns " legunt " til lóns " ɔ: *ad paludem*, qvod licet paulo aptius videatur, haud tamen primæ lectioni æqviparandum est.

4) Qvod hæc loca insigni sanctitate & jure asyli gavisa fuerint, liqvet. De fanis ex *Egla* cap. 34. " Þar vóru allir vopn lausir inni, því þar var hofshelgi " mikil ɔ: *Omnes ibi intus erant inermes, magna enim erat fani sanctitas*, & alibi passim. De foris *Eyrbyggia:* cap. 5. " Þar á nesinu, sem þeir höfdu á land komit, " let hann hafa dóma alla og herads þíng: þar var so mikil helgi, at hann vildi " med engu móti láta saurga völlinn med öfundar blódi, og eigi vildi hann láta þar " á alreka gánga. " ɔ: *In lingula terræ, in qvam ascenderant, judicia omnia & forum provinciale haberi curavit. Tanta ibi erat sanctitas, ut campum nullo modo sangvine violenter effuso profanari, aut eo ad alvum exonerandum aliqvem secedere voluerit.*

5) Qvod hoc modo reis & gravium (seu *fiörbaugs*) criminum insimulatis non licuerit

licuerit hæc loca sacra adire, probant: De Fanis *Egla* cap. 34. " Eyvindr vard burt " at fara, því hann hafdi vegit í hofsgridum, og var vargr ordinn, vard hann því í " burt at fara. " ɔ: *Eyvindus inde demigrandi necesse habuit, cædem enim intra fani locum sanctum commiserat, qvare discedere cogebatur. Vigaglúms Saga* cap. 19. pag. 218. " Hann (Vígfús) var þá fiörbaugsmadr og mátti eigi þar heima vera fyrer " helgi stadarens. " ɔ: *Vigfusus tunc exilii minoris reus erat, unde in ipso prædio propter loci sanctitatem manere illi non erat licitum.* Ibidem enim Freyi delubrum situm fuit, vide cap. 9. p. 199. De Foris: *Helgon. Droplaug. vita* cap. 28. " Þeir " fóru um allt heradid til allra þinga oc mannfunda, so sem Helgi væri ósekr. " ɔ: *Per totum territorium ad omnia fora & conventus, ac si Helgo insons esset, ibant.* Et *Thorgilsis Orrabeinii Vita*: " Kolr var skógarmadr, Þorgils reid sem ádur um " allt herad oc Kolr med hönum at sækia manna mót, oc vard óþocki mikill í milli " manna. " ɔ: *Kolus erat exilii majoris reus; Thorgils autem per totam provinciam & cum eo Kolus ut antea eqvitavit, & conventus freqventavit, unde multorum indignatio exorta est.* Ubi Helgonis & Thorgillis temeritas haud obscure taxatur. Conf. exempla allata sub No. 2.

6) Et tandem, qvod talibus nullis honestis licuerit conventibus interesse, ex allatis patet. Qvod autem exclusio ab his locis, seu reatus, vocatus fuerit *fiörbaugs-gardr*, & reus *fiörbaugsmadr*, clarius est, qvam qvod probatione indigeat.

Id tantum non omittendum, non insolitum fuisse unam vocem duos diversos significatus habere. Nam ut " fiörbaugs-gardr " notat & *sepimentum fanorum* & *reatum*, sic alia haud pauca; ut " fóstri " notat nunc *nutricium*, ut in *Schedis ARII*, " Hallr " vel " Teitr, fóstri minn, " nunc *alumnum*, ut " Adalsteins fóstri, " Orrabeins fóstri, Torfa fóstri. " " At gista, " *hospitio excipi* & *excipere*, fere ut Latinum hospes notat *herum* & *advenam*; " At vefengia " *afferere, concludere*: *Grágás* í Þíngsk. Þætti: " Eg mun þat vefengia er ec hygg lög vera. " ɔ: *Qvod legitimum censeo, afferam*. Alias autem " at vefengia málit, vitnin &c. " est *confundere, annihilatum ire*.

Ex dictis autem liqvido constat: 1) Fana sepimentis, & fora gyro aut circulo circumdata fuisse, qvæ *fiörbaugsgardr* vocata fuerunt. 2) *Þinghelgi* & *fiörbaugsgard*, certo respectu, unum idemqve significare. 3) Intra talia sepimenta aut fines, qvæ *fiörbaugsgardr* & *þinghelgi* vocabantur, reis & graviorum caussarum insimulatis manere non licuisse, nisi tantum dicendæ ergo caussæ, ut ex Oddi, Glumi & Thorvardi exemplis patet, id enim omnibus illis concessum fuit. Hinc de Oddo dicitur: " Enn " gánga at dómum oc naudsynium sínum og fara med sig spakliga. " ɔ: *Sed judicia & res suas necessarias curare, & se pacate gerere.* De Glumo: " Vóru þá " Glúmi ord send, at færa fram lögvörn í málinu. " ɔ: *Tunc Glumo nuncius missus, defensionem causæ proferret.* Sed de Thorvardo: " Sídan gánga þeir at dóm- " um med lidi sínu. " ɔ: *Postea judicium cum suo comitatu adeunt.* 4) Qvod vox *fiörbaugsgardr* primario notaverit hæc sepimenta, secundario autem & metonymice ejus pœnam, cui loca sacra & honestos civium conventus adire non licuit.

Qvod autem nec vox *fiörbaugsgardr*, nec qvam denotat pœna, cum gentilismo eliminata sit, sed post introductionem religionis christianæ loco excommunicationis minoris usurpata fuerit, mox probatum dabimus:

1) Qvod

1) Qvod *fiörbaugsgardr*, tanqvam minor excommunicatio, graviorum qvidem, non autem gravissimorum delictorum pœnæ competens, in usu fuerit, patet ex *Jure Eccles. Thorlaco-Ketilliano*, in qvo, qvando sermo est de peccatis contra scita & statuta ecclesiæ, hic loqvendi modus: " Varþar þat fiörbaugsgard, " septies supra vicies adhibetur.

2) Qvod taliter reis templa intrare non licuerit, multis probari potest; inter alia ex *Sturlunga* Lib. 3. cap. 25. Hácon (fiörbaugsmadr, vid. cap. 24.) inqvit: " Ei " á eg kyrkiugengt. " ɔ: *Templum intrare mihi non licet.* Et Lib. 4. cap. 20. " Gudmundr var í kyrkio-skoti, því hann átti eigi kyrkiogengt. " ɔ: *Gudmundus in angulo templi se continuit; non enim ei licitum erat templum intrare.*

3) Qvod in foris & judiciis versari illicitum ipsis fuerit, testatur eadem *Sturlunga* Lib. 1. cap. 19. " Hallr eggiadi at rída á móti þeim oc kvad slikt mikla lög-" leysu, at sekir menn skylldu rída á helgat þíng. " ɔ: *Hallus cos ad eqvitandum in illorum occursum instigabat, gravem enim legis violationem dictitabat, reos ad forum sanctum promulgatum, eqvitare.* Qvod Haflidus Mauri in colloqvio cum Thorlaco Episcopo repetiit, non contradicente Episcopo. cap. eod.

4) Qvod honestis conviviis & conventibus interesse prohibitum fuerit, probatur ex *Sturlunga* Lib. 1. cap. 13. Ubi Thordus Vatusfiördensis Olaum Hildidam, *fiörbaugsmann*, convivio ea de caussa interesse noluit. Ex eodem etiam principio Brandus Jonæ, tunc Abbas, sed postea Episcopus, cum sobrino suo Oddo Thorarini, non tantum non convivari, sed ne qvidem colloqvi, voluisse videtur. *Sturlunga* Lib. 9. cap. 12.

" Skóg-gángr, " (a skógr, *sylva* & gángr *gressus*,) *exilium, proscriptio*, & " skóggángsmadr, " *exul proscriptus*, cui aqva & igne interdictum fuit, nec usqvam nisi in sylvis & locis desertis vivere licuit. In antiqvis Legibus & Historiis ejus status ita describitur: " sekr skógarmadr, óalandi, óferiandi, órádandi öllum biargrád-" um. " Id est: *Proscriptus & capitis reus, cui vitæ sustentatio, transitus per flumina & maria, omne auxilium, omneqve salutare consilium denegari debet.* Hi cum plerumqve essent fures & homicidæ, publicoqve nocentissimi, legibus cautum fuit & concessum, ut si qvis proscriptus tres tales occideret, ipse hoc modo in securitatem semet vindicaret. Ut autem *fiörbaugsgard* loco minoris excommunicationis; ita & *skóggáng* loco majoris usurpatum fuisse constat ex *Jure Eccles.* & permultis *Sturlungæ* locis. *Jus Eccles. Thorlaco-Ketillianum* cap. 8. minitatur receptori Pastoris, a templo & grege commisso profugi, *skóg-gáng*: " Ef Prestr fyrr kyrkio þá er hann er " tilvígdr edur tillærdr, edur firrist hann sva at hann veitir æi tídir at kyrkio, sem " mællt er, og vardar þeim manri skóggáng er vid hönum tekr. " ɔ: *Si pastor a templo, ad qvod ordinatus vel instructus fuit, aufugerit, vel inde ita abfuerit, ut officia in templo ex præscripto non peragat, ejus receptor exilii majoris reus esto.* Et cap. 11. incantatoribus & manifeste impiis: " Ef madr ferr med fordædaskap og vard-" ar þat skóggáng. " ɔ: *Si qvis magiam exercuerit, proscriptionis reus esto.* Sed cap.

rum loco excommunicationes, tam major qvam minor, introduci cœperunt (a).

§. 19.

Disciplina ecclesiastica, primis temporibus modeste exercebatur; nam excommunicationis & pœnarum condignarum, in antiqvissimis monumentis, perraro & fere nunqvam mentio injicitur. Sed postqvam Eysteinus Archiepiscopus Cathedram Nidrosiensem, & Thorlacus Thorhalli filius Skalholtensem ascenderunt, durius ea exerceri cœpit. Eysteini enim jussu

---

cap. 2. sepultura eis in cœmeteriis denegatur: " Þriú ero lík þau er æi skal at " kyrkio-grafa: þat er eitt lík ef madr ándast óskírdr. annat er skógarmanns lík " þeſſ er óoll er og óferiandi. Þat skal ok æi grafa at kyrkio, nema sá biskup lofi er " yfir þeim fiórdúngi er. Enn ef biskop lofar, oc skal þá til kyrkio færa. " ɔ: *Tria sunt funera ad templum non sepelienda; Primum funus est, si qvis non baptizatus decesserit; alterum est proscripti, cui nec alimenta nec vecturam præstare licitum est, qvod* (funus) *sine Episcopi, qvi qvartæ illi præest, permissu ad templum sepeliendum non est. Qvod si Episcopus permiserit, ad templum deportetur.* Qvæ nostram thesin abunde probant. Minime tamen negamus, ipsas excommunicationes, vergente hac Periodo in diœcesi Schalholtina circa annum 1180. a Thorlaco Thorhalli, & in Holana post annum 1200. a Gudmundo Arii freqventius usurpari cœpisse, qvorum uterqve priorem consvetudinem parvi fecit; id vero magni inter ipsos & laïcos dissidii causa extitit, ut ex eorum actis constat. Hinc recte qvidem, & pro more solito docte, scripsit *EYOLFUS JONÆ*, Minister qvondam Ecclesiæ Vallensis meritissimus, & Islandicarum Antiqvitatum peritissimus, adserens, majores nostros statim post introductam religionem christianam voces & actus gentilium, ex qvorum usu scandalum timeri potuit, penitus eliminasse; Qvalia sunt: *Goþi*, qvando notat sacerdotem gentilem; *Hof*, delubrum; *stalli*, altare; *hlaut*, chrisma ex sangvine oblationum; *at ausa börn vatni*, aqva infantes lustrare, *blót*, sacrificium, & id genus alia. Sed qvando his adnumerat *fiörbaugsgard* & *skóggáng*, & actus sub gentilismo juridicos, certe bonus ille Homerus nobis dormitare videtur, qvod salvo honore viri apprime literati & de antiqva Philologia optime meriti, dictum esse volumus.

(a) Notandum, qvod *Jus Canonicum Thorlaci & Ketilli*, Anno 1123. conscriptum, ne minimam qvidem mulctam Episcopis deberi dictitet, præter eam, qvam decimarum retentores & immorigeri clerici solvere debebant, in qvibus, ut parti læsæ, satisfactio illis debebatur. Ideo ab omni avaritiæ labe puri erant hi Antistites & legum conditores; Sed mulctæ omnes aut læso, aut actori cedebant. Nullæ hic excommunicationes ecclesiasticæ, præter eas, qvæ *fiörbaugsgardr* & *skóggángr* dicebantur. Nec in Historiis hujus temporis, seu ante Annum 1180. ejusdem crebra fit mentio. Nominatur qvidem in *Sturlunga* circa annum 1121. sed vis intra minas stetit.

juſſu & inſtinctu Thorlacus excommunicationem in Islandiam introduxit, & rigidius exercere cœpit (a). Hujus veſtigiis ſucceſſores inſtiterunt, adeo ut non tantum mulctas pecuniarias, ut antea, ſed etiam pœnas competentes ſeu pœnitentias condignas (noſtra lingva *ſkrifter*) (b) peccantibus irrogare cœptum ſit; qvæ ſi non ad ungvem explerentur, aut epiſcoporum dictatis perfecta non præſtaretur obedientia, excommunicatio ſeqvebatur. Qvam graves & fere intolerandas peccantibus pœnitentias præſcripſerint, uno tantum exemplo, ſpeciminis loco, ex antiqvitate allato demonſtrabimus.

§. 20.

Graviſſima peccata decennii aut novennii expianda erant pœnitentia, qvæ talis fuit: 1) Qvovis anno tres carinæ (c), prima ante Feſtum Joh.

(a) Patet hoc ex epiſtolis Eyſteini ad Epiſcopos Islandiæ, infra Sect. 2. c. 3. §. 4. inferendis.

(b) De hujus vocis origine, ſignificatione & uſu in Scriptis Eccleſiaſticis, ut & de libris pœnitentialibus ſolide & erudite more ſuo differit Perilluſtr. qvondam Havniæ Acad. decus *JOH. GRAMMIUS* in *Diatribæ de voce Skrift & Skriftemaal*, qvæ in Actis Societ. Havn. 1745. Tom. 2. occurrit.

(c) De Etymo vocis *Carrenæ*, *Qarrinæ* vel *Carinæ* non unum omnes ſentiunt. Sunt qvi volunt eſſe Germanicæ originis ut Karwoche ſeu Karfreytag. Alii a voce latina *carentia* ſeu *carendo* ducunt. Deniqve etiam nonnulli a Gallico *Qvarante* ſeu Qvadragena, puta 40. dierum numero, qvod ex Pœnitentiali Romano Tit. 1. cap. 34. confirmare nituntur, ubi de homicidiis legas: *Ita faciendum eſt tibi, ut pro Pſalmiſtæ qvadraginta dies in pane & aqva, qvod tevtonice Carina vocatur, cum ſeptem ſeqventibus annis pœniteas.* Conf. *GERH. JOH. VOSSII de Vitiis Lat. Serm. CAROL. Du FRESNE* in *Gloſſario* & alios. Eſt autem *Carina* jejunium qvadraginta dierum in pane & aqva, cum abſtinentia a templo & converſatione hominum. Apud nos etiam locus, in qvo jejunantes includebantur, *Carina* vocatus fuit. Hinc locelli in lapideo pariete ſeu muro, qvi templum Cathedrale Holenſe ex qvadam parte cingebat, *Carinæ* dicti fuerunt, qvod hoc modo jejunantes talibus includebantur. Carinarum mentio qvidem fit in *Sturlunga* Lib. 8. cap. 10. " Marteinn var því ſídur íferdum, at hann " var í ſkriftum oc kárínum. " ɔ: *Martinus eo minus itineribus vacabat, qvod pœnitentiis & carinis detinebatur.* Id eſt, ut ex contextu patet, Reikholti, apud Thorgilſum Bodvari fuit, ibiqve, pro commiſſo homicidio, ex præſcripto Pœnitentiarii, pœnitentias egit. Et de alio qvodam dicitur: " Hann faſtadi kárínu. " ɔ: *Carina jejunavit.* Sed reos carceribus includere, flagellare & inhumaniter tractare, inferioribus ſeculis inolevit, cum epiſcoporum deſpotiſmus & crudelitas ad ſummum apicem adſcenderat.

Joh. Baptiſtæ, ſecunda ante Feſtum Sancti Michaëlis, tertia autem ante Feſtum Nativitatis Domini, ſuſtinendæ erant. 2) Per Qvadrageſimam & ante Feſtum Natalitiorum Domini, qvotidie in genua centies procumbendum, totiesqve *Pater noſter* recitanda, ſimili omnibus ſtatis jejuniis, & qvavis vigilia, geniculatione Oratio Dominica legi debuit. 3) Qvavis feria ſexta & tempore qvadrageſimali, qvotidie ad minimum qvinqve, graviorum ictuum flagellatio ſuſtinenda erat, tandemqve ab omni molliore, tam diurno qvam nocturno veſtitu, & per triennium ab acceptione corporis Domini abſtinere debebant.

§. 21.

Pro minoribus delictis, minores pœnitentiæ, tam ratione durationis, qvam graduum, prout peccati gravitas, peccantis ſtatus aut conditio, aliæqve circumſtantiæ exigere videbantur, agendæ erant. Nunc enim octo, ſeptem, ſex, nunc etiam trium annorum pœnitentia injungebatur (a). Qvi autem aut durius, qvam pro meritis, ſecum agi putabant, aut graviſſimis pœnis & jejuniis ferendo non erant, eminentioris magiſtratus ſeu perſonæ eccleſiaſticæ, aut miſericordiam implorabant, aut indulgentias emendo, pœnas condignas declinarunt; qvi mos, nempe indulgentias pecunia redimere, hoc tempore introductus, ſeqvioribus ſeculis uſitatiſſimus fuit.

§. 22.

Supremus ſeu ultimus diſciplinæ eccleſiaſticæ gradus fuit *Excommunicatio*, qva ſontes, qvi peccatum aut negabant, aut admoniti a peccato non deſiſtebant, aut tandem pœnitentias præſcriptas non peragebant, vel omnino detrectabant, non tantum a conſortio eccleſiæ & beneficiis ſpiri-

(a) Permulta ſane tam ex *Libro Pœnitentiali Thorlaci Epiſcopi*, qvi qvales qvantasqve ille & forte alii epiſcopi, ob qvodvis peccatum ſoliti fuerint præſcribere pœnitentias, & qvid qvævis ſacra cantilena, qvævis actio ſacra, denotet, luculenter enarrat, qvam ex aliis hiſtoriis & documentis de pœnitentia ob inceſtum, adulterium, ſcortationes, furtum, mendacia, homicidium, perſonarum, locorum, & temporum ſacrorum violationes, imo etiam de ſempiterna pœnitentia, congerere poſſemus, ſi cuidam uſui eſſe viderentur; ſed cum hæc ad indicandum vigorem diſciplinæ eccleſiaſticæ apud majores noſtros ſufficere videantur, tali labore libenter ſuperſedemus.

ſpiritualibus, ſed etiam fere ab omni hominum converſatione arcebantur. Hæc fuit duplex, minor & major. *Minor* conſiſtebat in ejectione ab Eccleſia, qva qvis templum intrare, miſſam audire, & corpus Domini accipere prohibebatur (a). Hoc ut plurimum per literas aut bullam fiebat, talibusqve certum tempus ſæpius præſcriptum fuiſſe videtur, intra qvod reſipiſcerent, qvod ni fieret, major omnino exſpectanda erat.

§. 23.

Major excommunicatio vulgo *Bann*, erat, qva ſons non tantum a ſpiritualibus beneficiis & privilegiis eccleſiæ excluſus, iisqve indignus declarabatur, ſed etiam aqva & igne interdicebatur, omnesqve ei communicantes pari pœnæ ſubjiciebantur. Hæc ſæpius die feſto inter ſacrorum celebrationem, ipſius Epiſcopi, veſtes ſacras ſeu pontificales induti, ore & opera, adſtipulante clero & præſente populo, ſonantibus etiam campanis, & accenſis candelis, qvæ horrendis imprecationibus, in vaſculum liqvore aliqvo plenum projiciebantur, ſuffocandæ & abſorbendæ, aliisqve multis, & operoſis cæremoniis fiebat, ubi tandem reus, ſi præſens adeſſet,

---

(a) Excommunicatio minor, noſtra lingva *forbod* dicebatur, id eſt prohibitio ſeu interdictum; hinc ſi tales templum inter celebrationem ſacrorum intrarent, aut vi ejiciebantur, aut ſi id fieri non poſſet, evangelium & ſynaxis omittebantur, qvod vocarunt *ad láta meſſuna falla*, id eſt, miſſam mutilare, ſeu a miſſando deſiſtere.

Forma autem excommunicationis minoris talis fuit:

Primo enumerabantur cauſæ excommunicationis, qvæ plerumqve hyperbolice exaggerabantur, qvas enumeratas ſeqvebatur: *Ob has itaqve enuncintas cauſas, dictum* N. *ab eccleſia & omnibus ejus ſanctitatibus excludimus, & omnibus rebus ſacris & chriſtianorum omnium conſortio ipſum indignum eſſe pronunciamus, probibentes, neqvis, ſive ſit Clericus, ſive Laïcus, eum domo recipiat, aut in minima qvadam re adjuvet. Mandamus autem, ut eundem* N. *omnes & ſinguli vitent, & non ſecus ac iram Dei & inferni cruciatus averſentur, uſqve dum reſipuerit, qvod ſi intra* præſtitutum *tempus* (qvod diſpar fuit) *non fecerit, & in ſuſcepta malitia & contumacia perduraverit, ipſum ſonantibus campanis & exſtinctis candelis, intra ſanctum templum, adſtipulante Clero, ex legum eccleſiaſticarum præſcripto ſolenniter diris devoturi ſumus. Præcipimus autem Clerico noſtro* N. *has noſtras literas per univerſam toparchiam* N. *ſub inobedientiæ & excommunicationis pœna, tam clare & diſtincte legere, ut a qvovis audiri qveant, neqvis poſtea ignorantiam obtendere poſſit* &c.

ſet, juſſu Epiſcopi, ſed ope miniſtrorum, perinde ac Adamus ex Paradiſo, ex templo ejectus, Carinæ (a) usqve qvo reſipiſceret, & pænas condignas exſolveret, aut indulgentiam redimeret, includebatur.

§. 24.

(a) Hic actus vocatus fuit proprie & κατ' ἐξοχὴν *bann*, *bannſaungr*, *bannſetning*, *bannfæring* & de eo dicebatur: „ At bannſetia med hríngdum kluckum oc ſteyptum kertum. „ ɔ: *Pulſatis campanis & ſuffocatis candelis* ſolenniter *excommunicare*. Hæc ut plurimum in templis & qvidem Latine fieri ſolebant. Sed ad minimum cantum & execrationes, qvæ verbo tantum perficiebantur, extra templum & Islandice fieri potuiſſe docet Sigurdus Epiſcopus Anno 1242. *Sturlunga* Lib. 6. cap. 35. „ I þeſſu kom ad Sigurdr biſkup oc klerkar hanns, hann var ſkrýddr, hafdi mítur á höfdi oc bagal í hendi, enn bók oc kerti í annarri. hleypr hann þá út yfir viduna oc hefer upp bannfæring. „ ɔ: *Interea Sigurdus Epiſcopus cum ſuis clericis adeſt; is veſtitu ſacro indutus, capite infulam, lituum manu, altera autem librum & candelam geſtans, ligna tranſilit, & excommunicationem exorditur*. Et Gudmundus ibidem Lib. 4. cap. 2. „ Biſkup var ſkrýddr á húſum uppi og las bannſetníng á norræna túngu, ſo allir ſkylldu ſkilia. „ ɔ: *Epiſcopus in tectis ædium, ſacras veſtes indutus, excommunicationem lingva Norvegica, ut omnes intelligerent, recitavit.* Integris provinciis, ob enormia magiſtratus delicta, ſacris interdicere moris qvidem fuit, ut ex multis patet exemplis, ſed Henricus Epiſcopus univerſæ provinciæ Skagfiordenſi, ob parvam admodum cauſam, Anno 1254. majorem excommunicationem minatus eſt. *Sturlunga* Lib. 9. cap. 40. „ Biſkop ſendi mann á Kálfſtadi og let ſegia Þórgils, at hann mundi þann dag bannſýngia hann med ſteyptum kertum, og meiri von at hann mundi bannſýngia allt heradit. „ ɔ: *Epiſcopus nuncium Kalfſtadas miſit, Thorgilſum moniturum, ſe eodem die illum candelis everſis excommunicaturum, & probabiliter qvoqve toti provinciæ interdicturum.* Sontes autem ſeu excommunicatos Carinis ſeu carceri includere, priusqvam ſeculo 14, ac poſtea, cum Epiſcoporum imperium, aut deſpotiſmus ad ſummum faſtigium pervenerat, in uſu fuiſſe, me legiſſe non memini. Sed heic loci id annotare viſum eſt, cum alias de excommunicatione & Carinis agendum eſſet.

Forma autem excommunicationis majoris talis fuit:

Ex authoritate Patris Filii & Spiritus Sancti, & Sanctæ Mariæ matris Domini noſtri Jeſu Chriſti & S. Michaëlis & Johannis Baptiſtæ & S. Petri & Pauli principum Apoſtolorum, & S. Stephani & omnium Martyrum & S. Sylveſtri & omnium Confeſſorum, & S. Aldegundis & ſanctarum Virginum, & omnium Sanctorum qvi ſunt in cælo & in terra, anathematizamus & a liminibus S. Matris Eccleſiæ ſegregamus N. *Sit maledictus in domibus, in horreis, in lectulis, in curia, in campo, in agro, in via, in villa, in civitate, in caſtello. Maledictus in ſylva, maledictus in flumine, maledictus in gurgite, maledictus in eccleſia, maledictus in cæmeterio, maledictus in tribunalibus judicum, maledictus in foro, maledictus in duello. Maledictus orando,*

§. 24.

Qvemadmodum fontium excommunicatio, ita nec excommunicatorum aut delinqventium *abſolutio* ſine cæremoniis & externo ſplendore perfici potuit. Hanc adepturus, ſacco ſeu vilibus indutus veſtimentis, nudis pedibus, vultu oculisqve in terram dejectis, ipſo habitu, totoqve ore pænitentiam oſtendens, ad fores templi ſemet obtulit. Ibidem ſecundum modum culpæ, pænitentia per præſcriptos gradus & numeros injungebatur. In templum deinde introducto, & ſupra corium urſi vel tale qvid conſtituto, coma abſcinditur, cinere caput aſpergitur, cilicioqve operitur. Hinc aut ad agendam pænitentiam, & usqve dum pænas ſibi condignas luiſſet, ab eccleſia extruditur; aut ſi vades daret, vel etiam jura-

---

orando, maledictus loqvendo, maledictus tacendo, maledictus manducando, maledictus bibendo, maledictus dormiendo, maledictus vigilando, maledictus palpando, maledictus ambulando, maledictus ſedendo, maledictus ſtando, maledictus currendo, maledictus qvieſcendo, maledictus eqvitando, maledictus audiendo, maledictus videndo & guſtando. Maledicta ſint omnia ejus opera, maledicatur caput ejus, oculi ejus, nares, pupillæ, dentes, lingva, guttur, pectus, cor, venter, jecur, ſtomachus, ſplen, umbilicus, veſica, crura, pedes, manus, brachia, ſcapulæ, dorſum, omnis caro ejus, & omnis cutis ejus, a vertice uſqve ad plantas pedum, qvidqvid inter eſt, totum maledicatur, & maledicantur qvinqve ſenſus corporis ejus, viſus, guſtus, auditus, odoratus & tactus, & maledicatur in omnibus operibus. Adjuro te diabole & omnes ſatellites tuos, per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, ut nullam habeas reqviem, diebus nec noctibus, donec perducas eum ad æternum & ſeculare dedecus, ſive ſubmergatur in fluminibus, ſive ſuſpendatur in eqvuleo, vel devoretur a ſylveſtribus beſtiis vel laceretur ab avibus cæli, ſive comburatur in flammis, ſive interficiatur ab inimicis & odio habeatur ab omnibus viventibus. Filii ejus orphani, & uxor ejus ſine viro efficiatur vidua. Non ſit illi adjutor, nec ſit qvi miſereatur pupillis ejus. Et ſicut Lucifer abjectus eſt de cælo, & ſicut Adam expulſus de Paradiſo, ſic abjiciatur & expellatur, de hac cotidiana luce, & de piorum habitationibus, & ab omni hæreditate eorum & poſt obitum ſepeliatur in paſcuis aſinorum. Fiat qvoqve pars ejus cum Datan & Abiron & cum Juda & cum Pontio Pilato, & cum eis qvi dixerunt Domino Deo: recede a nobis, viarum tuarum ſcientiam nolumus. Et ſicut extingvuntur hæ lucernæ de manibus noſtris, ſic extingvatur lucerna oculorum ejus, niſi reſipiſcat & ad ſatisfactionem perveniat. Fiat! Fiat! Amen.

Plura exſecrationum exſtant exemplaria, in nonnullis ab his diſcrepantia, unde conſtat non omnes eadem uſos eſſe formula; Sed differentia tanti non eſt ut notatu digna videatur.

juramento caveret, omnia bona fide sese præstiturum (a), impositione manuum aliisqve cæremoniis absolvitur.

§. 25.

Ordinationis Sacramentum variis cæremoniis peragebatur, qvarum præcipuæ fuerunt, unctio, manuum impositio, & inflatio, cum pronunciatione verborum: *Accipe spiritum sanctum*, qvarum unicuiqve certæ precationes addebantur. Ordines autem ecclesiastici fuerunt septem. Primus *Ostiariorum*, qvibus cum ordinantur, tradit episcopus claves ecclesiæ, in altari repositas, dicens: *Sic age qvasi rationem redditurus Deo.* Secundus est *Lectorum*, qvi ex pulpito recitant qvicqvid in ecclesia legendum est, extra tempus sacrificii, qvibus eapropter in ordinatione traditur liber, qvem lectionarium vocant, addita hac verborum forma: *Accipe potestatem, & esto verbi Dei relator.* Tertius est *Exorcistarum*, qvibus ex officio incumbit, super catechumenos, aut eos qvi spiritum habent immundum, nomen Jesu invocare, adjurantes per ipsum, ut malignus iste spiritus egrediatur, qvare cum ordinantur, accipiunt de manu Episcopi librum, in qvo scripti sunt exorcismi, dicente Episcopo: *Accipe & commenda memoriæ, & habe potestatem imponendi manum super energumenos, sive baptizatos sive catechumenos.* Qvartus est *Acolutorum* (ab ἀκολουθέω seqvor) qvibus hoc officium commissum est, ut Diaconum ad locum Evangelii accenso cereo seqvantur, qvæ etiam causa est, ut ipsis in inauguratione cum cereo & urceolo tradatur candelabrum, additis his verbis: *Accipe ceroferarium cum cereo, & scias te ad accendendum lumina mancipatum, in nomine Domini, & accipe urceolum ad suggerendum vinum & aqvam in eucharistiæ sangvinis Christi sacramentum.* Qvintus est *Subdiaconorum*, qvorum officium est ministrare Diacono in sacrificio, & propterea qvando

(a) Juramentum qvod tales fecerunt, ita se habuit: *Ideo manum sacro libro impono, & in conspectu Dei testor. &c. Testibus bonis hominibus, qvi hic adstant & verba mea audiunt, qvod tibi stipata manu polliceor, voveoqve me proxima æstate enavigaturum, & Romam aditurum esse, modo mihi Deus vitam & valetudinem concedat, ad intercedendum pro anima mea, nisi Dominus Episcopus aliud melius consilium mihi daturus sit; Voveo sanctéqve polliceor, me pœnas condignas & multas pecuniarias, prout mihi injunctæ sunt, bona fide soluturum, ad emaculanda peccata, qvæ in Deum & vos commisi. &c.*

do ordinantur, accipiunt calicem vacuum & patinam. Sextus est *Diaconorum*, qvibus incumbit cura pauperum, opibus ecclesiæ præesse, sacerdoti sacrificanti adstare, atqve populo evcharistiam distribuere, tempore sacrificii evangelium legere, prædicare & baptizare, & uno verbo omnia qvæ sunt presbyteri & episcopi, facere, excepta consecratione corporis Domini, ordinatione clericorum, & aliis officiis, qvæ ordinis potestatem reqvirunt. Septimus est *Sacerdotum*, qvibus non tantum concessum est prædicare & baptizare, sed etiam corpus Domini conficere, & si Episcopus est, alios ordinare.

§. 26.

Conjugio tantum veteres habuerunt honorem, ut legibus sancirent, eum qvi sponso ad nuptias aut desponsationem tendenti, aut inde redeunti, etiamsi qvatuor haberet comites, sponsæ autem cum duobus comitibus, gratuitum denegaret hospitium, exilio mulctandum censerent. His etiam pridie festorum & sabbatorum ad iter faciendum præ reliqvis viatoribus, longius tempus indultum fuit. Desponsatio inter conjugium inituros, qvandoqve integro anno vel pluribus ante nuptias sponso & parte despondente, certis formulis & conceptis verbis, constituta dote, & donatione, dextras jungentibus, fieri consvevit; Convivia autem nuptialia 1) pridie festorum aut jejuniorum. 2) Ab initio Qvadragesimæ usqve ad Dominicam in albis, 3) a Dominica vocem jucunditatis ad Festum Trinitatis, 4) ab initio Adventus, usqve ad octavam post Epiphanias, sub pœna exilii instituere non licuit. Legitimum vero habebatur conjugium, si observata in qvintum usqve gradum consangvinitate, ad minimum sex testibus præsentibus fierent nuptiæ, conjugesqve ad lucem diei sive lucernæ, non vero in tenebris cubitum irent. Divortium autem sine episcopi venia & dispensatione, nulli facere licuit (a).

(a) Pontifex Romanus Deus Dedit, qvi ab anno 614. ad 617. sedit, primus Constitutionem de cognatione spirituali fecit, qva prohibebantur, qvi pro alterius liberis inter baptismi ritus fidejusserant, in matrimonium coire, qvi mos statim cum christianismo in Islandia receptus fuisse videtur. Vid. *Hist. Droplaugidarum* cap. 30. & *Sturlunga* lib. 2. cap. 20. collat. cum *Juris Eccles.* cap. 2. Sed Anno 922. Confluentiæ ab octo Episcopis & nonnullis Abbatibus, præsentibus Carolo Franciæ & Henrico Germaniæ Regibus

§. 27.

Extrema Unctio iis tantum impertienda erat, qvi manifeste in agone mortis versari videbantur, qvibus omnes sensus exteriores seu organa qvinqve sensuum, ut sunt oculi, aures, labia, manus, pedes & nares, oleo ungenda erant, cum pronunciatione verborum: *Per istam sanctam unctionem & piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus qvicqvid (hoc membro) vitii commisisti in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti* (a).

§. 28.

Rudiorum in doctrina cælesti *informatio*, vel nulla, vel exigua valde fuit. Tantum exigebatur, ut orationem Dominicam, Symbolum Apostolicum, & paucas præterea precatiunculas recitare possent, aut ad minimum de fide interrogati, respondere scirent, credere se in unum Deum, in reliqvis autem eadem se ac Ecclesiam credere; sed magia, incantationes taliaqve severe prohibebantur, & si qvis ea exercuisse testibus convictus fuit, exilio plectebatur (b).

§. 29.

Regibus statutum fuit, ut nuptiæ in septimum consangvinitatis gradum prohiberentur. In Islandia vero ne intra qvintum gradum coirent observatum fuit. Vide *Jus Eccles.* cap. 13. & 17.

(a) Oleum qvod actionibus seu usibus sacramentalibus adhibebatur, non fuit vulgare, sed ab episcopo Die viridium certis exorcismis consecrari debuit. *Jus Eccles.* cap. 2. » Krisma skal biskop sá presti á hverium tólf mánadum, oc vígia messokædi hanns. » ɔ: *Episcopus sacerdoti semel qvovis anno chrisma suppeditato & vestes ejus in sacro officio gestandas consecrato.* Qvod unctioni infirmorum destinatum fuit, hoc modo consecrabatur: Primo Episcopus ampullam ita exorcizavit: *Exorcizo te immunde spiritus omnisqve incursio Satanæ & omne phantasma, in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti, ut recedas ab hoc oleo, ut possit effici unctio spiritualis, ad corroborandum templum Dei vivi, ut in eo possit Spiritus Sanctus habitare, per nomen Dei Patris omnipotentis, & Filii ejus & Spiritus Sancti.* Deinde Oleo ipsi benedicit his verbis: *Emitte qvæsumus Domine Spiritum Sanctum Paracletum de cælis, in hanc pingvedinem olivæ, quam de viridi ligno producere dignatus es, refectionem mentis & corporis, ut tua sancta benedictione; sit omni hoc ungvento cælestis medicinæ perunctio, tutamen mentis & corporis, ad evacuandos omnes mentis & corporis dolores, omnes infirmitates omnemqve ægritudinem mentis & corporis, per Dominum &c.*

(b) Vid. *Jus Eccles. Antiqv.* cap. 11. » Menn skolo trúa á gud einn, oc blóta æi heidnar vættir. »

§. 29.

In conventibus publicis fiebant *cantiones & lectiones,* variis formulis, gestibusqve, ut circuitionibus & processionibus, reliqviarum ostentatione & osculatione. Lectiones autem illæ & cantiones ex evangeliis & epistolis, vel etiam ex libris Veteris Testamenti, præsertim Psalmis, qvandoqve etiam ex Patrum Homiliis, aut vitis desumtæ erant. Sed plurima horum latine peragebantur, qvæ Antistes tandem pro suo captu aut lubitu explicavit & applicavit (a). Privatarum precationum formulæ variæ occurrunt; qvidam enim morti vicini, aut in angustiis constituti solum Deum (b), qvidam vero sanctos invocarunt.

§. 30.

" vættir. " ɔ: *In solum Deum credendum est, nec numina ethnica invocanda sunt.* Et cap. 2. " Manni hveriom tólf vetra gömlum, er hefer vit til, er skyldt at kunna ord oc atferli at skíra barn. Enn ef hann kann æi fyri óræktarsakir, oc verdr æi rett at skírn farit, þá vardar þat fiörbaugsgard, oc á biskop at ráda fyre sök þeirri. Þat er oc skyldt hveriom manni, er hyggindi hefer til, bædi körlum oc konom, at kunna Pater noster oc Credo in deum. Ef hann vill æi kunna, oc hafi hann vit til, oc vardar hönum þat fiörbaugsgard, oc á biskop at ráda fyre sök þeirri, hver sækia skal. Sveinn siau vetra gamall skal skíra barn, því at eins yngri madr, ef hann kann Credo og Pater noster. " ɔ: *Duodecennis qvivis, recta ratione præditus, verba & modum infantem baptizandi scire tenetur. Qvod si socordiæ ergo nesciverit, & baptismus non rite peractus fuerit, exilii minoris reus esto, cujus causæ dominus, episcopus esto. Qvivis etiam homo, sana ratione gaudens, tam fæmina, qvam mas,* Pater noster & Credo in Deum *memoriter scire debet. Qvod si capacitate præditus discere recusaverit, exilii minoris reus esto, sed episcopus, qvis actor erit, præcipito. Puer septennis infantem baptizato, sed eo solum modo junior, si* Credo & Pater noster *memoriter calluerit.*

(a) *Sturlunga* Lib. 7. cap. 14-15. refert Henricum Episcopum in templo Holano, ipsissimo Salvatoris Nativitatis festo, de injuria Thorgilso, a Rafno & Sturla facta, concionatum fuisse; Similiter Brandum Abbatem festo Blasii in templo Reikholtensi, de eadem re, maximo verborum pondere locutum fuisse.

(b) Gissurus Thorvaldi in incendio Flugumyrensi ad mortem se præparans, Deum unice invocavit. *Sturlunga* lib. 9. cap. 3. Skidus qvidam legit *Pater noster.* Ibidem lib. 4. cap. 57. Sæmundus Ormi Litaniam. Lib. 6. cap. 17. Sturla Sighvati Precationem Augusti vel forte Augustini. Lib. 5. cap. 29. Urækia Snorronis dum eviratur & occæcatur, Thorlacum invocat, cecinitqve precationem: *Sancta Maria Mater Domini nostri Jesu Christi.* lib. 5. cap. 4. Arius Finni filius moriens cecinit: *Ave Maria Mater.* Eadem *Sturlunga* Lib. 7. cap. 42. Nautæ qvidam in vitæ periculo constituti

a Pres-

§. 30.

Festa qvæ legibus cautum erat observare, nec pauca fuerunt, nec e'usdem generis & observantiæ, qvædam enim majoris sanctitatis, qvædam minoris notæ censebantur.

Festa maxima fuerunt qvatuor:

Primum fuit *Festum Nativitatis Salvatoris*, tredecim semper diebus continuandum, cujus primus, octavus, & ultimus dies summa sanctimonia erant celebrandi. Intermedii autem perinde ac sabbatum seu Dies Dominica observabantur (a) Alterum erat *Festum Paschæ*, seu dies resurrectionis Domini, qvatriduo continuandum, ita tamen, ut prima dies sanctissima haberetur, reliqvæ autem sabbatis pares censerentur. Tertium fuit *Festum Ascensionis Domini*, qvod in feriam qvintam sextæ post Pascha hebdomadis incidit, nostra lingva, "Gagndagavika" appellatæ (b), cujus feria secunda, tertia & qvarta, Diei Dominicæ æqvabant sanctitatem, addito tamen jejunio, nisi alia festa, scil. Philippi & Jacobi, Festum Crucis, aut Dies dedicationis templi, in duas priores inciderent; Tunc enim

a Presbytero postularunt, ut nomen altissimum nominaret, qvi cum nullum se altius qvam nomen Jesu scire diceret, stomachantes id rejecerunt, & aliud postularunt, sed qvale id tandem fuerit, non additur; Suspicor fuisse sanctissimum nomen tetragrammaton, de qvo forte aliqvid inaudiverant, licet nec intelligerent, nec memoria tenerent. *Sturlunga* lib. 3. cap. 2. Confer qvæ huc pertinentia infra de Jona Ögmundino, Thorlaco, aliisqve occurrunt.

(a) Omnibus hisce diebus intermediis res œconomicas licuit peragere, ut pecora mactare, cerevisiam coqvere, excrementa pecudum efferre, & id genus alia, qvæ summis festis peragere non licuit.

(b) Indifferenter scribitur " Gagndagr " qvod *diem lucri* aut commodi significat, vel etiam " Gangdagr " qvod *diem circuitionis* denotat. Hoc enim festo qvivis pastor circa sui templi cæmeterium, ordinariam processionem instituere debuit, hoc modo: Erectis in sepimento templi septem crucibus, præferebatur *contus elevationis*, cum tribus candelis, nostra lingva, " upphallds stiaki " qvales in qvibusdam templis hodie supersunt. Deinde ferebatur aqva consecrata, qva templum & cæmeterium subinde aspergebatur. Postea ipse pastor, secum precatiunculas murmurans, & hunc deinde tota concio, seqvebatur. Præterea qvivis colonus &c. habitacula sua & areas cum crucibus & piis precibus circumire, arva agrosqve lustrare debuit. Hanc ceremoniam ab ethnicorum Ambarvalibus derivari vult *GUDMUNDUS ANDREÆ* in *Lexico* ad vocem Gagndagr.

enim jejunium non modo ſolvebatur, ſed carnibus etiam veſci licitum erat; a qvarti vero diei jejunio hæcce feſta liberare nullo modo potuerunt. Tanta enim erat ſeqventis feſti ſeu diei Aſcenſionis ſanctitas & veneratio, ut omnino jejuni eam inchoare deberent (a). Qvartum fuit *Feſtum Pentecoſtes* biduo tantum obſervandum, prior qvidem, ut prima Nativitatis & Paſchatis feria, aut Aſcenſionis feſtum celebrandus erat, poſterior vero fuit Diei Dominicæ æqvalis.

§. 31.

Septima qvæqve dies qviete a labore ſanctificanda, & a reliqvis diſcriminanda erat, adeoqve pro ſancta & Deo dicata habenda fuit. Hæc qvies ſeu ceſſatio a laboribus incipere debuit die Saturni, hora poſt meridiem tertia, id eſt qvando ſol a plaga auſtrali ad plagam occidentalem, duas partes regionis libanoti percurrerat, una autem ſupererat, duravitqve ad mediam noctem, diem ſolis ſubſeqventem, ſi dies lunæ fuit profeſtus. Si qvis autem hanc legem violaret, eaqve citra urgentem neceſſitatem faceret, qvæ legibus non erant permiſſa, trium marcarum, ſeu 4. Joachimicorum cum dimidio, reatum contraxit. Eadem ratio fuit feſtorum, qvæ minoris notæ appellabantur (b). Niſi qvod qvædam eorum ab hora

---

(a) Paraſceve feſtorum jejuniis erat tranſigenda, ſed ipſa feſta non item; Nam iis licuit convivia inſtituere, imo etiam carnibus veſci.

(b) Hæc ex *Jure Eccl. Thorlaci & Ketilli* c. 13. ſumta ſunt, cujus verba initialia noſtri temporis criticorum crux dici merentur: " Ver ſkulum hallda þuattdag hinn ſiaunda hvern " helgann at nóni, ſá er nærſtr drottinsdegi fyrir, ſua at þá ſkal æi vinna ſídan eykt " lídr, nema þat er nú mun ek telia oc drottinsdag á at vinna. Þá er *eykt*, er út- " ſudurſátt er deilld í þridiúnga, oc hefer ſól gengna tua luti, enn einn ógengit. " Qvæ, ſi verbum verbo reddatur, ita ſonant: *Nobis dies Saturni; ſeptima qvæqve, qvæ diem Dominicam præcedit, ſacra erit ab hora nona, adeo ut non ſit licitum qvidqvam operari, poſtqvam præteriit* eykt, *niſi qvod nunc numerabo, ſabbatis eſſe permiſſum facere. Tunc autem eſt* eykt, *qvando ſol duas partes plagæ libanoti percucurrit, una autem ſupereſt.* Nonnulli Criticorum, hunc locum in mendo cubare ajunt, alii autem, inter qvos & nos nomen profitemur, omnia ſe recte belleqve habere autumant, modo recte intelligantur, & dextre explicentur. Vocum Islandicarum *eykt* & *átta*, ſi non prorſus eundem, tamen valde ſimilem ſignificatum contendimus; ſcilicet qvod litteris & ſono tantum differant, ſed conveniant origine & ſignificatu, niſi qvod

hora sexta incipiebant. Exceptiones autem, seu opera Sabbatis & Festis licita fuerunt: Cibum præparare, qvantum durante festo sufficere videbatur. Ex itinere redeunti die Saturni domum tendere, oneraqve eqvis vehere

---

qvod *átt* tribuitur plagæ horizontis, *eykt* autem tempori, qvo sol illud spatium transit. Nam cum veteribus octo tantum essent mundi plagæ, ideo qvamcunqve earundem *áttu*, seu octavam vocarunt, & unicuiqve harum, seu mundi & horizontis octavæ, cujusvis nycthemeri octavam partem tribuerunt, qvam *eykt* nominarunt; Hæc ut melius intelligantur, distincte agendum erit, & demonstrandum, qvot notionibus vocula *eykt* in antiqvo nostro idiomate gaudeat. Antiqva vox *eykt* varios habet significatus, qvorum latissimus & hodie usitatissimus est primus, qvando significat integrum trihorium, qvorum octo diei naturali seu integro nycthemero tribuuntur, adeo ut unicuiqve plagæ, qvæ antiqvis octo tantum, sua esset *eykt*, unde autem initium numerandi sumatur, non multum refert. Nos eos hac vice seqvimur, qvi cum initio diei numerandi initium faciendum esse autumant; Ex horum igitur sententia dies nocti oppositus oritur una cum *eykt*, qvæ (nobis prima) incipiebat hora septima cum dimidia, seu in regione subsolani, antiqvorum *dagmál*, seu initium diei; & desinebat hora decima cum semi, seu dimidiata undecima, qvæ plaga dicta fuit " landsudursátt, " seu regio vulturni, cujus medium est hora nona antemeridiana. Secunda *eykt* incipiebat in regione evronoti seu hora $10\frac{1}{2}$, & desinit sesqvi hora post meridiem, seu in austro africo, diciturqve " Sudurátt " seu regio aut plaga australis, cujus meditullium est hora duodecima, nostrum *hádege*. Tertia *eykt* danda est plagæ libanoti seu " útsudursátt " (qvam cum suis terminis hoc loco nominat auctor noster), qvæ a sesqvi hora post meridiem seu austro africo, nostro *midmunda* inchoatur, & desinit hora qvinta dimidiata in regione argestæ, cujus medium est hora tertia pomeridiana. Qvarta *eykt* seu occidentalis, non diei sed vesperi tribuebatur, & desivit in sede japygis, seu dimidiata hora octava, antiqvorum *náttmál*, cujus meditullium seu confinium horæ sextæ & septimæ, vocatur *midraptan*, scil. medius, vesper. Qvinta *eykt* assignanda est " útnordursátt, " seu regioni cori, incipiens a japyge, & desinens in circio, cujus medium est hora nona pomeridiana. Sexta *eykt* danda est regioni boreali, incipiens a circio, in medio habens boream, & desinens in gallico, seu sesqvihora antemeridiana, qvam etiam cum suis terminis Auctor noster expresse describit cap. 20. his verbis: " Þat er nordrætt er sól er kominn í " beggia ætt nordrs oc útnordrs, oc til þess hún er kominn í beggia ætt nordrs oc " landnordrs. " ɔ: *Plaga borealis est, a qvo sol constitutus est in meditullio cori & boreæ, usqve dum erit medius inter boream & cæciam*, qvæ nostræ definitioni accurate respondent. Septima *eykt* sedem habet " landnordursátt, " seu in plaga cæciæ, incipiens a sesqvihora post mediam noctem, in medio habens cæciam & desinens in qvinta dimidiata, seu in sede aparctiæ, qvæ nostro sensu est antiqvorum *ótta*. Octava deniqve *eykt* sedem habet ad orientem, & *mane* appellatur, incipiens ab apartia, seu hora qvarta cum semi, in meditullio habens orientem seu horam sextam, qvod temporis

here licuit, usqve dum ſol eſſet in media occidentis plaga conſtitutus; idem etiam nautis, ſeu navi iter facientibus; ſimile qvid etiam iis, qvi nuptias adibant, aut ex iisdem domum revertebantur, conceſſum fuit. Onera autem ex monte eqvis portare, ſi cui iter tardius qvam ſperaverat, U 2 proceſ-

poris punctum *midrmorgun*, ſeu medium mane vocatur, deſinens in hora octava dimidiata, antiqvorum " dagmálaſtad, " id eſt in ſubſolano, a qvo hanc enumerationem orſi ſumus. Hic eſt vocis *eykt* primus, uſitatiſſimus, & maxime proprius ſignificatus, (ſed tranſlate ſignificat longum tempus, ut in proverbiis *á eyktamótum*, ɔ: perraro, non niſi interjecto longo tempore; *eykt og æfe*, ɔ: ætatem æternumqve). Hæc fuit diei naturalis diviſio apud majores noſtros, uſqve ad introductam religionem chriſtianam, ſeu qvamdiu monachi temporum notationes ad ſuas horas canonicas non pertraxerunt. Secunda ſignificatio voculæ *eykt* eſt ſpecialis, & hodie obſoleta; antiqvis tamen in uſu fuiſſe, ex locis mox citandis, conſtat. Illi enim certum qvoddam tempus, aut integrum trihorium, aut ultimum ejus trientem per exochen qvandam, *eykt* appellarunt, & ultimum hujus *eyktæ* momentum, *eyktarſtad*, ſeu locum & finem eyktæ. Conſpicuum hoc fit ex loco *Eddæ* in Prœmio, qvi ſic ſe habet: *Ab æqvinoctio eſt autumnus, uſqvedum ſol occidit in* Eyktarſtad, *deinde hyems ad æqvinoctium.* Hujus loci talem damus paraphraſin: Autumnus ab ipſo æqvinoctio autumnali inchoandus eſt, & durat uſqve ad hyemis initium; qvod ex eorum mente & computo ſemper incidebat in diem Saturni; ille autem dies Saturni, qvi eorum tempore hyemem inchoavit, fuit qvi inter decimum & decimum octavum diem Octobris incidebat. Hanc paraphraſin *Eddam* cuiqve ſine præjudicio legenti, & cum eorum computo conferenti, veram eſſe patebit; unde colligo, in qvo loco meridionalis Islandiæ, ut eſt Reikholtum, ubi *SNORRO* plerumqve vixit, & ſi modo *Eddæ* manus admovit, eandem ibidem collegiſſe videtur, ut & Skalholtum, ubi *THEODORUS THORLACIUS* vixit, & ſuum ſcripſit *Calendarium*, ſol occidit circa id tempus, qvo veteres hyemem inchoabant, ibidem qværendus eſt eorum *eyktarſtadr*, ſive locus & finis *eyktæ*. Atqvi obſervante (alios lubens taceo) harum rerum peritiſſimo, ut & contrariæ ſententiæ patrono, Mag. *THEODORO THORLACIO*, Epiſcopo qvondam Skalholtino meritiſſimo, Skalholti, qvod in meridionali Islandia ſitum eſt, ſol horizontem ſubit in regione argeſtis, ſeu hora pomeridiana qvinta dimidiata XVI. Cal. Novembris, ſeu 17. Octobris, qvi eſt dies ultimus eorum, qvi apud veteres hyemem inchoabant. Vid. *THORLACII Calend.* Schalholti Anno 1692. editum, aut, ut qvidam volunt 4. Idus Novembr. ſeu die 12. Novembr. qvod etiam Reikholti obſervatum eſt. Ergo ibidem eſt veterum *Eyktarſtadr* ſeu eiktæ ſpecialiter ſic dictæ finis. Eodem etiam ſenſu occurrit hæc vox in *SNORRONIS STURLÆI Hiſt. Norv.* per Peringſchiöldium edita, qvi locus non mediocriter torſit non modo ipſum editorem, ſed & celeberrimum *TORFÆUM* in *Vinlandia* ſua, cum nec vocis *eykt*, diverſas ſignificationes, nec earundem veram & genuinam ſedem, ſeu initium & finem, ſatis accurate obſervarint; locus autem ad verbum verbo redditus ita ſe habet: *Major erat illic* (ɔ: in

processisset, Sabbato & festis diebus licuit. Sed qvi domum pertingere non potuerat, ad proxime occurrentem villam pernoctare tenebatur, nisi dictatam mulctam solvere mallet, cujus etiam reus fiebat colonus, qvi tali viatori domicilium denegabat.

§. 32.

(ɔ: in Vinlandia) *dierum & noctium æqvalitas, qvam in Grönlandia aut Islandia, sol illic habuit* eyktarstad *&* dagmálastad *brumali tempore.* Si jam observetur, invicem hic sibi opponi *eyktarstad* post meridiem, & *dagmálastad* ante meridiem, qvorum meditullium sit ipsa plaga australis, seu hora duodecima, simulqve attendatur, diversus vocis *eykt* significatus, & irrefragabilis vocis *eyktarstad* sensus in loco ex *Edda* supra allato, manifestum est, per vocem *eyktarstad*, hic etiam intelligi horam qvintam post meridiem dimidiatam, & per *dagmálastad*, horam ante meridiem dimidiatam octavam. Tertius locus occurrit in *vita Olai Trygg.* Part. I. cap. 154. pag. 183. ubi Auctor de prælio Jomsvicensi verba faciens, *tum* inqvit, *erat id tempus diei, ut vergeret eykt.* Hic manifestum est, loqvi eum non de communi *eykt*, seu incerto tempore, sed de eo qvod specialiter vocabatur eykt. Taceo nomen proprium in Toparchia Mulensi *Eyktarnýpa*, qvod ab hac seu seqvente notione vocis *eykt* ita vocatur. Tertium voculæ *eykt* significatum nobis suppeditat locus, qvi jam ad manus est ex *Jur. Eccles. Thorlaci & Ketilli*, qvi dicit *tum esse* eykt, *cum sol duas partes libanotis* (utsuþrsátt) *transiit, una autem superest*, qvod momentum seu temporis individuum incidit in horam pomeridianam qvartam dimidiatam, qvi significatus qvantum scio nusqvam nisi heic loci usurpatur, ideoqve singularis, seu specialis & mere ecclesiasticus, dici meretur. Hoc etiam ipse Auctor innuere videtur, qvando hanc vocem seu verum ejus significatum, qvem hic obtinet, explicare aggreditur, dicens: *Est autem eykt* &c. Qvasivero non intellexerint ejus ætatis homines qvid *eykt* significaret, & tali explicatione opus haberent, si vox in communi & usitato significatu posita fuisset. Sed cum hic plane singularem sensum obtineret, omnino necessaria erat hæc explicatio. Qvibus fundamenti loco substratis, facilis est hujus vocis explicatio hoc modo: Sabbatum qvidem incipit finita hora tertia, sed cum operarii sæpe uno momento laborem abjicere, seqve qvieti dare non possint, aliqvantum temporis ad colligendum arma & instrumenta operaria, & unum qvodqve suo loco reponendum, ubi tuto per sabbatum manere qveant, exigitur. In hos usus dimidium horæ, scilicet a tertia (nostro *Nón*) ad qvartam dimidiatam conceditur; qvo elapso, *eykt* specialissime sic dicta inchoatur, in qva, aut post eandem, aliqvid operis agere, nisi summa urgeret necessitas, non licuit. De horis & horologio Islandico scripserunt: Mag. *JONAS ARNÆUS*, qvondam Skallholtensis Episcopus vigilantissimus; *PAULUS VIDALINUS*, Islandiæ Nomophylax doctissimus; & frater meus carissimus *VIGFUSUS JONÆUS*, Præpositus & Pastor Hytdalensium meritissimus. Nos ad Vidalini sententiam proxime accedimus, qvod uberius in *Tractatu de veteri & novo Islandorum Horologio* exposuimus, unde hæc excerpta sunt. Reliqvi autem Duumviri contrariam fovent sententiam, Islandorum horologium ex Hebræorum, Græcorum, & Romanorum institutis derivantes, omniaqve ad eorum placita & monachorum mores accommodantes.

§. 32.

Festa, ut jam dictum est, *non unius fuerunt generis* & observantiæ, qvibusdam nihil omnino operari licuit, præter perpauca in legibus excepta. Hæc fuerunt Dies Natalitiorum, Circumcisionis, Epiphanias, Prima Paschatos, Ascensionis, Prior Pentecostes, Mariæ festa omnia, Johannis Baptistæ, Petri & Pauli, Dies dedicationis templi, & Festa Thorlaci (a). Opera autem his diebus licita hæc enumerantur: 1) Albos ursos occidere (b). 2) Ursos marinos sive odobenos capere (c). 3) Balænas mortuas, fluctuantes advehere, terræ alligare, & si alligari non possent, distribuere. 4) Si pisces oram sponte accederent, eos uncis & manibus, non vero hamo vel reti capere licuit. 5) Aves, qvæ ob defluvium pennarum volare non poterant, manibus capere permissum erat. Sed ex omnibus hisce qvinta pars pauperibus cedere debuit.

§. 33.

Minoris vero notæ & observantiæ erant festa seqventia, omnia tamen observanda, qvæ hic secundum mensium seriem enumerare placet: Sancti Hilarii. (1) Sanctæ Agnetæ. (2) Conversionis Pauli Apostoli.

(a) Dies exhumationis, incidens in 13. Cal. Aug. & dies emortualis, qvi fuit 10. Cal. Januarii. Sed dies electionis 3. Cal. Julii inter minora festa refertur vide §. prox. seq.

(b) Qvare albi magis qvam nigri aut alius coloris ursi captura summis festis licita fuerit, non facile dicitur, nisi conjicere liceat, id ob pellis pretium factum esse, aut qvia ursi albi, ut vulgus vult, reliqvis sint ferociores & nocentiores.

(c) Amphibion hocce ob corii præstantiam, qvo rudentum loco antiqvitus utebantur, ut & dentium pretium, qvovis tempore occidere indultum erat. Vide qvæ de dentibus marinorum notata sunt, Per. 3. Sect. 3. cap. 1. §. 39. ut & Period. 4. Sect. 3. cap. ultimo. Reliqvorum animalium capturæ, qvæ hic conceditur, fundamentum esse lucrum inde proveniens, cuilibet intuenti patet, qvam indulgentiam, acutissimum telum necessitas & fames, nostratibus sæpe ingruens, legislatoribus expressisse videtur.

(1) Hilarius Episcopus Pictaviensis, mortuus 369. 13. Januarii. Nostra lingva hic dies & nunc & olim vocatur *Geisladagr*. o: Dies splendoris seu illuminationis, cujus denominationis ratio nos latet, neqve conjicere licet, qvid sibi velit, nisi forte sic dictus fuerit, habito aliqvo respectu ad Hilarii nomen, qvod illuminet & exhilaret, vel ad illius personalia, vel deniqve, qvod sua orthodoxia & confessione, ut & disputationibus contra Arianos, splendoris instar fuerit.

(2) Sanctæ Agnetæ mentionem faciunt Prudentius, Hieronymus, Ambrosius & Augustinus, cujus anniversaria, tam Græca, qvam Latina Ecclesia celebravit.

Feſtum Brigidæ. (3) Purificatio Mariæ. Cathedræ Petri. Matthiæ Apoſtoli. Gregorii. (4) Benedicti. (5) Annunciationis. Joh. Epiſcopi. (6) Robigalia. (7) Philippi & Jacobi. Inventionis Crucis. Columbæ. (8) Johannis Baptiſtæ. Electio Thorlaci. (9) Petri & Pauli. Martyrum Selöenſium. (10) Jacobi. Divi Olai. (11) Laurentii. (12) Aſcenſio Mariæ. Exaltatio Crucis. Matthæi Evangeliſtæ. Michaelis Archangeli. Simonis & Judæ. Omnium Sanctorum. (13) Martini. (14) Ceciliæ.

---

(3) Secundum *BARONIUM*, virgo apud Hiberniam Anno Domini 521. mortua, ex Scotia orta. Hos glacialis ora illibati pudoris flores hoc tempore educabat. Nam ad percelebrem illam Brigitam Sveciæ Principem, qvæ ſeculo 15. floruit, hoc feſtum nihil pertinebat.

(4) Gregorius Pontifex Romanus, a nonnullis re & nomine Magnus dictus, floruit ſeculo ſexto & ſeptimo, obiit Anno 604. Sed Anno 827. corpus ejus a Gregorio IV. exhumatum & decentiori conditum fuit loco.

(5) Ordinis Sancti Benedicti Auctor, mortuus Romæ Anno 543.

(6) Hic eſt dies emortualis Jonæ Ögmundi primi Holenſium Epiſcopi, de qvo infra Sect. 4. cap. 1.

(7) De voce *Gagndagr*, aut ſecundum alios *Gángdagr*. Vid. qvæ ad Anteced. §. XXX. (b) notavimus.

(8) Columba, hujus feſtum in 4. Id. Junii incidit, veroſimiliter fuit monachus ille gente Hibernus, qvi, ut *CAVEUS* refert, obiit 5. Id. Junii Anno 597. ætat. 77. Vid. qvæ de illo ſupra notata ſunt Per. I. cap. 3. ad §. 2. Sed diverſus ab hoc fuit S. Columba, cujus Cordubæ in Hiſpania nati, & a Saracenis ob religionem chriſtianam occiſi Anno 852. memoriam Eccleſia Latina celebravit 15. Calend. Octobris.

(9) 3. Cal. Julii in memoriam electionis Thorlaci Epiſcopi Skalh. de qvo infra Sect. 3. cap. 6. §. 16.

(10) Horum hiſtoriam habes in *Vita Olai Tryggonis*. Part. 2. cap. 2. ſed procul dubio fabulis & ſuperſtitionibus defædatam & interpolatam.

(11) Dies emortualis Regis Norvegiæ Olai Haraldi filii, Craſſi a qvibusdam cognominati, qvi Stiklaſtadis Anno 1030. occidit.

(12) Eccleſiæ Romanæ Archidiaconus & Theſaurarius ſub Valeriano Anno 261. crudeliſſime cruciatus.

(13) Bonifacius IV. primus ſeculo ſeptimo in Pantheo inſtituit Feſtum omnium Martyrum, qvod deinde cum Sanctorum numerus dies anni excederet, in Feſtum omnium Sanctorum mutatum eſt: Unde qvidam non abſurde concludere videntur, Feſta Sanctorum in locum deorum, qvos gentiles celebrabant, eſſe ſubſtituta.

(14) Epiſcopi Touronenſis mortui Anno 400.

Ceciliæ. (15) Clementis. (16) Andreæ Apoſtoli. Nicolai Diaconi. Ambroſii Epiſcopi. Thomæ Apoſtoli. Pridie horum, omnibus ſanis, qvi duodecimum expleverant annum, jejunandum erat, pariter ac ante feſta maxima.

§. 34.

Erant præterea dies qvidam ſemiſacri ſeu interciſi, qvibus, etſi qvadantenus obſervabantur, adeo ut in iisdem ſacris operarentur, licitum erat bis cibum capere, aliaqve opera neceſſaria peragere, qvi fuerunt:

Sebaſtiani (1). Vincentii (2). Blaſii (3). Agathæ (4). Johannis ante portam latinam (5). Barnabæ (6). Octava Petri & Pauli (7).

---

(15) Cecilia, Virgo nobiliſſima, qvæ cum tepore balnei, necari non poſſet, ab immiſſo deinde ſpeculatore vix tribus ictibus decollari potuit. Legenda qvæ de ea ad Annum 232. notavit *BARONIUS*.

(16) Clemens fuit primo Sancti Petri diſcipulus, deinde Epiſcopus Romanus, martyrio ſub Trajano Imperatore coronatus.

(1) Sebaſtianus XIII. Cal. Febr. ſub Diocletiano & Maximiniano miles, ſeu militum Præfectus Chriſtianus, primo ad palum alligatus, & mille pilis acceptis pro mortuo relinqvitur. Sed paulo poſt recreatus, tyrannis ſe ſtitit, qvi eum flagris ad mortem cædi & corpus in gemonias trahi juſſerunt.

(2) Vincentius Diaconus & Martyr, a Diocletiano miſerrime cruciatus 11. Cal. Februarii Anno 305.

(3) Blaſius, hujus nominis duo in Hiſt. Eccl. occurrunt, unus Epiſcopus Orſtæ in Hiſpania ſub Nerone paſſus, cujus caput Lermæ & Toledi oſtendi fertur. Alter Blaſius Epiſcopus fuit Sebaſtæ in minori Armenia ſub Licinio paſſus, cujus reliqviæ paſſim in Germania, Gallia, Italia & Hiſpania oſtenduntur. Utriusqve Feſtum in 3. Non. Febr. incidit.

(4) Agatha, virgo nobilis & valde formoſa, a Qvintiano Decii Imperatoris in Sicilia Procuratore, cum neqve in ejus nuptias conſentire vellet, neqve ut diis ſacrificaret adigi poſſet, miſere cruciata. Ejus anniverſaria in Non. Febr. incidunt.

(5) Nota ſatis hiſtoria, qvod Joh. Evangeliſta juſſu Neronis Romæ ante portam Latinam in plenum fervente oleo dolium conjectus, inde illæſus evaſerit, & in inſulam Pathmum relegatus fuerit.

(6) Barnabas, Pauli Apoſtoli ſocius, Cypro oriundus, ut ex S. Sacra conſtat. Sunt qvi eum Romæ docuiſſe & Epiſcopum Mediolanenſem factum eſſe aſſerunt. Volunt alii veriſimilius, ſe

(7). Septem fratrum (8). Mariæ Magdalenæ (9). Vincula Petri (10). Inventio Stephani (11). Sixti (12). Hyppolyti (13). Octava Mariæ (14). Auguſtini (15). Decollatio Johannis (16). Mauritii (17). Coſmæ & Damiani (18). Remigii (19). Dionyſii (20). Gereonis

---

milius, eum in Aſia poſt diſceſſum Pauli primum evangelium prædicaſſe, deinde autem Cypri Epiſcopum factum, ibiqve martyrio coronatum eſſe. Evangelium ipſi a qvibusdam adſcriptum, ſuppoſititium eſt. Hic a Judæis Salamine in Cypro miſere cruciatus & occiſus. Feſtum ejus celebratur 3. id. Junii.

(7) Octava Petri & Pauli incidit pridie Non. Julii.

(8) Hiſtoriam ſeptem fratrum lege 2. *Maccab.* 7.

(9) Mariæ Magdalenæ hiſtoria ex Evangeliſtis ſatis nota, diverſa eſt a peccatrice & a Maria Lazari ſorore, poſt Chriſti aſcenſionem cum Johanne Epheſum migraſſe fertur, ibiqve martyrio occubuiſſe.

(10) Vincula Petri Calend. Aug.

(11) Inventio Stephani 3. Non. Aug. in memoriam exhumationis & reliqviarum ad occidentem tranſlationis, qvæ facta 415.

(12) 8. Auguſti, cuinam ex duobus primis Pontificibus Romanorum hujus nominis, hoc feſtum tribuendum ſit, nos latet.

(13) Hippolyti Id. Aug. Epiſcopus ſecundum qvosdam Romanus vel Oſtienſis, verius autem Portuenſis in Arabia Irenæi diſcipulus, martyrio coronatus 230.

(14) Octava Mariæ: Octava vocata fuit, qvæqve dies a majore aliqvo feſto octava.

(15) Celeberrimus Hipponenſium Epiſcopus, mortuus eſt Anno 430. ætatis 80. Ejus memoria celebratur 5. Cal. Septembris.

(16) Hiſtoria decollationis Joh. Bapt. legitur *Matth.* 14.

(17) Mauritius legionis Thebanæ ſub Maximino Herachleo legatus Chriſtianus, una cum univerſa legione, poſtqvam bis dearmata fuerat, internecione periit.

(18) Coſmas & Damianus fratres fuerunt ex Arabia oriundi, ſub Diocletiano in Sicilia paſſi 5. Cal. Octob. Græci talium fratrum trina paria numerant, Latini autem non niſi unum agnoſcunt. Ordo eqveſtris Coſmæ & Damiani circa Annum 1034. in Palæſtina floruit, cujus præcipuum officium fuit: Peregrinantes excipere, ægrotis miniſtrare, & captivos liberare. Signum ordinis fuit crux rubra cum horum martyrum imagine.

(19) Remigii Cal. Octob. Remenſis Epiſcopi in Gallia. Is officium ſuſcepit ſecundum *BARONIUM* Anno ætatis 22. & circiter 60. in eo vixit.

(20) Dionyſius 7. Id. Octob. Hic qvis tandem fuerit, neſcimus, cum Epiſcopus Corinthius diem 8. April; Alexandrinus vero Patriarcha 17. Novemb. ſibi vindicent.

nis (21). Lucæ (22). Virginum (23). Severi (24). Britii (25). Barbaræ (26).

§. 35.

Precum publicarum ſtata fuerunt loca & *tempora*, qvæ niſi ſumma urgente neceſſitate, omittere non licuit; qvapropter Paſtor ſeu Sacrificulus non tantum Die Dominica & majoribus Feſtis, ſed etiam tempore Qvadrageſimæ, Adventus & qvatuor temporum, templum, cui præfuit, adire, ibiqve non tantum miſſam, ſed etiam preces matutinas & veſpertinas, cantitare tenebatur, niſi exilii pœnam ſubire mallet (a).

§. 36.

---

(21) Gereon. Sancti Gerionis ordo eqveſtris in Palæſtina ab Imperatore Frid. Barbaroſſa inſtitutus dicitur, cui tantum nobiles Germani, ſub Auguſtini regula adſcribebantur, utebantur albo veſtitu cum nigra lanea cruce.

(22) Lucæ 15. Cal. Novemb. Evangeliſta, profeſſione Medicus, Pauli aſſecla, a qvo poſtqvam diſceſſit, in Oriente docuit, de genere & tempore mortis, incertum eſſe pleriqve conſentiunt.

(23) Qvænam ſint & qvales Virgines, qvarum memoriam majores noſtri coluerunt, augurari non poſſum, niſi ſint 1100. qvæ in Calendariis 12. Cal. Octob. adſcribuntur, aut virgines in Anglia combuſtæ. Vid. *BARONIUM* ad annum 807.

(24) Severini 10. Cal. Novemb. circa Annum 473. Noricorum Apoſtolus dictus fuit, eamqve provinciam exemplis & miraculis illuſtraſſe fertur, moritur 482. Sed 488. ejus reliqviæ Neapolin tranſlatæ dicuntur.

(25) Britius idibus Novembr. Turonenſium Epiſcopus, S. Martini alumnus & ſucceſſor, nefariæ cum muliere conſvetudinis inſimulatus, infantem ex ea recens natum per Chriſtum adjuraſſe fertur, ut proderet an Britius ipſius pater eſſet. Tunc infans: Non tu, inqvit, pater meus es; urgente populo ut interrogaret, qvisnam ejus pater eſſet, id ſe, ne noxius proderetur, facturum negavit. Cum autem haud ſecius adverſantium factione pulſus eſſet, Pontif. Rom. appellavit, a qvo cauſa cognita reſtitutus eſt. *BARONIUS* ad Annum 432.

(26) Barbara pridie Non. Decemb. Dioſcori, viri divitis & crudelis filia, qvam pater ipſe, poſtqvam a chriſtiana religione eam nullo modo abſtrahi poſſe, expertus eſt, judicibus tradidit, condemnatamqve ut qvidam volunt, ipſe decollavit, id qvod Nicomediæ in minori Aſia, alii autem Heliopoli factum eſſe aſſerunt.

(a) *Jus Eccleſ.* cap. 8. " Preſtr ſkal fara til kyrkiu þeirrar er hann var lærdr til, oc " ſýngia þar hvern dag helgann at meinlauſu meſſu, óttuſaung og aftanſaung og of

§. 36.

In monasteriis & templis cathedralibus horæ canonicæ observabantur hoc modo: Primo duo cantus matutini, uterqve *Ottusaungr* vocatus: Prior revera pertinebat ad mediam noctem, in memoriam vivificationis Christi, ut & ejusdem ad inferos descensus, qvod utrumqve media nocte factum esse crediderunt, institutus (a). Posterior, seu *hinn efri óttusaungr* in ipsam ottam, seu ultimam noctis partem (b), id est, finem horæ tertiæ

" of lángaföstu oc of jólafaustu og ymbrudaga alla. " ɔ: *Sacerdos templum, in cujus usus instructus est, adeat, ibiqve qvovis die festo, necessitate non præpeditus, missam dicat, & officia matutina & vespertina, ut & per tempus jejunii qvadragesimalis, & adventus, & omnium qvatuor temporum.*

(a) Non qvidem ignari sumus monachorum horas canonicas septem communiter numerari; scilicet Matutinam, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperam & Completorium. Sed Islandos octo numerasse & observasse tam certum est, qvam qvod certissimum: Patet id ex *Skriftabod* Þórláks *biskups*, qvi octo distinctas tales horas enumerat, ut & ex *Laurentii Vita* cap. 43. ubi Laurentius, antiqvi moris tenacissimus, statim post mediam noctem campanas pulsari jussisse narratur, ut clerici, qvi his sacris interfuerunt, ab eorum exitu, ad *Ottusaung* proprie sic dictum, somnum capere possent. Ipse autem in posteriori *Ottusaung* tandem apparuit, eidemqve interfuit, ut & reliqvis cujuscunqve diei sacris. Conf. inter alios *HILDEBRANDUM de precibus Veterum*, qvi etiam fatetur apud qvosdam octo fuisse Horas canonicas.

(b) *Ottam* non esse ipsum medium noctis, sed ejus ultimam partem permultis historiarum & poëmatum exemplis probari potest, qvorum unum ex *Edda* huc transscribere libet, cum de Thoro iter faciente hoc modo loqvitur: *Thorus ibi pernoctavit, sed in* otta *ante diem surrexit, & vestes induit.* Alterum subministrat *Vita Haconis Haconidæ* Norvegiæ Regis. *Rex in Gratta Gróf pernoctavit, in* ótta *cum exercitu proficiscebatur, sed sub diluculum exploratores obvios habuit.* Qvi plura hujusmodi cupit, adeat *PAULI VIDALINI allr dagr til stefnu.* Ubi clare docetur *ottam* esse post mediam noctem. Derivationem vocis *ótta* ab Anglo-Saxonico, *uth* deducunt perillustres & doctissimi viri, qvorum magna nobis veneratio est & amor, *LUDOVICUS HARBOE* Sialandorum Episcopus meritissimus, & *JOH. GRAMMIUS*, qvondam Professor Academiæ Havniensis celeberrimus. Ille in prima Parte *Hist. Reform. Relig. in Islandia;* Hic in *Diatribe de qvarundam Danicarum vocum ex lingva Anglo-Saxonica, derivatione.* Sed nobis qvidem videntur voces *eykt*, *ótta* & *átta*, esse unius ejusdemqve originis & valde cognatæ significationis; nam (α) literæ *kt* & *tt* aut *t* sæpe inter se permutantur, ex gr. in *þótti*, *þókti*, fastus, eg *tykta*, *tytta*, vel *typtu* punio, eg *sótti*, *sókti* adnitebar. (β) Similiter vocales *a o u* aliæqve ut in *Olafus*, *Oleyfus*, & contracte *Alfus*, Olaus. Thorolfus, Thorulfus, Thoralfus, Thorlachus, Thorleychus, Olufa,

tiæ incidit, celebratus, in memoriam resurrectionis Domini, qvam circa hoc tempus accidisse censebant.

Olufa, Alufa, Alofa, fæminæ nomine, *fiór*, *fiár*, mare. *nótt*, *nátt*, nox. *ásión*, *ásián*, facies, aliisqve. Omnes præterea notare temporis partem, & in specie *ottam* & *eykt* certum tempus; illam ultimam noctis, hanc vero ultimam diei partem, in horizonte sibi invicem oppositas, indubie statuimus. Incepit enim *ótta* secundum nostrum concipiendi modum hora post mediam noctem dimidiata secunda, sed in dimidiata qvinta desivit; qvam sedem etiam *eyktæ* post meridiem assignatam fuisse supra ostensum est. Illud autem tempus, qvod veteres vocarunt *hana ótta* latinorum gallicinio, qvod circa aut paulo post horam antemeridianam tertiam incidebat, competere, & *eykt* specialissime sic dictæ oppositum fuisse autumamus. Huc etiam facit vocis in Borringia usus adhuc obtinens, ubi trihorium ab hora matutina tertia ad sextam, tempore hyemali denotat. Dissimulare qvoqve nolumus, nunqvam nos veram percepisse causam, aut sufficientem excogitare potuisse rationem, qvare *ótta* potius ab *uth*, qvam *uth* ab *ótta* derivari debeat, præsertim cum antiqvitus Anglis & Danis eadem fuerit lingva, diversa licet dialectus, qvam Anglos ex Saxonia, id est Holsatia in Britanniam transeuntes attulisse, probabile fit. In mentem itaqve nobis venit, nostrum *ótta* & *óttutid*, pariter ac Anglorum *uth* & *uthen-tid*, ex Latino *matut* & *matutin* corrupta esse, eo qvod monachi suas horas canonicas vocarunt *matutinam*, *primam*, *tertiam*, *sextam*, *nonam*, & sic porro. Sed cum easdem scriberent, abbreviatione plerumqve usi sunt, hoc modo: *Matut*, *prim*, *tertz*, *sext*, *non*; qvas vulgus in communi loqvela eodem modo pronunciasse ex eo fit probabile, qvod ad Reformationem usqve iisdem vocabulis diei horas nominabant, ut ex Breviariis, aliisqve documentis patet, ubi expresse vocantur: nunc *matut*, nunc *ótta*; reliqvæ vero *prim*, *tertz*, *sext*, *nón*; vel etiam *primtid*, *tertztid*, *nóntid*, *sextid*. Vide GRAMMII *fornón*, eodem fere modo ex voce *matut* putamus primo per aphæresin factum esse *atut*, deinde per syncopen *ott* & *uth* & hinc *úthentid* & *óttutid*, qvod tempus antiqva lingva vocabatur *efri hluti nætr*, ɔ: superior noctis pars, " þridiúngr lifdi nætr, " *tertia noctis pars superstes*. Talis enim vocum & loqvendi modorum ex Græca & Latina lingva in nostram vel mera translatio, vel etiam per unam & alteram figuram, corruptio, usitatissima fuit: 1) In illis, qvæ res sacras & ecclesiasticas denotant, ut *kyrkia*, templum, *altare*, altare, *messa*, missa, *eg signi*, signum crucis adhibeo, *signing*, benedictio, *primsigning*, prima crucis signatio, *kross*, crux, *kalekr*, calix, *pátina*, patina, *gráda*, gradus, *hökull*, & in communi loqvela *hekla*, a voce medii ævi hachela. *Biskop*, Episcopus, *prófastr*, præpositus, *ymbra*, qvatuor tempora &c. Qvo etiam spectant *ótta*, a matut, *nón* a nona, (qvod de hora pomeridiana tertia nostra lingva adhuc usurpatur) & reliqva horarum nomina. 2) In communi loqvela, ut *kyrialax*, κυριος αλεξιος, *keisari*, καισαρ, *padreimr*, Hippodromus, *polútasvarf* à πλατιζειν, *mækir* à μαχαιρα, *dör*, à δορυ, hasta, *dóli* à δȣλος, servus, *skodda* à σκοτος, tenebræ, *fátækr*, à πτώχος, pauper, *seckr* a saccus, *ergiur*, a Jurgium, *forsete*, præses, ab Ablat. præside, *kista*, cista & sexcenta alia, qvæ ex regionibus christianæ religioni deditis mercenarios milites,

§. 37.

Tertia hora Canonica dicta fuit, *Prima*, ad horam diei sextam alligata, in memoriam qvod Christus hoc tempore a Judæis, Pilato vinctus traditus fuerat, simulqve ut orarent, vellet Deus solis justitiæ splendore, ita eorum mentes illuminare, qvemadmodum sol naturalis mundum illustrat. Qvartus cantus, *Tertia* dictus, hora antemerediana nona celebratus fuit, in memoriam effusionis Spiritus Sancti super Apostolos, qvam eadem hora factam putaverunt. Qvintus *Sexta* appellatus est, ad horam duodecimam, in memoriam tenebrarum, qvæ Christo patiente acciderunt, tumqve ut Deus se ab æternis tenebris conservaret, petiverunt. Deinde seqvebatur *nona* ad horam pomeredianam tertiam. Hic præcipue sibi in memoriam revocare debebant, mortem Christi, orantes, ut parem sibi ac prædoni promissionem, & post mortem habitationem dare vellet. Septimus cantus fuit *vespertinus* ad horam sextam, in memoriam institutionis Cænæ dominicæ, qvam circa id tempus peractam fuisse rebantur. Octavus deniqve vocatus fuit *náttsaungr*, cantus nocturnus seu Completorium, in memoriam qvietis Christi in sepulchro, simulqve ut suæ mortalitatis recordarentur, & ut orarent, Deus se ab æternis tenebris tandem vellet liberare (a).

§. 38.

Vigiliæ qvidem hoc tempore in ecclesia Islandica receptæ fuerunt, sed multo rariores & minore pompa & ceremoniarum splendore, qvam seqventi-

tes, prædones, peregrinantes, & mercatores domum secum retulisse videntur, tandemqve apud nos civitate, ut ita dicam, donata, pariter ac vox *ótta*, partim in odis *Eddæ*, partim in *SNORRONIS STURLÆI* scriptis aliisqve antiqvissimis documentis reperiuntur. Conf. supr. Per. I. cap. 2. §. 17. Not. (d).

(a) Hæc omnia in schediasmate qvod inscribitur *skriftabod Thorlaci Episcopi*, fuse expressa in compendium redegimus, ubi etiam multos sensus mysticos, non tantum cujusvis horæ seu cantus, sed & cujuscunqve hymni qvi intonabatur, legere licet, qvorum unicum tantum, ut de reliqvis eo facilius judicari qveat, qvin hic inseram, temperare mihi non possum. Dicit scilicet, inter omnes cantus diurnos tres esse horas, primo inter Primam & Tertiam esse tres horas, itidem inter Tertiam & Sextam, & deniqve etiam tres inter Sextam & Nonam, qvi ter repetitus ternarius numerus non sit frustra, sed denotet Sacrosanctum Trinitatis mysterium.

feqventibus feculis celebratæ. Erant autem vigiliæ pro mortuis, qvæ ita fe habebant: Statim poftqvam defuncti fpiritus a corpore feparatus fuit, Presbyter (qvando id fieri potuit) advocabatur, qvi cum amicis defuncti pernoctavit, ex verbo Dei cum eis colloqvens, qvod officium fuccedente tempore, in cultum omnino neceffarium degeneravit (a). Nam mulierculæ & amicæ defuncti etiam claro die & fole rutilante candelas ante tumulos mortuorum accendebant, cibosqve fanctificandos, in cœmeterium attulerunt, ibidemqve vigilias egerunt, precationes recitantes, choragum agente facerdote. Secundi generis vigiliæ in Feftis Sanctorum, in Concilio Aurelianenfi, conftitutæ fuerunt; qvi nocturni conventus mutati funt in pridiana jejunia, & præcedens dies, vigilia appellabatur. Sed horum numerum indicare, & ceremonias in qvibusvis adhibitas, accurate determinare difficile eft, cum pro diverfitate, locorum, temporum & perfonarum, earundem numerus & ceremoniæ diverfæ fuerint (b).

§. 39.

Jejunia varii erant generis, qvædam indicta, qvæ certis temporibus, præcepto ecclefiæ inftituta & mandata fuerunt, ideoqve ratione præcepti omnino neceffaria habebantur; Talia erant: Jejunium qvovis die Veneris inftitutum, excepto folo illo, qvi Pafcha proxime feqvitur; fimiliter etiam noctes eundem diem præcedentes, ab initio hyemis usqve ad Pafcha, excepta tantum Feftum Natalitiorum proxime feqvente. Omnes dies Mercurii ab initio hyemis usqve ad Feftum Nativitatis, nifi incidens aliqvod feftum a jejunio liberaret. A Dominica Septuagefimæ,

X 3 usqve

(a) Origo vigiliarum ex ecclefia primitiva deducenda videtur, cum enim Chriftiani ob metum mortis & perfecutionum, interdiu convenire non auderent, noctu feu ante lucem, in certo loco congregabantur, ibidemqve hymnos cantabant, preces fundebant, agapas celebrabant, & alia pietatis opera exercebant, vide *PLINII Epift.* Lib. 10. Epift. 97. Hunc Vigiliarum morem Carpocratiani imitati funt, inter qvos viri & mulieres, promifcue convenientes, poft concænationes exftincto lumine nefanda qvæqve exercebant, præceptum: *Crefcite & multiplicamini*, hoc modo fe implere dicentes.

(b) Harum qvædam cum jejuniis conjunctæ erant, qvædam vero fecus, eæqve pauciores. Vid. *Jus Ecclef.* cap. 15. Vigilias tandem prohibuit & penitus edicto fuftulit Chriftianus Tertius, Anno 1542.

usqve ad Qvinqvagesimam, alteruter dies semper erat jejunio dandus. A Paschate usqve ad initium hyemis opera sedentaria exercentibus per noctes diem Veneris præcedentes jejunandum erat, exceptis iis, qvæ inter festum Ascensionis & Pentecosten incidebant. Reliqvi autem qvi continue laborabant a nocturno jejunio tempore æstivo liberi erant, nec unqvam ad id obstricti, nisi sex diebus ante Festum omnium Sanctorum & Festum Natalitiorum (a).

§. 40.

Jejunium Qvadragesimale, ita erat observandum, ut a media nocte Dominicam Qvinqvagesimæ antecedente, usqve dum sol montium cacumina, ipso Paschatis festo illustraret, carnibus omnino esset abstinendum. Die Lunæ & Martis in prima Qvadragesimæ hebdomade, bis qvidem cibum capere licuit, sed exclusis carnibus, reliqvis autem diebus, excepto qvovis die solis, semel tantum prandendum erat. Noctes omnes, dies Mercurii & dies Veneris antecedentes jejunio erant dedicatæ, ut & noctes dies Saturni in hebdomadibus qvatuor temporum, & Pascha proxime præcedentes (b).

§. 41.

Tempore Adventus, seu qvatuor hebdomadum ante Natalitia, qvivis dies Veneris una cum nocte, ut & parasceve Natalitiorum jejunio trans-

(a) Hoc non ita intelligendum acsi ab omni cibo hoc tempore abstinere debuerint, tum enim vix vivere potuissent. Sed certum ciborum genus, semel tantum certo cujusvis diei tempore, scilicet ab *eykt*, seu post horam dimidiatam qvintam, usqve ad mediam noctem capere licitum fuisse putamus.

(b) Jejunium qvadraginta dierum tempore Apostolorum primum introductum fabulatur *BARONIUS*. Nam seculo demum secundo, jejunii qvadraginta horarum, ejusqve plane liberi, mentio fit apud probatos Auctores, qvod consistebat, aut in omnimoda abstinentia a cibariis & qvibusvis deliciis, aut in eorundem perparca usurpatione. Jejunium vero qvadraginta dierum, seculo demum qvarto observari cœptum est, sed varie; erat enim vel duarum vel trium; sex vel septem hebdomadum, ad qvod etiam tempus referenda est institutio qvartæ & sextæ feriæ, qvæ procedente tempore ut omnino necessariæ injunctæ fuerunt.

transſigendi erant, ſed diebus Lunæ & Mercurii, niſi dies feſti iisdem inciderent, carnibus abſtinendum (a).

§. 42.

Jejunium qvatuor temporum ſeu ſeptimanarum, qvæ erant, ſecunda Qvadrageſimæ, proxima poſt Pentecoſten, proxima poſt exaltationem Crucis, & tertia Adventus, omnino obſervandum fuit, niſi qvod lacticiniis, veſpera diei Saturni poſt Pentecoſten veſci licuit. Qvicunqve carnibus veſcebatur, tempore qvadrageſimali, qvatuor temporum (b), diebus Veneris & die Saturni ante Pentecoſten, exilio mulctandus erat.

§. 43.

(a) *Jus Eccleſiaſt.* cap. 21. " Jóla fauſtu eigum ver at hallda. Ver ſkulum taka til at " varna vid kiöti annann dag viko þann er drottinsdagar ero þrír á milli oc Jóladagsens fyrſta. Þá ſkal æi eta kiöt á þeirri ſtundu nema annann dag viko, þridia oc " fimta, oc þvattdag oc drottinsdaga, meſſodaga alla lögtekna og Barbaræ meſſu. " Föſtudaga eigum ver at faſta í Jólaföſtu oc næturnar oc hinn nærſta dag Jólum fyri " dagföſtu oc nætur, og fyri hinn þrettánda dag. " ɔ: *Jejunium tempore Adventus nobis obſervandum eſt. A carne abſtinere incipiamus feria ſecunda, ubi tres tantum dominicæ illam inter & primam Natalitiorum diem ſunt. Hoc temporis intervallo non eſt carnibus veſcendum, niſi feria ſecunda, tertia & qvinta, & ſeptima, & qvavis die dominica ac feſto legibus præcepto, & feſto Barbaræ. Qvavis die Veneris per tempus Adventus, & noctibus* (præcedentibus, ut) *& diebus Natalitia & feſtum Epiphaniæ præcedentibus, tam die qvam nocte, jejunium eſt obſervandum.*

(b) Jejunium qvatuor temporum ſub Carolo Magno in Concilio Moguntino, primo inter alia ſancitum eſt, ut qvovis anno obſervaretur, cujus inſtitutionem *BARONIUS* ſuo more, multo antiqviorem faciens, Calliſto Secundo circa annum 226. adſcribit. De his noti ſunt verſus memoriales, noſtra lingva ita ſonantes:

" Öſku, hvítaſunnu, kroſſ,
" oc Lúciu nærſta,
" Midkudag, er eftir, oſſ,
" ymbru, ſett at faſta. "

id eſt:

Poſt crux, poſt cineres, poſt Spiritus atqve Luciæ
Sit tibi in angaria qvarta ſeqvens feria.

Jus Eccl. cap. 22. " Ymbrudaga eigum ver at hallda tólf á tólf mánudum at fauſtu og " næturnar med. " ɔ: *Duodecim qvatuor temporum dies qvovis anno nobis jejunio obſervandi ſunt, uti & noctes.* Et paulo poſt: " Of lángafauſtu, og ymbrudaga, " oc föſtudaga alla, og þvattdag fyri Hvítadag, varþar fiörbaugsgard ef hann etr " kiöt. "

§. 43.

His ſat numeroſis jejuniis accedebant adhuc plus minus 30. abſtinentiæ ſeu jejunia, nam omnes dies, feſta qvæ 33. §pho recenſuimus, præcedentes, ſimplici jejunio dicati fuerunt; ſed pridie feſta Apoſtolorum, Evangeliſtarum & Epiſcoporum qvorundam, integrum nyčthemeron a cibis erat abſtinendum. Qvicunqve carnes hoc tempore comediſſe convičtus erat, trium marcarum ſeu qvatuor Joachimicorum, cum dimidio, reatum contraxit, qvæ mulčta ačtori cedebat (a).

§. 44.

Circa eſum carnium obſervandum erat: 1) Ut nihil ſuffocatum comederetur; qvod autem caſu qvodam vitam amiſit, comedi qvidem licuit, ſed qvinta pars pauperibus danda erat, qvi ſecus fecerit, tres marcas ſolvere tenebatur. 2) Vitulus triduum alendus erat, ſi autem intra triduum mačtaretur, qvinta pars pauperibus cedenda erat. 3) Sues, qvi eqvorum carnes devoraverant, tres menſes emacerandi, & totidem denuo alendi

---

" kiöt. " ɔ: *Tempore qvadrageſimali, qvatuor temporum, qvovis die Veneris, & die Saturni ante feſtum Pentecoſtes, qvicunqve carnem comederit, exilii minoris reus eſto.* Unde diſcitur, horum temporum ſanctitatem inter maximas habitam fuiſſe, cum carnis manducatio aliis jejunii diebus tribus tantum marcis conſtiterit, his autem ſi acciderit, exilio plečtenda fuerit. De vocis *ymbra* derivatione *ARNESENS* Iſlandſke Rettergang cap. 4. §. 10. varias variorum exhibet ſententias, qvorum qvidam eam deducunt ab *imber*, avis cujusdam nomine, qvæ 7. tantum diebus ante Feſtum nativitatis Domini, ſemet conſpiciendam det; qvidam a Latino *umbra*, qvidam ab *imber*, pluvia; Qvidam ab Anglo Saxonico *ymbrinen*, qvod reſpondet Islandico *umm-renni*; qvidam tandem ab Anglico *embren*, cinis. Qvibus qvod addamus nihil habemus, niſi qvod olim, cum ab ore viri doctiſſimi, & nobis nunqvam ſine debita laude nominandi *ARNÆ MAGNÆI*, penderemus, ab ipſo audivimus Danorum *tamper*, & Islandorum *ymbru*, ſimili fere modo a monachorum *qvatumber* ſc. qvatuor tempora, corrupta videri.

(a) *Jus Eccl.* cap. 22. " Of lángaföſtu oc of ymbrudaga, oc föſtudaga alla, og þvattdag " fyri hvítadaga, vardar manni fiörbaugsgard ef hann etr kiöt. Enn of allar föſtu- " tídir adrar verdr madr útlagi um þriár merkr, þótt haun eti kiöt, oc á ſakir " þær ſá er vill. " ɔ: *Tempore qvadrageſimali, qvatuor temporum, qvovis die Veneris, & die Saturni ante feſtum Pentecoſtes, qvicunqve carnem comederit, exilii minoris reus eſto. Omnibus autem aliis temporibus jejunii ſi carnem comederit, tribus marcis mulčtator, ačtionis autem in cauſis illis, qvicunqve voluerit, dominus eſto.*

alendi erant, antcqvam iis vefcendum erat; fi autem humanam guftaffent carnem, femeftri tempore extenuandi, & altero femeftri faginandi fuere. 4) Qvodcunqve pecus hominem occiderat, comedi non licuit, & qvicunqve prohibitorum animalium carnes comedit, exilii pænam fubire neceffum habuit. 5) In infulis conftitutis aut neceffitate adactis, carnes prohibitas aut prohibito tempore comedere eatenus licuit, ut vitam ducerent, nullo modo autem ut pingvefcerent, intraqve feptiduum poftqvam in continentem ve[illegible]ebant, abfolutionem petere tenebantur, ni carnis comeftæ rei haberi vellent. 6) Carnibus eqvorum, canum & qvorumvis aliorum animalium immundorum, ut & avium, qvæ cadavera comedunt, qvicunqve vefcebatur, trium marcarum reatum fibi contraxit.

§. 45.

A jejunandi lege excipiebantur: 1) Infantes, & qvi intra duodecimum annum erant. 2) Senes, qvi annum feptuagefimum expleverant. 3) Prægnantes. 4) Lactantes usqve dum infans triennis effet. 5) Operarii, feu qvi certo cuidam gravi labori, qvotidie peragendo addicti erant. Omnes tamen carnibus fub pæna exilii abftinere & cibo ficco contenti effe debuerunt, qvalis fuit: omne herbarum & leguminum genus, ut & pifces & balenæ, exceptis phoca & rofmaro. Hæc tam ftricte a qvibusdam obfervata fuerunt, ut cibos jejunii, furtis & rapinis acqvirere mallent, qvam jejunium frangere, feu vetitis vefci (a).

§. 46.

(a) Perilluftr. *PONTOPPIDANUS* in *Annal. Ecclef.* Tom. I. pag. 108. de Islandis ex *ÆLNOTHO* hæc adfert: *Norvegi & Islandi ritum qvendam religionis obfervant, fed præ terræ infertilitate victusqve exiguitate, qvadragefimali tempore, illicitos cibos comedunt.* Qvod qvantum ad Islandos pertinet, bono Ælnotho multo facilius fuit dicere qvam probare, fi enim omnes religionis chriftianæ regulas tam fcrupulofe obfervaffent, qvam ab illicitis cibis abftinentiam, boni & fere inculpabiles chriftiani fuisfent. Vid. *Sturlunga* Lib. 5. cap. 35. ubi Urækia Snorronis Sturlæi filius, rufticum qvendam, qvi cibos jejunii vendere detrectavit, occidit, cibumqve rapuit. Unde liqvet, qvod furto & homicidio, qvam prohibiti cibi manducatione, femet contaminare maluerit: " Einar het gódr bóndi, hann hafdi nægd af föftumat, rafa, fifka, " oc riklinga, hann hafdi oc komit vid hval um fumarid. Urækia fendi menn til " hanns, þeir föludu föftumat, enn hann vildi engann felia, baud þeim vætt hvals

" oc

§. 46.

Et hæc qvidem ſunt jejunia legibus præſcripta & inſtituta, præter qvæ alia etiam, in horum temporum hiſtoriis, non raro occurrunt, in qvibus erant: 1) *Voluntaria*, cum qvis ex propria devotione, jejunii & abſtinentiæ, vel ab omni, vel certo cibo, certum tempus elegit. 2) *Votiva*, qvando, vel ex voto ordinis alicujus monaſtici, vel ex voto peculiariter nuncupato, qvidam ſe ad certi alicujus temporis jejunium obligavit. 3) Qvædam *injuncta*, qvæ a ſacerdotibus in confeſſione, ob commiſſa peccata injungebantur. 4) *Conſilii*, qvæ ad majorem perfectionem acqvirendam eligebantur. 5) Qvædam *conſvetudinis*, qvando in hac vel illa provincia jejunium, aliqvod conſvetum fuit. 6) Qvædam *extraordinaria*, qvæ una vel altera perſona, vel etiam integri tractus aut regionis incolæ pro ratione accidentium cauſarum ſibi ipſis ad tempus ſumſerunt. Horum omnium in eccleſia noſtra antiqvitus non obſcura veſtigia inveniuntur, qvæ pleraqve cum tempore in jejunia indicta aut inſtituta tranſierunt.

§. 47.

Ad jejunia etiam pertinet diſcrimen ciborum, ſeu gradus jejuniorum ex diſcrimine ciborum pendens, qvale *jejunium aqvæ*, in qvo omnino nihil præter aqvam guſtare licuit; *jejunium ſiccum*, in qvo tantum ſiccis cibis uti licuit, qvi qvales fuerint ſupra § 45. diximus; *Indulgentia lacticinii*; ſeu qvando licuit ſemel in die lacticiniis aut ovis veſci. Nec tandem prætereundum, qvod nullis omnino feſtis jejunandum erat.

§. 48.

„ oc adra riklings, en þeir vildu þad ei, oc hlupu inn í húſinn, enn Einar hlióp „ í dyr. Þeir hrundu hönum út oc drápu hann. Eftir þad hlódu þeir teinæring „ med mat oc fóru heim í Vatnsfiord. „ ɔ: *Einar nomine erat colonus opulentus, qvi copiam habuit cibi jejunio adhibendi, pinnas ſolearum, piſces, & fruſta ſolearum arefacta; ille etiam æſtate* (præcedenti) *balenæ qvoddam ceperat. Urækia viros ad eum miſit cibum jejunii licitatum, ille autem nullum vendere voluit, octogepondium tamen* (carnium) *balenæ, & tantundem ſolearum arefactarum obtulit, qvod illi reſpuentes, ædes incurrebant, Einar autem in fores repente ſe contulit. Illi hunc foras expulſum occidebant. Navigium poſtea decem remis agitandum cibo onerarunt, & domum Vatnsfiordum ſe contulerunt.*

§. 48.

Nec ſine pompa & ceremoniarum plauſtris *templa inaugurabantur.* Ad eorundem inaugurationem cum ordinator, præſente clero, jejuniis ſeſe præparaſſet, codicillis templi inſcripſit catalogum bonorum, & ſanctarum reliqviarum, qvæ altari erant includendæ, circa qvas noctu vigiliam egerunt, duobus accenſis luminibus. Orto autem ſole, omnia ad ordinationem neceſſaria, qvalia erant, ſanctum chriſma, oleum, ſal, vinum, cinis, hyſſopus, candelæ, thus, thuribulum, prunæ, mappulæ, & id genus alia, præparata ſuis locis diſponebantur. Intra templum duodecim cruces, tres ad qvamvis plagam formabantur, & ſupra qvamvis ardens candela, qvibus peractis, Epiſcopus coram altare ſedens, indicat concioni, cui templum ſit dedicandum, qvæqve ſanctæ reliqviæ ibi ſervandæ. Hinc ex templo, cum univerſo clero & populo, excepto tantum unico diacono, egreſſus, & mox veſtibus ſacris aſſumtis, per modum proceſſionis ad templum revertens, populum aqva conſecrata aſpergit, clero hymnos & litanias ad omnes ſanctos intonante; templum deinde dextrorſum circumiens, parietes in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti, aqva ſacrata aſpergit. Sed cum ad fores perventum eſſet, precatiunculam murmurat, baculoqve oſtium pulſans, dicit: *Principes terræ debent portas aperire, ut introëat Rex gloriæ.* Cui reſpondit incluſus Diaconus: *Qvis eſt ille Rex gloriæ?* Regerit Epiſcopus: *Deus fortis & potens in prælio.* Poſtea iterum tertioqve templum circumit, iisdem plane ceremoniis, niſi qvod ultima vice ſiniſtrorſum proceſſio inſtituatur; cumqve tertio qvæſiverit Diaconus: *Qvis eſt ille Rex gloriæ?* Reſpondit Præſul: *Dominus Zebaoth Rex gloriæ, aperi, aperi, aperi!* Apertis deinde foribus ſupra easdem baculo, crucis ſignum facit: Hinc cum paucis intrans, januam claudit, dicens: *Pax huic domui:* dumqve qvædam antiphonæ & hymnus; *Veni Creator Spiritus*, canuntur, ſanctusqve cui templum dicandum eſt, invocatur, cinerem in pavimento ſpargit, crucis formam in cinere ſignat, in qva ad ſiniſtram literas græcas α. β. γ. ad dextram vero latinas format. Deinde accepto ſale, aqva & cinere omnes diabolos & larvas exorcizat, adjuratqve, ut nunqvam reverſuri procul faceſſant. Hinc ex oleo, aqva, ſale & vino mixturam facit, adqve januam progrediens, baculo limen & antes cruce ſignat, manu pectus pulſat, & precationem ſuſurrat. Inde ad aqvam conſecratam, & mox altare reverſus, illud, dum canitur qvædam antiphona, multis crucibus & aqvæ aſperſionibus, in gloriam Dei,

ſanctiſſimæ virginis, & omnium Sanctorum, in memoriam Sancti N. ſepties circuit, qvod dum ultimo agit, intonatur ex *Pſ.* 51. *Aſperge me Domine hyſſopo*, &c. Qvo facto, in templo ter dextrorſum totiesqve ſiniſtrorſum circumit parietes, pavimentum, tectumqve circum circa aſpergens & cruce ſignans, adhibitis precationibus & cantu. Deinde reliqviis proceſſionis modo, templum circumlatis, ſellæ ante fores inſidens concionem habet ad populum, de efficacia inaugurationis, qvidqve unus qvisqve ejus actus ſignificet, & de decimis rite ſolvendis, fundatores autem monet, ut templi latiſundia dilatent, qvod cum ab illis promiſſum eſt, ſpondet illos participes fore in omnibus templi benedictionibus & indulgentiis, qvi actus cum reſponſorio & precatione concluditur. Surgit deinde conſecrator, pollic eqve chriſmate illito, fores cruce ſignat. Hinc ad altare ſe conferens, illud, antiphona, precatione, chriſmate, incenſo, crucibus & cantu conſecrat, ibiqve reliqvias recondit. Inter canendum templum denuo intus circuit, polliceqve chriſmate intincto, duodecim illas cruces ungit, ad unam qvamqve dicens: *Sanctificetur & conſecretur hoc templum, in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti, & glorioſæ virginis Mariæ & in memoriam omnium Sanctorum, in memoriam Sancti N.* Qvibus dictis coram iis incenſum facit, poſthac, qvinqve crucibus ex thure factis, iisdemqve incenſis, precationem & antiphonam intonat. Omnibus hiſce perfectis, altare & templum purgantur, cinis effertur, miſſa ſolenniter celebratur, & benedictio ingentesqve indulgentiæ, præſentibus atqve futuris templi freqventatoribus promittuntur. Tandemqve lauto convivio tota feſtivitas concluditur (a).

§. 49.

(a) Poſt talem conſecrationem non modo ita ſacroſancta habebantur templa, ut eorum violatores proſcriptione digni putarentur, ſed tanta ſuperſtitione colebantur, ut nonnulli maxima patrare flagitia, haud dubitantes, illis ullo modo nocere vererentur, ut inter alia patet ex exemplo Gudmundi Dýre, qvi villam Lónguhlíd cum domino & familia comburens, pro templi incolumitate vota ſuſcepit: *Sturlunga* Lib. 3. cap. 21. " Vindr " var á, oc vőru menn hræddir at elld mundi leggia ad kyrkionne, þá het Gud- " mundr, at gefa kú til kyrkio, ef hana ſakadi ei. Þá fell vedrid í logn, oc því " næſt kom guſturinn af kyrkiunni, og lagdi burt elldinn allann, oc þá mátti hvörgi " komn nærri henni elldurinn. " ɔ: *Ventus ſpirabat, & timebatur ne ignis ad templum deferretur: Tum Gudmundus votum nuncupavit, ſe vaccam templo donaturum, ſi illud nihil detrimenti caperet. Tunc ventus in aërem tranqvillum deſiit, cui deinde ſpiramen de templo ſuccedebat, qvod flammam penitus abegit, ita ut ignis templum neqva-*

§. 49.

Altaria si *dedicanda* erant, episcopus intonans Psalmum: *Deus in adjutorium meum intende*, chrismate accepto, qvatuor cruces in qvatuor ejus partibus formavit, qvod cum septies circumiisset, ipsumqve ut & parietes aqva consecrata adspersisset, reliqvum vero aqvæ ad pedem altaris effudisset, reliqvias sanctorum & tria thuris grana in altari recondit, qvibus tabulam imponit cruce signatam, hanc pronuncians Collectam: *Deus qvi ab omni cooptatione sanctorum* &c. Hinc lapidem altaris (a) oleo & thymiamate ungit, atqve denuo orat: *Deus qvi altaria nomini tuo dicanda sanctificas, præsta qvæsumus, ut qvod nostra fragilitas non meretur, intercessione beati N. hic spiritus tui plenitudo descendat, qvi & munera nostra sanctificet, & indulgentiam nobis tuæ pietatis obtineat, per Dominum* &c. Deinde suffitu in altari facto, per diaconum illud pretiosis pannis vestiendum curat, oratqve: *omnipotens sempiterne Deus;* Qvibus rite peractis candelæ accenduntur, & missa celebratur.

neqvaqvam attingere posset. Nonnulli etiam criminis cujusdam sibi conscii, vitam potius ponere voluerunt, qvam templa sua præsentia polluere. Lib. cit. cap. 25. " Þá sagdi Erpr prestr, at Hákon skyldi fara í kyrkio, enn Hákon mælti, ei er mer " lofad í kyrkio at gánga, prestr sagdi: eg mun þat ábyrgiast, þótt þú fordir lifi " þíno þángat. Hákon mælti, ei mon eg í kyrkio gánga medan mer er æi lofad, " enn ef þeir giöra mer nockut, þá er þat þeirra. " ɔ: *Tunc sacerdos Erpus Haconem monuit, ut templum intraret, Hakon autem regessit: templum intrare mihi non est licitum. Sacerdos respondit: meo erit periculo, qvamvis vitæ conservandæ ergo illuc te conferas. Hakon regessit: Qvamdiu mihi non est licitum, templum haudqvaqvam intrabo, qvod si me illi læserint, eorum sit* (*periculo*). Simile qvid de Gudmundo qvodam legitur, ibidem Lib. 4. cap. 20. Qvorum utriqve superstitio capite stetit.

(a) Sub lapide hocce, qvi nostra lingva vocatur *Paxspialld* seu Tabula pacis, qvandoqve sed raro invenitur schedula. Nobis duas, unius apographum ex diœcesi Holana transmissum videre contigit; Alteram hic in Skalholtensi repertam, membraneam qvidem, sed vetustate detritam & a blattis & tineis adeo læsam, ut legi non posset, conjectura tamen tantum asseqvi se potuisse Parochus satis doctus & harum rerum non incuriosus dixit, qvod Sancti Johannis nomen inscriptum ei fuisset, una cum die consecrationis; Hic etiam signum crucis conspiciebatur, & subtus, ut ratus est: *Pax vobiscum* aut *tecum*, penitus enim deperdita erat prior voculæ pars, unde mihi in mentem venit, posse lapidem inde nomen sortitum fuisse, qvasi in sanctissimo hocce loculo, fons & origo pacis habitaret, & conservari deberet, indeqve ad omnes templum intrantes & altare adeuntes promanare, sed conjectura est qvam nomini obtrudimus.

§. 50.

Nec defuerunt *campanarum confecrationibus* fuæ ceremoniæ, ipfis enim, priusqvam rite confecratæ & baptizatæ fuerunt, uti piaculum erat. A templi itaqve Patrono, non paucis compatribus invitatis, accenfisqve haud paucis luminibus, adeft epifcopus, officii infignibus fpectabilis, qvi fale campanam fricat. Deinde in genua adftantes procumbunt, ipfoqve verba præeunte, orant ut Deus velit, per baptifmum conferre campanæ efficaces fonos ad fuum munus perficiendum. Hinc eandem oleo linit nomenqve ejus fibi indicari poftulat; qvo facto eam aqva confecrata ter perfundit, in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti, cruccsqve facro chrifmate depingens, albis eam veftibus induit, compatrum autem qvidam, manibus hancce filiolam cominus e facro lavacro allevant, qvidam autem, qvi propius accedere neqveunt, eminus funiculis fuo officio fatisfaciunt, tandemqve ei qvisqvis aliqvid muneris offert (a).

§. 51.

Vota fæpiffime nuncupata fuerunt, nunc de peregrinationibus, ad loca facra, non raro a piis perfectioris fanctitatis acqvirendæ, facinorofis vero, remiffionis peccatorum potiundæ gratia (b). Nunc de monafteriorum exftructionibus, aut ditationibus, vel etiam vita monaftica, a viribus deficientibus feculi aut fenefcentis fortunæ tædio captis; Iis enim fe includere non mediocris habebatur pietas, Magnatibus præcipue confveta (c). Nunc de rebus non magni momenti; ea plerumqve aut mortuis

(a) Qvam multa vana & fuperftitiofa antiqvitas campanis tribuerit, legi poteft apud *VIERUM, de præftigiis dæmoniacis.* Lib. 1. cap. 9. Præcipui earum ufus his verfibus comprehenduntur.

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego clerum,
Defunctos ploro, nimbum fugo, feftaqve honoro.
Item: *Vox mea eft Bamban, poffum repellere Sathan.*

(b) De prioribus vide infra Not. ad §. 59. ad pofteriores pertinet *Sturlunga* Lib. 2. cap. 54. " Eftir þad beiddift Þórlaug at fara af landi burt, oc qvadft heitid hafa Rómferd finni í vanmætti fínum. " ɔ: *Poftea Thorlauga difceffum e patria flagitavit, afferens, fe de peregrinatione Romam inftituenda, ægrotantem votum voviffe.*

(c) Exemplo fint Thorgilfus Oddi, Gudmundus Dyre, Gudmundus Griis; Thorvaldus Giffuri,

mortuis aut ſanctis nuncupabantur; nec tamen ſemper bona fide ſoluta fuerunt (a).

§. 52.

Juramenta varia fuerunt & varie exercita. Qvædam fiebant per verum Deum & vocata fuerunt *bókar-eidr*, eo qvod jurans librum manu tenuit (b). Haud raro etiam adhibebatur ordalium, qvod, qvorundam ſententia, in locum monomachiæ ſucceſſit (c). Fuit autem ordalium

(a) veri-

Giſſuri, Giſſurus Thorvaldi & alii. De Gudmundo Grís *Sturlunga* ita: " Hann " giordi eftir gudſpiallamannanna ordum, ſkildiſt vid allt ſitt ſe oc vini á einum " degi oc gaf ſig í múnklífi. " ɔ: *Ex Evangeliſtarum præſcripto, omnes ſuas facultates & amicos una die reliqvit, & monaſticam elegit.*

(a) Eorum magnum numerum ſuppeditant hiſtoriæ, qvorum pleraqve ejusdem ſunt farinæ, duo ſaltem, huc transſcribere juvat: *Sturlunga* Lib. 7. cap. 29. " Þá het Þórdr á " gud almáttugan, ſánctam Mariam oc hinn helga Olaf Kóng til árnadr ords. Var " því þá heitid, at allir þeir menn, er þar vóru med Þórdi, ſkyldo vatnfaſta allar " föſtunætur innan þeirra tólf mánada oc faſta alla laugardaga til vetrar framan. " oc láta kaupa tólf mánada tídir fyre ſál Haralds Kóngs Sigurdarſonar. var þá feſt " heitid med handtake. " ɔ: *Tunc Thordus votum vovit Deo omnipotenti, Sanctæ Mariæ &, ut intercederet, Sancto Olao Regi. Votum tunc nuncupatum fuit, ſingulos ibidem cum Thordo conſtitutos, omnes noctes dierum Veneris illo anno præcedentes jejunio aqvæ transacturos, qvovis autem die Saturni uſqve ad hyemem jejunaturos, & inferias per ſolidum annum in gratiam animæ Regis Haraldi filii Sigurdi impenſis ſuis fieri curaturos. Votum deinde ſtipulatis manibus confirmabatur.* Et Lib. 10. cap. 7. " Þá var mikill vetr, oc felldu menn miög ſe ſitt. Þat vor á vorþingi " ſtofnadi Giſſur Jarl heit til Guds oc hins helga Olafs Kóngs, at vatnfaſta ſkyldi " jafnan fyre Olafs meſſo alþýda manna á Iſlandi. —— ſiálfann Páſkadaginn let " Sigurdr biſkup feſta heitid í Skálhollti. " ɔ: *Hyems tum erat acris, & pecora magno numero interiere. Eodem vere Comes Giſſurus in comitiis vernis votum Deo & Sancto Olao Regi nuncupandum propoſuit, univerſos Islandiæ incolas, ante feſtum Sancti Olai jejunium aqvæ obſervaturos. —— ipſo Paſchatos die Epiſcopus Sigurdus votum Skalholti confirmari fecit.*

(b) *Kriſtin Rettr* cap. 29. " Hann ſkal taka bók í hönd ſer eda kroſſ, oc nefna vatta at " því vetti, ſkal hann qveda at ek vinn eid at bók, oc ſegi ek þat Gudi, at ek &c. " ɔ: *Manu librum vel crucem aſſumat, & teſtes in id teſtimonium denominabit, & dicat: Ego ſuper librum juramentum præſto, & Deum conteſtor, me &c.* Conf. Grágás in Þingſkapar Þætti.

(c) Monomachiæ, noſtra lingva *Hólmgaungr*, an recte ad jurisjurandi ſpecies referantur & qvod

qvod ordalium illis successerit ut qvidam volunt magnopere dubito: Nam ut ordalium vere juramenti species fuit, ita monomachia sententiæ decisivæ vices præstitit. Ordalia etiam ante monomachiæ perfectam eliminationem introducta & in usu fuisse innuit *Liosvetninga Saga*, qvæ cap. 23. mentionem facit ordalii, sed post narrationem biennii aut triennii gestorum, cap. 29. Eyolfum a Thorkelo ad monomachiam provocatum fuisse dicit. Abolita autem videtur monomachia non simul & semel, sed successive. Primo qvidem ex legibus proscripta fuit circa annum 1012. ut nos docet *Gunnlogs Ormst. Saga* cap. 11 " Gunnlaugr mælti: Nú fyre þat, vil ek bióda þer " hólmgaungu her á þinginu at þriggia nátta fresti. Hrafn svarar: Þetta er vel " bodid, sem von var af þer, oc ein ek þess albúinn, þegar þú villt. Þetta þókti " illt frændum hverutveggia, enn þat vóru lög í þann tíma, at bióda hólmgaungr, " sá er varhluta þóttist hafa ordid fyre ödrum. " ɔ: *Gunnlogus regessit: ideo ego monomachiam hic in foro ante tertiam noctem committendam tibi offero. Hrafn respondit: egregia est conditio, ut de te speranda erat, qvam, ubi libuerit, acceptabo. Hoc utriusqve consangvineos male ussit, tunc autem temporis legibus cautum erat, ut qvi alteri succumbere sibi visus esset, duellum offerret.* Ubi, ut in aliis, qvæ adferri solent exemplis, monomachia, non juramenti loco, sed ut sententia decisiva adhibetur. Et paulo post, cap. eod. " Enn annann dag í lögrettu, var þat í lög sett, at af skylldu " takast hólmgaungur her á Islandi, oc var þat rád allra hinna bestu manna. Þessi " hefer verit sídurst framin hólmgánga á Islandi, er þeir Gunnlaugr oc Hrafn " bördust, og þad hefer verit hid þridia þíng fiölmennast, annat eftir brennu " Niáls, enn þridia eftir Heidarvíginn. " ɔ: *Postridie in Comitiis generalibus lex sancita est, ut monomachiæ hic in Islandia abrogarentur, qvam in sententiam omnes viri optimi iere. Hoc ultimum in Islandia duellum fuit, qvod Gunnlaugus & Hrafn commisere; hæc etiam comitia tertia freqventissima exstitere, secunda qvidem juxta* (comitia post) *incendium Niali, sed tertia juxta* (comitia post) *cædes Heidenses.* Qvando hæc acciderint, pro certo vix potest determinari, cum chronologia hic valde sit perplexa: Innuit enim Auctor factum id esse post *Niáls-brennu*, id est 1011. & post *Heidarvígin*, id est post Annum 1015. vid. *Grettlu* cap. 30. & 31. sed tamen regnante in Norvegia Comite Erico & in Orcadibus Sigurdo. Atqvi Ericus regnare desiit & Norvegia excessit Anno 1012. & Sigurdus circa 1014. ergo hic necessario erratum qvoddam agnoscendum est, qvod chronologis extricandum relinqvimus. Interim, statuimus hæc facta esse Anno 1012. aut 1013. vivo adhuc Sigurdo Orcadum Comite & regnante in Norvegia, non Erico, (qvi Gunnlogo adeo infensus fuit, ut (paucis ante annis) de eo diceret cap. 5. " Verdi hann í burt sem skiótast, oc komi " alldri í mitt ríki ef hann vill grida nióta. " ɔ: *Qvam citissime abeat, nec unqvam in regnum meum revertatur, si saluti suæ consulere optat.* Ut verisimile non sit Gunnlaugum iterum Ericum adiisse, ut vult eadem historia) sed Svenone ejus fratre, qvi Anno 1012. Erico successit & 1015. regnum amisit. Sed hos loqvendi modos: " Annat eftir brennu Niáls, oc þridia eftir Heidarvígin, " non ad chronologiam aut ordinem rerum gestarum, sed ad freqventiam hominum qvi præsto fuerit, referendos esse statuimus. Monomachiæ autem in recentioribus Historiis nominantur & indictæ qvidem, licet actu non exercitæ fuerint. Conf. *Liosvetninga Histor.* cap. 17. qvod etiam circa annum 1012. aut 1013. accidisse videtur, & tandem ejusdem cap. 29.

qvod

(a) veritatis, per geſtationem ferri candentis, probatio, qvam ſæpius reus ipſe peregit, qvandoqve autem alius ejus loco (b), ad qvam ſe jejunio & certis cæremoniis præparavit, qvod juramentum haudqvaqvam ſemper bona fide præſtitum fuit (c). In Norvegia hunc jurandi modum Vilhelmus

---

qvod ex Auctoris calculo ad tempora Iſleifi Epiſcopi, ɔ: ad Annum 1057. referendum eſt. vid. cap. 23. Adeo ut Iſleifo Epiſcopo monomachiarum totalis abolitio adſcribenda videatur. Sed de rebus tam incertis nemini litem movebimus. Plura de monomachiis ſi qvis deſiderat, adeat *ARNESENS* Iſlandſke Rettergang cap. 7.

(a) Ordalium a Germanorum *Urtheil*, judicium, noſtra lingva *Gudsdómr*, Dei judicium, item *ſkírſla*, purgatio, peragebatur, nunc per aqvam frigidam aut calidam, nunc per geſtationem aut calcationem ferri candentis; In Islandia portatio ferri candentis uſitatiſſima fuit. Unde hoc jusjurandum vocabatur, *Járnburdr*, geſtatio ferri. Qvod cum proprio periculo qvidam ſe huic jurijurando objecerint, docent exempla; *Liosvetninga Saga* cap. 23. " Skírſla ſkylldi vera í Laufáſi; enn ſá preſtr het Ketill er " giördi ſkírſluna, er kalladr var Mödruvallinga preſtr. Þá var í Skálhollti Iſleifr " biſkup. Sídan faſtadi hann, enn Eyólfr baudſt nú til at ſiá ſkírſluna, oc qvad " audveldt, at þeir vildu enn tefia málit, oc ſkal því meiri hug áleggia eftir at ſiá: " Þórkell kom oc var nú leyſt til handarinnar. Preſtr veitti ei ſkiót atqvædi. Þá " mællti Þórkell: Því ertú ſva mikill verfedrúngr, at ſegia ei, at hún er brunnin. " oc nefndi ſer vatta at því. Preſtr mælti: Nú fer úlidliga, er þid dæmit oc takid " málid fyri hendr mer fram, er eg á atkvædid at veita, oc ſkal vera enn tilraun " önnur ſkírari. " ɔ: *Purgatio* (per ordalium) *Laufaſi peragenda erat, Ketell vero nomen erat ſacerdoti, qvi ſacerdos Mödruvallenſium communiter appellabatur. Tunc temporis Isleifus Epiſcopus Skalholti ſedebat. Ille poſtea jejunabat, Eyolfus vero ſe purgationi ejus jam adfuturum obtulit, aſſerens liqvidum eſſe, illos eventum cauſæ adhuc retardare conari, qvare, inqvit, eo majori ſtudio obſervabo. Thorkell adfuit, & manus detecta fuit. Sacerdos ſententiam non celeriter dixit; Tunc Thorkell, cur, inqvit, tam degeneras, ut dicere hæſites, eam aduſtam eſſe? Cujus & rei præſentes anteſtabatur. Sacerdos reſpondit: Haud dextre hæc procedunt, vos ſiqvidem judicatis, & ſententiam, qvæ mihi dicenda competit, mihi præripitis, & adhuc aliud magis luculentum tentamen inſtituetur.*

(b) Qvod qvidam etiam pro aliis hoc jusjurandum obtulerint, & ſubdole præſtiterint conſtat ex *Sturlunga* Lib. 2. cap. 11. ubi Adalricus ſacerdos, ad liberandum concubinam ſuam a furti ſuſpicione, promiſit ſe ferrum portaturum, qvod qvomodo præſtiterit ſupra §. 7. attulimus. Conf. ejusd. Lib. cap. 14. ubi Grimus qvidam, loco Thorvardi Thorgeirii & Ingveldæ Thorgilſi, ferrum revera, ſed ſubdole, portaſſe refertur.

(c) Qvod certæ cæremoniæ adhibitæ fuerint, & parvula earundem immutatio, ut defectus, aut occultatio ferri conſecrati, & huic rei deſtinati, aut etiam jurantis erratum vel offen-

mus Episcopus Sabinus & Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, circa annum 1247. sustulit;

---

offensiuncula, hunc jurandi actum impedire potuerint, & qvibus technis res subinde acta fuerit, docent *Hákonar Saga* & *Grettla*, qvarum verba, cum universum hoc negotium egregie illustrent, hic adscribere non gravabor. *Hákonar Saga*: " Þá geck Inga Kóngs módir til Pèturs kyrkio oc fastadi þar til járns, sem sidr er til. Enn " þá er járnit skyldi bera var því á braut skotit leyniliga. " ɔ: *Tunc Inga Mater regia, templum Petri adiens, jejunio se ad ordalium, ut moris erat, præparavit. Ubi autem ferrum erat portandum, clam subductum fuerat.* Et alibi: " Eftir þessa " stefno, geck Konúngs móder til kyrkio, og fastadi til járns. Þessir menn föstudu " med henni: Sigurdr Konóngsfrændi, Dagfinnr Bóndi, Andres Skialdarband oc " enn fleyri adrir. Enn tólf menn vóru fengnir til at gæta utan kyrkionnar, at " eigi kvæmi ummspillendr til. Sá madr var med Jarli er Sigar het, vitr oc mentr " vel, oc lezt vera vinr Konóngs mikill; hann geck til Dagfinns bónda, óþins dag, " ádr járnit skyldi bera oc mælti: Veit ek at þer erud hugsiúkir miöc of ydart mál. " Enn med því ek vil Konónginum gott, þá vil ek fá til eina list, þá er ecki skal " til skada. Eg hefi þat eitt gras, ef ek ryd því á hönd Konóngs módur, at ecki " skal saka oc hún skal óryggiliga bera mega þetta járn, oc skír verda. Dagfinnr " Bóndi svarar: Gud þacki þer sannann gódvilia, þú ert vitr madr, eda hvar vex " þetta gras er svá mikinn kraft hefer med ser? Sigar svarar: Þetta gras vex á þínom húsum í Biörgvíu oc hvers annars. Dagfinnr svarar: Engi lyf edur lækning " skulo ver til þessa hafa, nema þær einar er Jesus Christus vill giöra vid sinni miskunn, enn þú far í brott med skrum þitt, oc skaltu fara vonda ferd, ef þú " mælir þetta oftarr. Um daginn eftir príma bar Konóngs módir járn oc fór þat " et bezta til vegar, þar var vid Konóngr og Erkibiskop oc adrir landshöfdingiar; " þar var oc Jarl af Orkneyjum. " ɔ: *Post hæc comitia Mater regia templum adiit, & jejunio se ad ordalium* (subeundum) *præparavit. Hi viri unacum illa jejunabant: Sigurdus Regis cognatus, Dagfinnus Colonus* (Bondi), *Andreas Skialdarband, & alii complures. Duodecim autem viri qvi extra templum, ne corruptores qvid valerent, dispositi erant. In familia Comitis vir degebat nomine Sigar, sapientia & artibus liberalibus imbutus, qvi magnam in Regem amicitiam præ se ferebat. Hic die Mercurii ordalium præcedente, Dagfinnum Colonum adit, inqviens: Scio vos de vestra causa admodum esse sollicitos, cum autem Regi optima qvævis cupiam, artificium adhibebo, ut nihil detrimenti eveniat. Est mihi herba, cujus* (succo) *si manum Matris regiæ illinivero, nihil ei nocebit* (ignis), *sed ferrum secure portabit, & se purgabit. Dagfinnus Colonus regessit: Deus tibi solidam remuneretur benevolentiam, tu vir es sapiens, sed ubi qvæso hæc herba, tantis viribus prædita, crescit? Sigar respondit: Hæc herba Bergis supra tuas ædes, & qvorumvis aliorum, crescit. Dagfinnus regessit: Nullum medicamen aut antidotum hic adhibebimus, præter ea qvæ Jesus Christus sua clementia conferre dignatus fuerit, tu autem jactator apage, & si talia sæpius locutus fueris, male mulctaberis. Die* (præstituto) *Mater regia ferrum post primam* (horam canonicam) *portavit, qvod felicissime succedebat; Rex, Archiepiscopus,*

episcopus, *&* *alii Magnates adfuere*, *ibi etiam Comes de Orcadibus aderat.* Et *Grettla* cap. 41. pag. 11 . 118. " Kóngr mællti: Unna viliom ver þer at bera járn
" fyre illmæli þesso, ef þer verdr þess audid. Gretti líkadi þetta vel, oc tók nú at
" fasta til járns. Þá kom sá dagr, at skírslan átti at ske. geck kóngr, biskup og
" Grettir oc fiöldi fólks til kyrkio, því mörgum var forvitne at siá Grettir, so mikit
" sem af hönum var sagt. Var Grettir leiddr fram; litu margir til hanns oc sögdu
" hann ólíkann ödrum mönnum edr flestum sakir afls oc vaxtar. Geck nu Grettir
" innar eftir gólfinu. I því kom piltr fram hlaupandi, frumvaxta, ósvífligr oc
" mællti til Grettis: Undarlegr háttr er í landi þessu, at illvirkiar, þiófar oc ráns-
" menn skuli fá skírslu, því vitid at þessum verdr lítid fyrir at forda lífi sínu.
" Þessi er ódádamadr oc sannreindr at hann hefer mennina inni brendt, oc er þetta
" ógudligt af hönum skírslu at taka. Fór þessi framan ad Gretti, skók höfudid oc
" retti ad hönum fíngurnar, kalladi hann mordingiason oc mörgum skemmilegum
" nöfnum. Gretti vard skapbrádt vid þetta oc stödst þad ei: Sló pilltinn undir
" vángann, so hann lá í óviti, sumir segia hann hafi dáit, oc sást ei meir; vissi engi
" hvadan hann kom eda hvad af hönum vard. Meintu margir þat hefdi verid
" óhreinn andi, sendr til óheilla vid Grettir. Vard nú hark mikit, var suo sagt
" kóngi at sá berdist nú sem fastast, sem járnid átti at bera. Kóngr mællti: mikill
" ógæfumadr ertu Grettir! oc mun hana ei hægt at skapa. —— Grettir mællti,
" eg vil færast undan brennumálinu. Þat mun líkligt segir Kóngr, at þú munir
" þá ei viliandi brent hafa, enn sökum þolleysis þíns vard þer þad ei audid. "
ɔ: *Rex respondit: Ut criminis hujus te*, *si contigerit*, *ordalio purges*, *concedimus.* *Gretter hanc* (conditionem) *lubenter acceptans*, *jejunio se ad ordalium* (subeundum) *præparare cæpit. Die*, *qvo purgatio peragenda erat*, *adventante*, *Rex*, *Episcopus*, *Gretter*, *&* *multa hominum freqventia*, *templum adiere*; *plurimi enim Gretterem*, *de qvo tanta fama emanaverat*, *videndi erant avidi. Gretterem productum multi intuentes*, *cæteris hominibus*, *aut plurimis* (saltem), *robore &* *statura dissimilem deprædicabant. Gretter per pavimentum introrsum ambulabat*, *eodem momento puerulus præcox &* *procax*, *procurrens advenit*, *&* *Gretterem allocutus est: Mira est hujus terræ consvetudo*, *sceleratos*, *fures*, *&* *latrones purgari concessum esse*, *certum enim est*, *tales vitam haud scrupulose conservare conari. Hicce atrocissimi criminis reus*, *&* *qvod homines istos unacum domo combusserit*, *plane est convictus*, *adeoqve impium est purgationem ei concedere. Faciem iste Gretteris petens*, *capitis motu*, *&* *digitis exporrectis*, *illum irritans*, *filium sicarii*, *&* *multis famosis nominibus* (Gretterem) *compellabat. Gretterem excandescentem patientia deseruit*, *qvi puerulo colaphum impegit*, *ita ut animo linqveretur*, *qvidam eum exspirasse asserunt*; *is etiam disparuit*, *nec ullus scivit unde venerat*, *aut qvid de illo factum fuerit. Multi illum spiritum impurum in perniciem Gretteris missum esse reputabant. Strepitus hinc magnus exortus est*, *Regiqve relatum*, *eum qvi ordalium subire debuerat*, *jam acerrime confligi. Rex autem*, *o! inqvit*, *te Gretterem expertem fortunæ*, *qvam &* (tibi) *creare cuivis difficilimum est* —— *Gretter regessit: Incendii ego purgari cupio. Verosimile est*, *Rex inqvit*, *te illos consulto non concremasse*, *sed ob tuam impatientiam tibi* (purgatio) *non successit.*

ſuſtulit; ſed qvo anno in Islandia abrogatum fuerit, incertum eſt (a). Præterea etiam mentio fit jurisjurandi per lignum vitæ (b), item per Sanctorum reliqvias, ut crines Sancti Thorlaci, qvod omnium graviſſimum & certiſſimum habebatur (c). Perjurii pœna fuit duodecim marcarum ſolutio (d).

§. 53.

Licet ſtatim a religionis chriſtianæ in Islandia annunciatæ exordio lolium Papiſmi, una cum vero verbi ſemine eccleſiæ agro inſertum fuerit, ſimplicior tamen Dei cultus & doctrina, &, pro modo cognitionis, pia & inculpata vita uſqve ad dimidium hujus Periodi, prævaluiſſe videtur: Exinde autem antiqva ſimplicitas ſordeſcere & qvod purum in ſe habuit, recepta doctrina ſuffocari cœpit, præcipue autem poſt Annum 1160. omnigena ſuperſtitio, eandemqve a latere concomitans morum perverſitas, magna cepit incrementa; qvo qvis enim ſuperſtitioni magis deditus, eo magis pius & Deo acceptus, imo pro perfecte ſancto & immaculato habebatur, adeo ut qvidam, vivi adhuc, tantum non adorarentur (e), ſed poſt

(a) Qvod ad Annum 1249. aut forte diutius in uſu fuerit ordalium veriſimile eſt. Ultima vice exercitum legitur *Sturlunga* Lib. 6. cap. 5. Factum autem hoc eſt Anno 1238. ſub ipſum feſtum Natalitiorum. In Norvegia ſublatum fuit 1248. ſed in Dania a Valdemaro Secundo, & in Svecia a Magno Smeck.

(b) *Sturlunga* Lib. 6. cap. 33. " Sidan var Giſſuri færdr kroſſ er í var lignum vite, oc ſór " hann þar vid at hallda þeſſa ſátt. " ɔ: *Giſſuro poſtea crux allata, cui inerat lignum vitæ, & hanc transactionem ſe obſervaturum juravit.* Qvod tamen ſubdole fecit, ut eventus docuit.

(c) Vid. infr. Sect. 3. cap. 6. §. 16.

(d) *Kriſtin R.* cap. 39. " Enn ef hann ſver fiórdúngi minna, þá verdr hann ſekr of þat " tólf mörkum. " ɔ: *Si minus, qvam pars qvarta eſt, eſſe juramento aſſeruerit, duodecim marcis mulctator.* Qvi de Islandorum ordalio plura cupit, adeat *ARNESENS* Islandſke Rettergang cap. 8.

(e) *Sturlunga* Lib. 3. cap. 2. Dicitur Thorlacus Epiſcopus, adhuc in vivis, " Heilagr " madr " *vir Sanctus.* Et in ejusdem *Vita:* " Giſſur Hallsſon mællti: Vilium ver " bidia, þer ſeud vor andlegr fader, árnandi oſſ miſkunnar hiá gudi, því ver trú- " um, þer munud ei minna valld hafa í andlegu lífi hiá gudi, enn nú hefer þú. " Þá þagdi biſkup, oc ſvaradi engo. " ɔ: *Giſſurus filius Halli dixit: rogare volumus,*

poſt mortem exhumati publicæ adorationi proſtituerentur; qviqve illis divinum habere honorem recuſabant, aut reliqvias negligentius tractabant, pro impiis & blaſphemis habebantur (a). Apparitionibus, ſomniis, aliisqve ejusdem farris deliramentis, major qvam ſanctiſſimo Dei verbo fides habebatur, ita ut vetularum ſomniis moniti, demortuis divinum honorem decernere non ſint veriti (b). De infallibilitate Papæ licet in jure

mus, ut vos noſter pater ſpiritualis eſſe velitis, clementiam a Deo nobis expetens, credimus enim, in ſpirituali apud Deum vita, non minori poteſtate vos fore gaviſuros, qvam tu jam habes. Epiſcopus tacuit, & nihil reſpondit. De Gudmundo Epiſcopo ibidem cap. 15. " Kolbeinn lagdi ſo mikla virding á hann, at hann kalladi " hann ſannheilagann mann, oc qvadſt þeſſ margar raunir hafa. " ɔ: *Kolbeinus tanta eum veneratione proſeqvebatur, ut eum virum vere ſanctum vocaverit, cujus rei ſe multa documenta habere aſſernit.*

(a) *Sturlunga* Lib. 3. cap. 33. " Þad var venia Gudmundar um hátídir, at hann let upp " helgra manna bein, oc let menn kyſſa á þau, enn Þórſteinn qvadſt ei vita, hvert " þad væri helgra manna bein edr hroſſabein, oc giördiſt af þeſſu óþocki mikill " þeirra á milli. Enn um vorid ſtefndi Gudmundr Þórſteini tveimr ſtefnum, ann" ari fyre gudlaſt, er hann kalladi helgra manna bein hroſſa bein. " ɔ: *Mos erat Gudmundo, cum feſtis oſſa Sanctorum monſtraret, illa etiam oſculanda offerre. Thorſteinus vero dixit, neſcire ſe, utrum hæc eqvina eſſent oſſa, an humana, unde magna inter illos oborta eſt ſimultas. Vere autem, Gudmundus duplici dica Thorſteinum in jus vocavit, altera ob blaſphemiam, qvod oſſa Sanctorum eqvina appellevarit. Vita Joh. Ögmundini:* " Brandr biſkup var ſo veikr, at hann vard ei leiddr í " kyrkio; enn fyre áeggían manna, let hann taka hvolfid af leidi Jóns biſkups, oc " færa ſer nockud af beinum hanns. Þeir fundu þar græn grös möunum ókunn" ig, oc þókti öllum undarligr litr graſanna í þad mund miſſera. —— Þeir " tóku gröſin oc letu í dryck biſkops, oc vard hönum ſtrax lettara. " ɔ: *Brandus Epiſcopus tam erat infirmus, ut in templum non poſſet deduci. Aliorum tunc exhortatione adductus, operculum de Jonæ Epiſcopi ſepulchro auferri, & oſſium ejus qvædam ſibi adferri curavit. Illi herbas virides ignotas invenere, & herbarum color ea anni tempeſtate omnibus admirandus videbatur ——. Herbas potu Epiſcopi indidere, ille autem levamen ſtatim expertus eſt.* Conf. infra not. ad §. 56.

(b) *Vita Joh. Augmundini:* " Anno 1200. var hardinda vetr meſti. Þá dreymdi fátæka " konu mikin mann oc virduligann, hann taladi til hennar: Taki menn úr jördu " kiſtu heilags Jóns biſkups, oc dýrki hann ſem menn hafa fremſt faung á, oc ſiái " hvad í giöriſt. " ɔ: *Anno 1200. hyems erat acerrima. Tunc mulier paupercula virum grandem & venerandum per qvietem vidit, qvi illam bis allocutus eſt: Capulum Sancti Jonæ Epiſcopi exhumetur, & qvantum poſſibile eſt, is adoretur, & qvid tunc eveniat, expectetur. Vita Thorlaci Epiſcopi:* " Vitradiſt Þórdi preſti Þórlákr bi-

" ſkup

Ecclefiaftico nihil expreffe habeatur, de ea tamen, purgatorii exiftentia, inferiarum neceffitate (a), aliisqve Romanæ Ecclefiæ placitis nemo dubitavit.

§. 54.

Miraculorum feraciffima hæc ætas fuiffe fertur, qvæ vero temere magis efficta & evulgata, qvam credita fuerint, non facile dixero; noftro enim feculo fi vifui proponuntur, derifui fimul propinantur; otioforum namqve monachorum lucernam pleraqve olent, qvi aut nimia credulitate & fuperftitione occæcati, omnia qvæ audiverunt, crediderunt; aut data opera & fpe lucri, omnia hyperbolice enarrare, & fabulis incruftare fategerunt (b).

§. 55.

" fkup oc fagdi: Sú hardinda vedrátt fem nú gengi, mundi batna ef líkami finn " væri tekinn úr jördu, oc rádlagdi at þad væri giördt, oc þókti mörgum þeffi " draumr miög merkiligr. " ɔ: *Thorlacus Epifcopus Thordo facerdoti apparuit, & dixit, acrem illam tempeftatem, qvæ invaluerat, mitiorem fore, fi fuum corpus exhumaretur, confiliumqve dedit, ut hoc fieret. Hoc fomnium multis magni effe momenti videbatur.*

(a) *Sturlunga* Lib. 7. cap. 47. " Þeir funduft Sigurdr Bifkop oc Þórdr oc fell í fyrftu " lítt á med þeim, enn greiddift þó vel, því Þórdr gaf þá Skógtiörn til ftadarins " á Skálhollti fyre fál fódur fíns oc módur. " ɔ: *Sigurdus Epifcopus & Thordus convenere, fed illi initio parum concordabant, qvi tamen* (nodus) *bene extricabatur, eo qvod Thordus tunc Skogtiornam pro animabus patris fui & matris cathedræ Skalholtenfi dedit.* Ibidem Lib. 10. cap. 4. " Sigurdr qvadft þá fkuld gialda mundi, " fo fál Þórgíls hefdi ei hardt giallds vegna. " ɔ: *Hoc debitum Sigurdus foluturum fe promifit, ne anima Thorgilfis pecuniæ ergo cruciaretur.*

(b) Primos Epifcopos, aliosqve noftratium, egregios qvidem fuiffe viros, ingenii & corporis dotibus ornatos, ecclefiæqve utilem navaffe operam certum eft. Interim tamen vereor, ne monachis eorundem vitarum & hiftoriarum auctoribus aut interpolatoribus, idem in mentem venerit, ac Alexandro Magno, qvi in ulteriore Hyphafis ripa, monumentum expeditionis fuæ relinqvens, aras, caftra, foffas, cubilia, arma, eqvorum frena, duplo vel triplo majora fieri juffit, fcilicet ut fpeciem omnium augeret, pofteritati fallax miraculum, ut PLUTARCHUS & CURTIUS docent. Qvod autem nos attinet, cum eodem Curtio Lib. 9. cap. 1. lubenter fatemur: plura tranfcribimus qvam credimus, nam nec affirmare fuftinemus, de qvibus dubitamus, neqve fubducere qvæ accepimus. Ut autem de cæteris judicium ferri qveat, unum tantum aut alterum exemplum adfcribam: *Sturlunga* Lib. 3. cap. 9. " Sá atburdr fkedi, " at

§. 55.

Funerum & sepulturæ maxima cura gerebatur; Hinc si is, qvi ex legum præscripto funus alicui facere tenebatur, officium neglexerit, qvinqve imperialium pretio multabatur; similiter & ille qvi profana seu prohibita funera in cæmeteriis deposuit, aut ad templa deferri curavit. Triplicis

---

." at Steinn prestr bad Gudmund gefa ser helgidóma, oc svo giördi hann. oc er hann " gaf hönum af beini Jóns biskups, sagdi Steinn prestr, at ser þækti ei vellitt bein- " id oc óheilagt: Enn Gudmundr prestr spurdi miúkliga, hvert hann trydi ei? " Steinn prestr svarar, oc qvedr Jón biskop ei taka Þorláki biskopi meir enn í mid- " iar sidur. Gudmundr mællti: Þá bidium vér allir gud oc hinn heilaga Jón bi- " skop at hann sýni sitt järteikn oc heilagleik í nockru teikni. Þá fellu allir menn " á kne med Gudmundi presti; enn ëftir þad let hann alla menn kyssa á beinid. " Þeir kendu allir so sætann ylm af beininu, sem reykelsi, nema Steinn prestr, " hann kendi engann ylm. Þá skammadist hann sín, oc sá þá reidi guds og hins " heilaga Jóns biskups vid sig, er hann var nú giör fráskili í þessarri dýrd, oc bad " þá gud og hinn heilaga Jón biskup fyregefningar; Þá baud Gudmundr gefa Stei- " ni presti af beini Jóns biskops, ef hann vildi af öllu hiarta dýrka hann. Hann " qvadst vilia feginn. oc var rædt um, hvert Jón biskop vildi þiggia dýrkun hanns?" " Þá sagdi Gudmundr prestr at allir skyldu bidia fyre hönum, oc so var giört. Þá " kendi hann so sætann ylm sem adrir. Þá þöckudu allir gudi oc hinum heilaga " Jóni biskupi. Vár þá hríngt öllum kluckum og súngid *Te Deum laudamus* oc " lýst so þessu jarteikni. " ɔ: *Factum est qvod sacerdos Steinus Gudmundum rogaret, vellet sibi reliqvias dare, qvod & iste fecit. Ubi autem illi de osse Jonæ Episcopi dedit, Steinus sacerdos, os hocce sibi non pulchri coloris & profanum videri, dixit. Sacerdos vero Gudmundus comiter interrogavit, numne crederet? Steinus sacerdos respondit, & asseruit Jonam Episcopum, non plus qvam ad medium Thorlaci Episcopi latus, pertingere. Gudmundus respondit: Nos ideo omnes Deum & Sanctum Jonam Episcopum rogamus, ut sanctitatem suam & miraculum signo qvodam demonstret. Omnes tunc una cum Gudmundo sacerdote in genua procumbebant, postea os illis deosculandum obtulit, qvi tam fragrantem ossis odorem, ac si thus fuisset, omnes percipiebant, Steino sacerdote excepto, qvi nihil fragrantiæ percepit. Tunc pudefactus, iram in se Dei & Sancti Jonæ Episcopi, qvod de glorioso isto miraculo segregatus erat, perspexit. & Deum ac Sanctum Jonam Episcopum remissionem rogavit. Gudmundus deinde se Steino partem ossis Jonæ Episcopi daturum promisit, si hunc Steinus de toto corde colere vellet. Ille hoc lubentissime annuit; disqvirebatur tamen, num Jonas Episcopus ejus cultum acceptaturus esset. Tum sacerdos Gudmundus omnes pro illo orare jussit, qvod & factum est. Ille tum tantam, qvantam cæteri, fragrantiam percepit; omnes autem Deo & Sancto Jonæ Episcopo gratias retulere. Tum omnibus pulsabatur campanis, &* Te Deum *intonabatur, atqve ita hoc miraculum promul-*

plicis autem generis mortuos in cæmeteriis ſepelire non licuit, qvales fuerunt, qvi ſe ipſos occiderant, proſcripti aut exules, niſi id ſpeciali Epiſcopi diſpenſatione permitteretur, & tandem infantes, qvi ſine baptiſmo deceſſerant. Illi autem infantes, qvi vivi in lucem editi fuerant, & ſignum crucis, non vero baptiſmum acceperant, ſub ipſis cæmeterii ſepimentis condendi erant. Funus autem mulieris qvæ in puerperio obierat, ſignum

---

promulgabatur. Et ibidem Lib. 5. cap. 46. " Lögdu þeir þá hendur á Urækiu
" oc bad Sturla Þórſtein Láng meida hann. Þeir ſkorudu af ſpióts ſkapti, oc giör-
" du þar af hæl, oc bad Sturla hann þar med útlióſta augun, enn Þórſteinn qvadſt
" þad ei kunna. Var þá tekinn knífr, oc vafdr, oc ætlad meir enn þverfingurs.
" Urækia kalladi á Þórlák biſkop ſer til hiálpar. Hann ſaung í meidſlunum bæni-
" na *Sancta Maria mater Domini noſtri Jeſu Chriſti* &c. Þórſteinn ſtack í augun
" knífnum upp ad vafinu. Enn er þvi var lokid, bad Sturla hann minnaſt Arn-
" biargar oc gellda hann. Tók hann þá burt annad eiſtad. Eftir þad ſkipadi
" Sturla menn til ad geyma hanns, enn Svertingr var hiá Urækio, enn þeir Sturla
" ridu þá í brott og oſan í Reykholt. —— Fóru þeir þá til Stadar, oc var þar
" komin Arnbiörg oc Játvardr oc ſagdi hann þá tídindi í hliódi, at Urækia hefdi
" ſýn ſína og var heill: Hann bad þiu rída á móti ſer ef þau mættu med nockru
" móti, þvíad Sturla var þá ridinn nordr um land. Þau Sturla Þórdarſon oc Arn-
" biörg ridu þá ſudr, oc fiórir menn adrir. Enn er þau komu í Borgarfiörd, var
" Urækia burt úr hellinum. hafdi hann ridid um land med þriá menn. ridu þau
" þá í Skálhollt, oc kom Urækia þá til móts vid þau auſtan úr Kloſa oc var hinn
" hreſſaſti. " ɔ: *Urækiam tum ceperunt, qvem ut Thorſteinus Longus mutilaret. Sturla juſſit; haſtile in conum acuebant, qvo illi oculos excuti juſſit, Thorſteinus vero hoc ſe dextre peragere neſcire aſſeruit. Culter deinde (filis) obligabatur, (cuſpide) ultra pollicem transverſum (nudo relicto). Urækia Thorlaci Epiſcopi auxilium implo-ravit, & dum læderetur, precationem* Sancta Maria mater Domini noſtri Jeſu Chriſti &c. *recitavit. Thorſteinus cultrum uſqve ad (fila) obvoluta oculis impegit. Qvo peracto Sturla eum Arnbiorgæ meminiſſe, & Urækiam caſtrare juſſit. Tum ille (Thorſteinus) huic (Urækiæ) alterum exemit teſticulum. Sturla deinde viros ad eum cuſtodiendos conſtituit, Svertingus vero apud Urækiam remanſerat, ſed Sturla cum ſuis inde Reykholtum eqvitabat —— Poſtea Stadum tendebant, qvo Arnbiörga & Jatvardus advenerant, ubi occulte ſaltem retulit, Urækiam viſum & incolumitatem recepiſſe, ac iſtos rogare; ſi modo poſſibile eſſet, in occurſum ſuum eqvitarent; Sturla enim in ſeptentrionalem terræ qvartam eqvitaverat. Tum Sturla Thordi filius & Arnbiörga una cum qvatuor comitibus in meridionalem qvartam eqvitabant; ſed ubi in Borgarfiordum venere, Urækia de antro meridiem verſus cum tribus comitibus eqvitaverat, illi ergo Skalholtum eqvis iter fecere, qvo Urækia ab oriente in illorum occurſum Kloſo pervenit, eratqve qvam maxime alacris.*

in cœmeterii qvidem exteriori parte ſepeliri, ſed templo inferri haud erat licitum (a).

§. 56.

In *exhumatione mortuorum*, qvi miraculis inclareſcere crediti ſunt, (b) varii ritus & ceremoniæ uſurpatæ fuerunt. Primo totum templum ſplendidiſſime ornabatur, luminaria qvot ibidem collocari potuerunt accendebantur, omnes campanæ ſtrenuiſſime pulſabantur. Deinde Epiſcopus mitram, univerſumqve pontificalem veſtitum indutus, altera manu baculum, altera vero thuribulum geſtans, ſubſeqvente Clero aliaqve hominum freqventia, ſepulcrum adibat intonans: *Veni creator Spiritus.* Hinc cum loculus e ſepulcro elevaretur: *Te Deum laudamus.* Qvem dum Clerus perſeqvitur, loculus ingenti gravitate & pompoſo inceſſu, templum & cœmeterium circumferebatur, tandemqve choro templi illatus, in loco præparato collocabatur. Hic dum antiphonæ & ſacræ modulationes, itemqve Litania in laudem Sancti compoſita canuntur, publicæ adorationi & oſculationi proponitur. Ultimo miſſa ſumma feſtivitate celebratur, qva finita, hoſpites ſumptuoſo convivio excipiuntur, qvorum nemo nuperum Sanctum indonatum reliqvit. Eadem fere aut ſimili ſolennitate eorum anniverſaria celebrare conſvetum fuit.

§. 57.

Perſecutiones doctrinæ, ſeu ob ſolam religionem, hoc tempore nullæ exſtiterunt; nam qvæ nonnullis epiſcoporum cum qvibusdam aliis inter-

---

(a) Hinc ſi templa neceſſario loco movenda eſſent, oſſa & reliqviæ defunctorum ſcrupuloſe conqviſita, Presbytero aqvam conſecratam adhibente, & cantilenas qvasdam modulante, una transvehi debebant. *Jus Eccleſ.* cap. 2. 3. 4. Conf. *Gretlæ* cap. 76. & *Eyrbyggiæ* cap. ultimum.

(b) Hi fuerunt *Jonas Ögmundi* Epiſcopus Holenſis, & *Thorlacus Torhalli*, Epiſcopus Skalholtenſis, qvibus tandem adſcitus eſt *Gudmundus Arii filius*, Epiſcopus Holenſis. Collectam in Anniverſariis Thorlaci uſurpari ſolitam, ex antiqvo codice membraneo, qvi qvondam templi cathedralis Skalholt. fuerat, nunc autem in Bibliotheca Univerſ. Havn. aſſervatur, exhibet perillustris & ſumme venerab. Siællandiæ Epiſcopus *LUD. HARBOE* in *Hiſt. Reform. Relig. in Islandia.* Vide Acta Societ. Havn. Tom. V.

intercesserunt controversiæ, non ex hoc fonte, sed causis politicis & secularibus promanarunt. Cum enim illi omnibus se intermiscentes, minimum qvemqve callum acutissimo statim anathematis gladio secare & eradicare vellent, cujus tamen in antiqvo Jure Ecclesiastico, qvod tunc temporis apud nos vim legis obtinuit, nec vola nec vestigium occurrit; cum secundum illud, leviora delicta multa pecuniaria, graviora autem proscriptione civili majori vel minori luenda essent; Hi tam acrem & insolitam medicinam non ferentes, recalcitrare, & suum contra gladium stringere solebant. Hæc pleraqve ita sunt comparata, ut a sanioris religionis fundamento non parum aberrent; ab ecclesiæ tamen Romanæ, cujus tum temporis ubiqve viguit doctrina, ne latum qvidem ungvem discedunt. Hæreses enim in Islandia, præter eas, qvæ universæ ecclesiæ communes fuerunt, nunqvam auditæ sunt.

§. 58.

Qvales maximæ hominum partis *mores* aut vita fuerint, ex Magnatum exemplis qvadantenus colligi posse videtur, qvi non tantum vagis & immodicis libidinibus plus nimio dediti fuerunt (a), sed & internecinis odiis (b), mutuis rapinis, fraudibus, homicidiis, integrarum villarum incendiis

(a) Testantur id historiæ, extantqve exempla Jonæ Lopti, Sæmundi Jonæ, Gissuri Halli filii, Gudmundi Dýre, Svenonis & Snorronis Sturlæorum, Thordi Kakali, aliorumqve magno numero, qvi, præter legitimas uxores, duas, tres aut qvatuor habuerunt concubinas. Sic de Thorvaldo Vatnsfiordensi refert *Sturlunga* Lib. 4. cap. 33. " Hann " lá í lokhvílu oc tvær fridlur hanns hiá hönum. " ɔ: *In lecto clauso una cum duabus ejus concubinis cubabat.* Et de aliis qvibusdam minoris notæ Lib. 5. cap. 38. " Þeir láu í lokhvílu í innanverdum skála bádir í einni hvílu, enn Jóreidur Conálfs dóttir, fridla Biörns, í milli þeirra. " ɔ: *In intima cubiculi parte uterqve in uno jacebant lecto, sed inter illos* (cubabat) *Joreida filia Konalfi, concubina Biörni.* Lib. 3. cap. 25. " Sigurdr Grickr qvadst leysa mundi þetta vandrædi oc vega ad " Hákoni. Þad mundi ec oc hellst til kiósa, segir Hácon, því fyre þer em eg allra " manna ómakligastr, því eg tók þig felauſann þá er þú komst út, oc fann eg þig " þrisvar í sæng hiá konu minni. " ɔ: *Sigurdus Grickus hunc se nodum soluturum, & Haqvinum interfecturum, obtulit. Hanc ego, Haqvinus inqvit, optionem mibi optarim, a te enim* (me occidi) *indignissimum est, te enim peregre advenientem inopem recepi, & ter te in lecto apud uxorem meam deprehendi.*

(b) *Sturlunga* Lib. 2. cap. 28. Odia Sturlæ Hvammensis & Thorleifi Beiskaldi plusqvam Vatiniana,

cendiis (a), & apertis conflictibus, grassabantur (b), qvæ aut aliqvali pecuniæ solutione, aut ad limina Apostolorum, aliave sacra loca suscepta peregrinatione, expiari posse credebant. Tales enim peregrinationes nunc majoris sanctitatis adqvirendæ caussa, nunc ad satisfaciendum, non tan-

Vatiniana, indicans, refert eorum cum errone qvodam colloqvium, hoc modo: " Hversu mátti Þorleifr, sagdi Sturla: Vel mátti hann, sagdi ferdamadr. Þá mælti Sturla: Allar kvalir eru hönum geymdar til annars heims. —— Enn er ferdamadr kom til Þórleifs, spurdi hann: Hversu mátti Sturla Bóndi? ferdamadr svarar: Vel mátti hann, þá er eg fór vestur, enn nú lá hann, þá eg fór vestan, oc var miög tekinn. Sva má vera sagdi Þórleifr. hann mun nú hafa íllt, enn hálfu verra sídan. " ɔ: *Qvomodo, Sturla inqvit, Thorleifus valebat? egregie valebat, regessit viator. Sturla respondit: omnes cruciatus eum in altera vita manent. —— Ubi autem viator ad Thorleifum venit, eum hic interrogavit: Qvomodo Sturla Colonus* (Bóndi) *valebat? Viator respondit: Cum occidentem versus iter feci, bene, nunc autem ubi ab occidente revertebar, decumbebat, & id qvidem morbo admodum gravi. Certe qvidem, Thorleifus ait; Nunc siqvidem cruciatur, duplo autem magis in posterum.* Confer exemplum Gissuri Comitis, qvi inimicis, Sturlæ Sighvati & Kolbeino Grön, ne tantillum vitæ concedere voluit, ut absolutionem & sacram synaxin adipisci possent. Pari modo etiam hæc salutis media Oddo Thorarini morienti denegata fuerunt. *Sturlunga* Lib. 9. cap. 20. Et Lib. 10. cap. 8. " Þórdr mælti, þess vil eg bidia þig, Gissur Jarl, at þú fyregefir mer. Gissur svarar: þad skal eg giöra þegar þú ert daudr. " ɔ: *Hoc ego, Thordus ait, te Gissure Comes rogatum volo, mihi condones. Gissurus respondit: Faciam te mortuo.*

(a) Qvalia fuerunt: *Hvammsbrenna, Onundarbrenna, Þorvaldsbrenna, Eyrarbrenna, Flugumýrarbrenna.* De qvibus vid. *Sturlungæ* Lib. 3. cap. 21. Lib. 4. cap. 17. & 50. Lib. 9. cap. 3. & seqq.

(b) Famosissimi conflictus, qvi in hæc tempora inciderunt, fuere: Videnesensis, inter Gudmundum Episcopum & Kolbeinum Tummæum; Holensis, inter eundem Episcopum & ultores necis Kolbeinianæ; Grimsöensis inter Episcopum & Sighvatum Sturlæum; Helgastadensis, inter Episcopum & Sighvatum; Bajensis, inter Sturlam Sighvati & Thorleifum Bodvari; Örligstadensis, inter Sighvatum & Kolbeinum Arnori; Conflictus navalis, inter Kolbeinum & Thordum Kakali; Grundensis, inter Thordum & Brandum Kolbeini; Thveräensis, inter Thorvardum Thorarini. & Ejolfum Thorsteini; Skalholtensis, inter Gissurum & Urækiam. In omnibus hisce justis concursum est aciebus, non paucis plerumqve ex utraqve parte desideratis, de qvibus *Sturlunga* suis locis consuli potest. Invasiones autem & improvisas excursiones, in qvibus decem vel pauciores perierunt, ut & manuum pedumqve mutilationes, & subinde exercita homicidia, longum est enumerare. Ætas, qva hæc facta sunt, ab Anno 1160. ad 1260. communiter vocatur " Sturlúnga-tíd " ɔ: *Sturlæ filiorum ætas*, qvod nobis idem est ac Romanorum *Syllana & Mariana tempora*, aut Danis *Grævens tiid* ɔ: tempora pessima & turbulentissima.

tum pro propriis, ſed etiam alienis peccatis (a) crebro inſtituebantur; ex qvibus plurimi revertentes multo atrociora commiſerunt facinora, adeo ut peccandi licentiam Romæ nacti fuiſſe videantur (b). Interim tamen peſſimis etiam temporibus pietatis & caritatis egregia qvædam ſigna & exempla non defuerunt (c).

§. 59.

(a) *Sturlunga* Lib. 4. cap. 17. inqvit Rafnus Sveinbiörnonis: " Eg vil bióda þer ſlíka " ſætt, ſem þú villt giördt hafa. Eg mun handſala þer at fara af landi burt, oc " gánga til Róm til hiálpar bádum ockr. " ɔ: *In qvamcunqve tu volueris pactionem, conſentiam. Me peregre abiturum, & Romam, in utriusqve noſtrum ſalutem, peregrinaturum, ſtipulata manu ſpondebo.* Ibidem Lib. 5. cap. 23. " Sturla feck lauſn " allra ſinna mála í Róm oc ſvo födur ſíns, oc tók þar fyre ſkriftir. var hann leiddr " berfættr í milli allra kyrkna í Rómaborg, og rádid fyre fleſtum höfud kyrkium. bar " þad drengſlega, ſem vonlegt var, enn fleſt fólk ſtód úti oc undradiſt, bardi á " bríóſt oc harmadi, er ſo giörviligr, frídr oc fönguligr madr var ſo hardt leikinn, oc " mátti ei vatni hallda, bædi konur oc karlar. " ɔ: *Sturla Romæ omnium ſuorum & patris ſui delictorum abſolutionem & pœnas condignas conſeqvebatur. Nudis pedibus inter omnes ædes ſacras Romæ ducebatur, & apud plerasqve primarias flagellabatur. Id ille viriliter, ut ſperandum erat, tulit, maxima autem hominum pars foris conſiſtens, admiratione capta pectus pulſabat, & tam virilis & auguſtæ formæ ac pulchritudinis virum tantopere cruciari mœrebat, neqve etiam viri, nec mulieres, lacrymas continere potuerunt.*

(b) Exempla ſunt: Giſſurus Thorvaldi filius, Sturla Sighvati; Thorvaldus Vatnsfiordenſis, Urækia Snorronis, Kolbeinus Arnori, Islandorum Primates, qvi omnes, ad exonerandum peccatis conſcientiam, Romam petierunt, ſed reduces mox ſimilibus, aut forte gravioribus eam onerarunt.

(c) Infr. Sect. 4. cap. 2. ſemet offeret Ketilli Thorſteinidæ exemplum, qvi hoſti infenſiſſimo condonavit & beneficia præſtitit: & paulo ſupra retulimus de Rafno Sveinbiornonis, qvi pro hoſte capitali Romanum iter, & pœnæ, ejus ſceleribus condignæ, exantlationem obtulit. De Gudmundo Grís, Paſtore Thingvallenſi & Prætore Univerſali refert *Sturlunga* Lib. 2. cap. 23. poſt alias viri laudes: " Hann giördi fleyra fyre " guds ſakir enn adrir. " ɔ: *Plura qvam alii Dei cauſa fecit.* Thorvaldus Giſſuri, qvi etiam Prætor & Paſtor fuit, paſſim ob manſvetudinem laudatur. Lib. 3. cap. 1. de Thorvardo Thorgeiri refertur: " Þórkell Floſaſon, ſem ſekr var giör um ſumarit, " færdi Þórvardi höfud ſitt á ſkírdagsaptan, enn hann let hann fara í fridi, oc gaf " hönum heſt eftir Páſka viku, oc bad hann fara hvort er hann vildi, oc qvad hann " nióta ſkyldi þeſſ, er á þeim tíma giördſt hafdi. " ɔ: *Thorkelus filius Floſonis, qvi æſtate præcedenti proſcriptionis reus erat peractus, pridie Viridium Thorvardo caput ſuum commiſit. Hic vero illi, exacto paſchatos ſeptiduo, veniam in pace abeundi & eqvum, ſimulqve, qvocunqve vellet, proficiſcendi libertatem dedit; aſſerens, hæc ſe in*

gratiam

§. 59.

Qvam indignam & plane rudem *de vita æterna* & ſtatu beatorum plurimi animo foverint *ſententiam*, vel inde patet, qvod qvibus in hac vita adhuc conſtitutis perfectam ſanctitatem, illis in æternam transvectis criminoſos affectus, ut ambitionem, iram, ultionis cupiditatem & mundanorum amorem tribuerunt (a), unde non mirum, qvod ipſi talia perpetraverint & pro nullis aut parvis habuerint peccatis.

---

gratiam eorum, qvæ illa tempeſtate acta fuerant, facere. Thorkillus hic Thorvardum in Comitiis prioris anni inſontem tantum non lethaliter ſauciaverat, ideoqve proſcriptus fuit. Qvibus ſimilia plura qvidem exſtant, ſed omnia enumerare ſuperfluum videtur.

(a) Qvod Thorlacum pro Sancto in hac vita habuerint, ex ſupra dictis patet; De mortuo autem dixerunt: " Hann er hefndargiarn. " ɔ: *Vindictæ eſt cupidus.* Vid. infra Sect. 3. cap. 6 §. 16. *Sturlunga* Lib. 9. cap. 23. " Þórgíls baud mönnum ſínum " þar at vera, oc láta heſta ſína gánga í túni. Enn Sturla mællti: ei ſkal þad, því, " Sánkti Petr á tödnna oc hefer hann ecki giört þer til. " ɔ: *Thorgils ſuos ibi manere, & eqvos campo ſtercorato immittere juſſit. Sed Sturla regeſſit: Haudqvaqvam; Sanctus enim Petrus gramen ibidem poſſidet, qvi in te nibil deliqvit.* *Sturlunga* Lib. 9. cap. 53. " Þórdr bad kóng láta Giſſur burt frá ſer, því vera kynni, at vandrædi " aukiſt, ef þeir eru bádir ſamt. Kóngr ſvarar: Muntu geta verid med hönum í " himnaríki. Þórdr ſvarar: Vera giarnan herra, enn þó ſo at lángt bil ſe milli. " ɔ: *Thordus Regem rogavit, vellet a ſe Giſſurum dimittere, alias enim, ſi uterqve in uno eodemqve loco degerent, mala eſſe timenda. Rex reſpondit: An tu una cum illo in regno cælorum eſſe poteris? Thordus regeſſit: Eſſe eqvidem, Domine! ita tamen ut magnum intercedat ſpatium.*



CAP. II.

De ſtatu rei literariæ & litteratis.

§. 1.

Ante Isleifi, primi Islandorum Epiſcopi epiſcopatum, noſtratium pleriqve illiterati fuerunt; hoc autem paulatim piorum epiſcoporum vigilantia ad meliorem frugem pervenit. Nam ex aliqvali *Isleifiana* ſchola, brevi aliæ, ut *Haukadalenſis*, *Oddenſis* & *Holenſis*, egerminarunt, unde non pauci literarum uſum & cognitionem popularibus inculcare ſtudentes prodierunt. Præterea, cum tempore, ad qvodvis monaſterium litterarum qvædam ſeminaria inſtituta fuerunt; tandemqve ditiores ſeu latifundiorum domini, propriis ſumtibus, juvenes qvosdam educari & erudiri curaverunt, usqve dum tantam acqviſiverant peritiam, ut ſacris operari, & cætus curam gerere poſſe viderentur (a).

§. 2.

In talibus ſcholis præter legendi, ſcribendi & canendi uſum & maturitatem, artium & lingvarum qvalemcunqve guſtum, pietas & Theologiæ cognitio pro ſeculi conditione & diſcentium captu inculcabatur. Horum

(a) Qvali in ſcholis hoc tempore uſi fuerint docendi methodo non liqvet, id tantum conſtat; qvod Claſſicos Auctores legerint & prælegerint. Conf. inf. Sect. 3. cap. 5. §. 2. Qvod ſeveram ſatis verbis & verberibus exercuerint diſciplinam non eqvidem dubitandum putamus, ſed ſi ea non ſuffecerunt, graviſſimis laboribus fatigabant, ut eorum tædio literarum amor inculcaretur. *Jus Ecclef.* cap. 8. " Hann ſkal fá hönum kenslo oc fóſtr, oc ſva láta ráda hönum, at ſveininum ſe óveglauſt oc ſva frændum, oc ſva vidgiöra, ſem hanns barn være. Nú vill ſveinninn ei nema, þá ſkal færa hann til annara verka, oc ráda hönum at hvarki verdi örkumſl ne ílit, oc halda til ſem ríkaſt at öllu annars. Nú vill hann hverfa aptr til námſins, oc ſkal þar halda hönum þá til. " ɔ: *Inſtitutionem & educationem illi ſuppedito, & ita cædi curato, ut abſqve pueri vel ejus cognatorum dedecore fiat; ita & illum tanqvam proprium ſuum filium habeto. Si vero puer diſcere noluerit, tum ad alia adhibetor opera, & ita flagellator, ut nec mutilatio inde oriatur, nec forma mutetur, in omnibus etiam aliis qvam ſtrictiſſime* (ad labores) *adigitor. Qvod ſi ad ſtudia reverti voluerit, iis adhibetor.*

rum non pauci deinceps uberiorem in ftudiis profectum comparaturi, in Angliam, Germaniam & Galliam tranfibant (a), acqvifitaqve qvam appetiverant eruditione, in patriam, utiliffimam ecclefiæ operam navaturi reverfi funt. Et qvamvis fcholæ, qvales hodie habemus, jam tum domi inftitutæ non effent; nam qvi id fibi perfvadent, firmas fuæ fententiæ adferre rationes neqveunt; multi tamen, qvi domeftica doctrina contenti, peregre, ad meliorem informationem nunqvam abierunt, reliqvis haud inferiores aut indoctiores evaferunt (b). Et ne hæc, ut noftram gentem adulaturi, aut citra veritatem afferere videamur, idem nobis, abunde ftabiliunt tot præftantiffimorum ingeniorum monumenta, hoc temporis tractu elaborata, qvæ aut adhuc apud nos fuperfunt, aut qvorum fama vel nomina faltem ad nos pervenerunt, licet auctores qvorundam incerti fint (c); accedunt doctiffimorum virorum teftimonia idem affirmantia (d).

§. 3.

(a) Plurimi horum Parifiis Mufis operam dabant, unde *Parisklerkar* vocabantur, id eft Studiofi Parifienfes, nam vox *klerkr* antiqvis Studiofum, non vero ut nunc Sacerdotem, fignificavit. Hinc Knutus Haconis filius, Norvegiæ Comes, & Petrus Skulonis, Ducis filius, vocantur *klerkar*, id eft viri docti. Vid. *Vitam Haconis Haconis filii.*

(b) Exemplo fint *Arius Polyhiftor*, *Snorro Sturlæus*, aliiqve, qvi ftudiorum gratia nunqvam peregrinati funt. De qvibus infra.

(c) Horum plus minus ducenta enumerat Celeberr. *TORFÆUS Ser. Reg. Dan.* Lib. 1. cap. 1. Qvorum qvadruplex difcrimen vir doctus obfervat. *Primum genus* aliud verbis profitetur, aliud fenfu recondit, unde tandem, fi nulla hiftoriæ feries; at prifci ritus ac religio cognofcuntur, qvædam etiam vera deprehenduntur; Cautum ergo reqvirunt lectorem, ut recte monet *BARTHOLINUS Ant. Dan.* Lib. 1. cap. 11. *Secundum genus* confictas tantum narrationes continet, fine ullo recondito fenfu, eftqve vel artificiofum vel rude & infulfum. *Tertium* hiftorias ex veris principiis deductas, fabulofis infperfis obfcurat, eftqve iterum duplex; unum qvando per univerfum contextum fabulæ ita fparguntur, ut verum a falfo ægre difcerni qveat; alterum ubi figmenta a vero facile feparari poffunt. *Qvartum genus* authenticas hiftorias exhibet, fed duplici difcrimine; qvædam enim res dudum ante geftas commemorant, qvædam res Auctori fuo æqvales complectuntur. Ceterum noftram hancce divifionem, qvafi fecundum fubtilitates Logicas concinnatam nemo accipiat, cum multa hic pluribus communia fint, inqvit ibidem *TORFÆUS*.

(d) Teftimonia illa dudum produxit *TORFÆUS* in Præfat. ad *Hiftor. Orcadenfium*, & *Ser. Reg. Dan.* lib. 1. cap. 6. pag. 58. qvibus addimus Illuftr. *HOLBERGIUM* in *Defcript. Dan. & Norv.* pag. 30. 155 feqq.

§. 3.

De epiſcopis alienigenis, qvi partim ante Isleifi epiſcopatum, partim ipſo ſedente in Islandiam venerunt, ſupra dictum eſt, ſed de indigenis, ſeu qvi fixam ſedem habentes eccleſiæ Islandicæ præfuerunt, cum ad eorundem perſonalem ventum fuerit hiſtoriam, tractabimus. Jam vero alii qvidam viri eruditione & in eccleſiam meritis conſpicui, ſeſe offerentes, haudqvaqvam ſilentio prætereundi videntur, qvorum primum locum dare conſtituimus illis, qvi e ſchola Haukdalenſi prodierunt.

§. 4.

Horum anteſignanus & coryphæus fuit *Hallus Haukdalenſis*, Thorarini filius, cognomento *Milldi* id eſt liberalis, natus Anno 996., triennis a Thangbrando Anno 999. baptizatus, ſed trigeſimum agens annum, domicilium in Haukdalo fixit, ibiqve annos 64 vixit. Hic *Teitum* Isleifi Epiſcopi filium & *Arium Polyhiſtorem* educavit; & ex ejus ore, viri non minus veracis qvam felicis memoriæ, Arius qvæ ſcripſit, percepiſſe ſe confitetur. Eum ut beneficentiſſimum, ita cunctorum hujus inſulæ laïcorum celeberrimum omnes prædicant. Anno ætatis 94. ipſo Martini Epiſcopi feſto, æræ vero chriſtianæ 1090. mortuus eſt (a).

§. 5.

Teitus Sacerdos, Isleifi Epiſcopi filius ab Hallo educatus, poſt nutricium colonus Haukdalenſis exſtitit, dictus communiter *Hinn Mikelláti*, id eſt Magnificus; vir doctus, qvi multos egregios viros informavit, qvorum duo Thorlacus Runolfi & Biörnus Gilſi ad epiſcopalem dignitatem pervenerunt. Hunc etjam *ARIUS POLYHISTOR* nutricium ſuum vocat. Filium habuit Hallum, itidem Haukdalenſium ſacerdotem, qvi Anno 1149. Skalholtenſium Epiſcopus deſignatus, ſeqventi Anno Ultrajecti obiit, ipſe autem Teitus Anno 1110. ad plures abiit (b).

§. 6.

(a) Vide *ARII Schedas* cap. 9. conf. ſupra Per. I. cap. 7. §. 1.

(b) De Teito legendæ ſunt *ARII POLYHISTORIS Schedæ*. Sed de Hallo, confer infra Sect. 3. cap. 4. §. 4.

§. 6.

Arius Sacerdos *Thorgilsi filius*, a profunda, qva pollebat, eruditione *Polyhistor* dictus, natus Anno 1068; nam 1080., qvo decessit Isleifus Episcopus, duodecennis fuit. Septennis, mortuo avo Gellero, id est 1075. ad Hallum Haukdalensem venit, ibidemqve in contubernio Teiti annis 14. usqve ad obitum Halli, literis & bonis artibus operam navans substitit, qvo autem & qvando inde abierit, non liqvet (a). In Germaniam studiorum gratia concessisse probatu valde difficile est; id autem una cum Sæmundo Sigfussonio fecisse verum non est (b). Tempore Gissuri, secundi Islandiæ Episcopi, una cum aliis præcellentibus viris presbyterio initiatum fuisse, uxorem deinde duxisse, prolemqve suscepisse, constat (c).

§. 7.

(a) Conf. *Schedarum* cap. 9. Nunqvam negat Arius, se post mortem Halli, aliqvantisper cum Teito vixisse, qvem etiam nutricium suum vocat. Fateor saltem vocem Islandicam *fóstre*, præsertim degenerante lingvæ puritate, significare sodalem seu contubernalem; sed *ARIUS* cap. 3. de sodale loqvens, utitur voce *fóstbröder*, qvæ indubie significat sodalem seu contubernalem. Qvo etiam Arius Haukdalo abiens concesserit, æqve incertum est. Probabile tamen, eum in occidentali qvarta sedem fixisse, ibi enim forte prædia habuit, illic etiam ipsius majores & posteri habitarunt, qvorum qvidam divites & Prætorii viri fuerunt.

(b) Arium una cum Sæmundo Sigfussonio studiorum gratia peregre abiisse, & Coloniæ per triennium substitisse, viri Doctissimi *RESENIUS*, in Præfatione ad *Lexicon Gudm. Andreæ*, & *BUSSÆUS* in vita Arii, sed minus recte affirmant. Nam Arius natus fuit Anno 1068; Sæmundus vero ex peregrinatione in patriam reversus est circa aut ante annum 1077. teste ipso *ARIO Sched.* cap. 9. *Hac*, inqvit, *tempestate e Francia reversus est Sæmundus Sigfussonius, & in presbyterum postea ordinatus est;* id est Nomophylacem agente Sighvato Surtio; cui consentiunt *Vita Jonæ Ögmundini*, aliiqve annales. Et dabimus reditum Sæmundi in ultimum Sighvati Nomophylacis annum, ut vult *TORFÆUS Ser. Reg. Dan.* cap. 5. qvi est 1083. sed ætatis Arii decimus qvintus incidisse, nihil tamen evincit. Nam Arius Haukdali ad minimum usqve ad annum 1090. degit.

(c) Filium habuit nomine Thorgils, qvi Arium virum robustissimum, & Hallfridam, uxorem Magni Presbyteri Helgafellensis, progenuit. Vid. *Sturlunga* lib. 2. cap. 38. lib. 3. cap. 37. Corrigendus itaqve *BUSSÆUS* in vita Arii, aliter de liberis ejus scribens.

§. 7.

Libros hiftoricos non paucos lingva vernacula confcripfit, qvorum præcipuus fuit *Hiftoria Regum Norvegiæ ab Odino usqve ad Magnum Olai filium* (a), qvæ cum reliqvis ejus operibus, præter *Landnamam* & *Schedas*, deperdita eft. *Landnamam* primus omnium confcribere aggreffus eft, fed opus ab ipfo cœptum, primo Kolfkeggus, deinde Stirmerus & Sturla Theodori, omnes *Multifcii* feu *Polyhiftores* a pofteris appellati, continuaverunt, aut adauxerunt; ex qvorum demum omnium fcriptis, *Landnamam*, qvalem nunc habemus, Haukus concinnavit (b). *Schedarum* opufculi, decem capita continentis authorem eum effe apud omnes in confeffo eft (c). Obiit Arius octogenarius Anno 1148. (d).

§. 8.

(a) *STURLÆUS* in Præfat. *chron. Norv.* ita: *Arius Polyhiftor primus omnium Islandorum Hiftorias antiqvas & novas confcripfit. Multas etiam alias Hiftorias, Regum Norvegiæ, Daniæ, & Angliæ vitas adjecit, qvin & res majoris momenti in Islandia geftas.* Et in *vita Olai Sancti*: *Hanc regiminis ejus feriem Arius presbyter Thorgilfi filius primus fcripfit, qvi non erat minus verax qvam felicis memoriæ, eosqve fere nominavit, a qvibus hiftorias defumfit.* Confer ipfius *ARH Præf. in Schedas*.

(b) *Landnama* Part. 5. cap. 15. pag. 173. *De Islandiæ occupatione primus Arius presbyter Thorgilfi filius Polyhiftor fcripfit: Deinde Kolfkeggus Sapiens; Hoc autem volumen Dominus Haukus Erlendi, ex libris Sturlæ Nomophylacis & Stirmeri Sapientis compilavit, hujus defectum illius ubertate complens, ideoqve hæc Landnama reliqvis uberior eft.* Qvibus verbis Auctor non obfcure innuere videtur, *STURLAM* & *STIRMERUM* fua ex *ARIO* & *KOLSKEGGO* haufiffe, eorumqve fcripta locupletaffe: *HAUKUM* autem ex omnium eorum fcriptis unum, idqve perfectiffimum confeciffe. *BUSSÆUS* *Landnamam* noftro abjudicans audiri non meretur. *BIORNUS de SKARDSA* Ario *Landnamam*, qvatenus de occidentalis & borealis qvartarum occupationibus agit, ut & initium *Annalium Flateyenfium* tribuit, qvam ejus affertionem in medio relinqvimus.

(c) Hocce *Arii* opufculum primum Skalholti Anno 1688. opera *M. THEODORI THORLACII* ejusdem diœcefeos epifcopi meritiffimi; & deinde Oxonii Anno 1696. & ibidem recufum 1716. fed mutilum a Celeberr. *D. CHRIST. WORMIO*; Ultima autem vice Havniæ 1733. cum verfione Latina, indice & notis doctiffimis ftudio & opera Confultiffimi *ANDREÆ BUSSÆI* in lucem prodiit. Sunt qvi putant ipfius Arii autographum fuiffe perantiqvum illud *Schedarum* exemplar, in membrana exaratum, qvod Skalholtenfis Epifcopus longe Celeberr. Mag. *BRYNJOLFUS SVENONIUS* inveftigavit, & a Jona Erlandino presbytero Villingaholtenfi 1651. exfcribi curavit, ad qvod Skalholtenfis editio exacte impreffa effe dicitur. Sed rem ita fe habere vix

adduci

§. 8.

Gissurus Halli filius, Teiti nepos, a Thorlaco Runolfi filio educatus, & filii loco habitus, Sigurdi Norvegiæ Regis, Sverri patris, ali-
Bb 2 qvam-

adduci possum ut credam, his potissimum obstaculis & rationibus impeditus: (α) Ipsa inscriptio a recentiore manu adjecta esse videtur; Arius enim *Multiscii* cognomen sibimet haudqvaqvam indidit, sed procul dubio recentiores id ei addiderunt, qvi ad eruditissima ipsius scripta tanqvam ad locupletissimum antiqvitatis thesaurum recurrere, eaqve compilare solebant. Antiqvi enim alienarum qvam propriarum laudum buccinatores esse maluerunt. Ut taceam omnium fere veterum Islandorum scripta Authorum nominibus in fronte destitui. Noster autem in fine suum nomen posuit scribens: *Ego nominor Arius.* Et sane nimis impudenter verecundiæ limites transiisset, si id sibi cognominis dedisset, qvod Sæmundo non tribuit. Illum enim aut nudo Sæmundi, aut Sæmundi Presbyteri nomine, nunqvam vero *hinn fróda* seu Polyhistorem salutat. Sunt & qvi ipsum *Schedarum* nomen ab aliena manu adjectum esse volunt, eo qvod librum a se conscriptum, *ARIUS*, non *Schedas* sed *Islendingabóc* inscripserit, id est Islandorum librum, in Islandorum gratiam, aut de Islandis conscriptum, qvem Episcopis Thorlaco & Ketillo, ut & Sæmundo Presbytero censendum exhibuit. Sed qvicqvid sit de nomine libri, id tamen pro certo habemus, nostrum multo plura, seu vastius qvoddam opus historicum conscripsisse, qvam hunc libellum, de qvo jam sermo est. Id enim non tantum *SNORRO STURLÆUS* in Præf. *Chronic. Norv.* sed etiam alibi clare innuere videtur. (β) In ipso textu qvædam ita obscura, mutilata, & depravata occurrunt, ut ex eis nullus omnino sensus elici qveat, ex. gr. pag. 2. *Enn þat vas DCCCLXX. eftir* &c. Deest vox *vetra*, monente *BUSSÆO*, & pag. 8. desunt verba: *At eige ossá á midle*, qvæ ex aliis apographis restitui posse & debere idem vir doctus nos docet. Pag. 4. *At allir menn mynde þegn varð meþann hann mellte.* Locus omnino non intelligibilis, nisi restituatur hoc modo: *Mynde þeygiande verþa* id est omnes tacituros, dum verba faceret. Pag. 10. dicit Isleifum ad episcopatum ascendisse, sedente Leone Septimo, qvod verum non est. Propius ad veritatem accedunt *Sturlunga* lib. 3. cap. 47. & *Húngurvaka* dicentes, id factum sub Leone Nono, vide Sect. 3. c. 1. Ibidem: *Enn þá vas namn hans rett, at hann het Gisrödr*, ex qvibus nullus sanus sensus elici potest. Corrigenda itaqve ad ductum *Hungurvakæ* ut sensus fiat: *Gothi eum vocabant Gisrodum, cum revera nominandus esset Gissurus.* Pag. 13. de Jona Ögmundino: *Þá vas hann vetri miþr enn hálffertogr*, id est fuit annorum 34. Hic pro *hálffertogr*, scribendum *hálfsextogr*, id est agebat annum 54. Ibidem: *Gizor biskop andadisc XXX. nóttom siþar á enum þriþia dege i viko Kalend. Junii.* Restituendum ex *Hungurvaka* 5. calend. Junii; nam Thorlacus ordinatus fuit 4. calend. Maji, 30. noctibus ante obitum Gissuri. Linea ultima: *Gellir faþir þeirra Þórkels F. Branns oc Þórgils fauþor míns.* Hic prave Thorkillus statuitur pater Thorgilsi, cum esset ipsius frater; Expungendum itaqve superfluum illud *F.* qvod textum depravat. Hæc & alia plura, qvalis est ille seculorum concursus seu
alldamót,

qvamdiu aulæ Magiſtrum egit, deinde etiam circa Annum 1181. Islandorum Nomophylax fuit, vir prudens & doctus. In ſtudio Philologico tantum profecerat, ut Romam proficiſcens, nec ibi, nec alibi interprete opus haberet, cujusvis enim regionis lingvam exacte calluiſſe fertur; ex qva peregrinatione redux librum conſcripſit, cui nomen fuit *Flos peregrinationis* (e). Hiſtoriarum etiam peritiſſimus habebatur, ideoqve monachi Gunn-

alldamót, qvi ad annum 1120. ſtatuitur (cujus loco Conſultiſſimus *BUSSÆUS* ſubſtituit *aulldungamót* ſiue concilium, in qvo noſtrum calculum impetrare non poteſt, licet in aliis doctiſſimo viro facile aſſentiamur) non ἀκριβείαν Arii, ſed exſcriptoris aut correctoris oſcitantiam ſapiunt. Cum itaqve tam Erlandini, qvam Venerandi Editoris manibus ſummopere parcitum cupiamus, non ipſius Arii autographo, ſed apographo qvodam, magnam præ ſe antiqvitatis ſpeciem ferente, Erlandinum uſum fuiſſe tutius ſtatuimus. Argumenta enim, qvibus contraria nititur ſententia, magni ponderis eſſe non videntur. Nam putavit Erlandinus, ſed non indubie dixit, membraneum illud exemplar eſſe Arii autographum: Deinde antiqva illa orthographia, abbreviationes ſeu notæ tachygraphicæ, taliaqve nihil faciunt ad probandam rei veritatem; pluribus ſi non omnibus antiqvis Islandis ea ſcribendi ratio familiaris fuit. Exſtat inter documenta templi Reykholtenſis perantiqvum ſchedium membraneum, a blattis & tineis valde perforatum, ſed eodem plane modo ſcriptum & pictum, qvod tamen Ario 80 circiter annis recentius eſſe ex ipſo diſcitur. Nam conſcriptum eſt, (ni nimium fallor) Anno 1224, qvo Snorro Sturlæus filiam ſuam Ingebiorgam Giſſuro Thorvaldi filio in matrimonium collocavit, eodemqve anno ipſe Snorro Hallveigam duxit, qvorum nuptiis Magnus Skalholtenſis Epiſcopus, Thordus Sturlæus, aliiqve magnates interfuere, ut ex *Sturlunga* lib. 4. cap. 40. patet. Loqvitur id de Magno Presbytero & Hallfrida ejus uxore, qvi Snorroni prædium Reykholtenſe vendiderant, conf. *Sturlunga* lib. 3. cap. 65, tanqvam præſentibus, variaqve templi ornamenta & utenſilia Snorroni tradentibus; Similiter de Snorrone & Hallveiga ut præſentibus & templo aliqvid de ſuo attribuentibus; De Thordo & Giſſuro tanqvam rerum æſtimatoribus, aliisqve, qvorum nomina cum illorum temporum hiſtoria apprime conveniunt. Et memini, me a viro Celeberrimo (νυν εν αγιοις) antiqvitatum regnorum borealium longe peritiſſimo audiviſſe, hoc (ut conjecit) documentum, in Islandia vetuſtiſſimum, aut ipſius Snorronis Sturlæi aut alicujus ſupra nominatorum autographum eſſe. Vid. infra §. 17.

(d) Non vero Anno 1147. multo minus natus 1264. ut habent marginalia *Landnamæ* pag. 174, nec 1266. ut vult *Præf.* in *Chronicon Norv. Snorr.* plura de eo *TORFÆUS* Proleg. ad *Hiſt. Norv. & Ser. Reg. Dan.* pag. 38. 39.

(e) *Sturlunga* lib. 3. c. 50. " Giſſur laugſaugumadr bió í Haukadal eftir ſaudur ſinn. hann " var bædi vitr oc málſniallr. Hann var ſtallari Sigurdar kóngs ſandr Sverris kóngs. " Hann var oc hinn beſti klerkr þeirra er her á landi hafa verit. Opt fór hann af landi " í brott

Gunnlogus & Oddus suorum operum censuram ei commiserunt (a). *Hungurvakam*, id est vitas qvinqve Episcoporum Skalholtensium, non qvidem ipse scripsit, sed ex ejus ore & relationibus concinnatam esse, ejusdem Auctor in prooemio fatetur (b). Senior factus Skalholti cum Episcopis Thorlaco Sancto & Paulo vixit, ibiqve Anno 1206 senex obiit (c).

§. 9.

Filios reliqvit tres, *Magnum* postea Episcopum, *Hallum* Abbatem Helgfellensem, & *Thorvaldum*, qvi primum Joram Klangi, Episcopi filiam duxit, ex qva etiam prolem suscepit. Sed procedente tempore, clerus, nescio qvam cognationem aut affinitatem caussans, eorum conjugium illicitum & incestuosum pronuntiavit. Gutthormum itaqve Nidarosiensem Archiepiscopum accedens Thorvaldus, ab eo decennii cum conjuge vivendi dispensationem adipiscitur, eo vero exacto, omni seposita excusatione aut procrastinatione, sub excommunicationis poena, divortium injungitur. Jora autem, qvæ a dilectissimo marito divelli noluit, supre-

" í brott oc var meftinn í Rómaborg meir enn nockur Islendskr madr af ment sinni. " Honum var vída kunnigt um sudrlöndin oc þar af giordi hann bók þá er heitir " *Flos Peregrinationis.* " ɔ: *Gissurus Nomophylax Haukadali post suum patrem villicationem continuavit, & tam sapiens erat qvam eloqvens. Ille Sigurdi Regis, patris Sverreris Regis, erat supremus aulæ magister. Ille etiam omnium, qvi in hac terra fuere, doctissimus exstitit. Sæpe peregrinationes suscepit, & Romæ, suæ doctrinæ ergo, plus qvam ullus alius Islandorum erat honoratus. Multæ regiones meridionales ei erant notæ, de qvibus librum composuit sub titulo FLOS PEREGRINATIONIS.* De hoc etiam *Hungurvaka* in vita Klangi ita: " Var þá kominn frá Róm sunnan " oc allt utan frá Bár Gissur Hallsson, fór hann út med honum, oc áttu menn at " fagna tveim hinum mestu monnum oc mestu gersemum á Islandi. " ɔ: *Tum Roma a meridie, & inde a Barbaria venerat, Gissurus filius Halli, qvi peregre cum illo adfuit; duo tunc viri summi & Islandiæ maxima cimelia gaudium excitabant publicum.*

(a) Vide infra §. 23.

(b) *Hungurvaka*: " Hefi ek af því þenna bækling samansett, at ei felli mer úr minni " þat ek heyrda af þessu máli segia þann fróma mann Gissur Hallsson. " ɔ: *Hinc libellum hunc conscripsi, ne memoria mihi exciderent ea, qvæ virum probum Gissurum Halli filium hac de re referre audivi.*

(c) De Gissuro Halli lege *Sturlungam* lib. 3. cap. 50. aliosqve, ut & *Histor. Thorlaci Sancti.*

mum numen, ne tali modo ab eo separaretur, intensissimis qvotidie precibus fatigabat, cujus voti compos sub constituti termini finem placide obdormivit. Thorvaldus vero circa annum 1226. pecunia, qvam Kolskeggus qvidam monasteriis legaverat, Videyam emit; ibiqve erectum monasterium a fratre Magno Episcopo confirmari & inaugurari curavit, in qvo demum ipse suscepto cucullo anno 1263. vitam cum morte commutavit.

§. 10.

Ex secundis nuptiis Thorvaldus Gissurum suscepit, qvi qvamdiu pater in vivis fuit, qvietum civem egit. Illo autem mortuo, bellorum civilium, qvæ deinde flagrarunt, totamqve fere patriam perverterunt, si non semper fax & tuba, magna tamen sæpe pars fuit. Hic ab Hacone Rege, qvem qvarto cognationis gradu attingebat, solenniter Comes creatus, tandem tædio seculi & nausea volubilis fortunæ, cujus varietatem, siqvis unqvam, magnam expertus fuerat, Vidöense monasterium ingressus, ibidem anno 1266. ætatis 59. vitæ finem fecit (a).

§. 11.

Sæmundus Sigfussonius litterarum seminarium, qvod Oddæ diu deinde fuit, primus fundavit (b), natus Anno 1056. Exemplo Episcoporum Isleifi & Gissuri inductus, ex patria primum in Germaniam, deindeqve in Galliam discendi gratia profectus est, & Parisiis pluribus annis scholam freqventans, profectum spe magistri uberiorem fecit, qvi nostrum in patriam reverti velle subolens, propositum dissvasit, modisqve omnibus inhibuit; usqve dum Jonas Ogmundinus, Sæmundi consangvineus, iter per Galliam faciens, soluto, si non redemtionis, certe informationis non exi-

guo

(a) De Thorvaldo & Gissuro Comite, Jona Lopti, ut & Sturlungis Thordo, Snorrone, & Sturla agit *Sturlungorum Historia* passim, qvorum vitæ satis prolixæ & lectu non indignæ conscribi possent, sed nostræ paginæ angustia, & instituti ratio id non permittit. Summa saltem capita tetigisse hac vice satis erat, inprimis cum pleniora suppeditet *TORFÆUS Hist. Norv.* Tom. IV. Lib. 5.

(b) Ejus genealogiam exhibent *Landnama* pag. 159. & *Sturlunga* lib. 2. cap. 1.

guo pretio, ipſum inde ductum circa Annum 1076. patriæ reſtitueret (a). Redux hæreditarium ſuum latifundium Oddam in auſtrali Islandia ſitum occupavit, ibidemqve ſacro munere fungens & ſcholam aperiens libros conſcribere cœpit.

§. 12.

Pleraqve Sæmundi ſcripta tempus rerum edax nobis invidit, excepta tantum *Edda* ſeu Mythologia, qvæ ab ipſo *Sæmundiana* vocatur, (nam ab ipſo eam collectam eſſe, & in unum congeſtam fuiſſe majores crediderunt) cujus tamen exigua ſaltem pars ſupereſſe creditur, ſedecim enim tantum capita ad nos pervenerunt (b). Exſtant etiam *Annales* (c) a mundi initio ad ipſius usqve tempora, res ſacras & profanas continentes,

(a) Nos hic *Annales* & *vitam Jonæ Ögmundini*, qvatenus cum *Schedis* conſentiunt, ſecuti ſumus. Celeberr. *TORFÆUS* junior adhuc ſcripſerat, eum novennem ex patria exceſſiſſe; ſenior factus & rectiora forte edoctus, in *Ser. Reg. Dan.* lib. 1. cap. 5. pag. 40. tradit, eum anno ætatis viceſimo ex patria dimiſſum, in variis Germaniæ locis, & tandem in Gallia, ſtudiis usqve ad annum 1083. operatum eſſe. Qvicqvid ſit, infra hunc annum reditus ejus in patriam detrudi non poteſt, niſi *ARII* verbis manifeſta vis fiat. Fabula perqvam anilis de magiſtro arte necromantica eluſo, aliæqve ejusdem farinæ, qvæ de Sæmundo circumferuntur, dudum exploſæ ſunt. Interim imperitum vulgus Sæmundo magiæ uſum tribuiſſe non diffitemur, qvod rudibus illis & ſuperſtitioſis temporibus eruditorum commune erat fatum.

(b) De ſignificatione vocis *Eddæ* vide *GUDMUNDI ANDREÆ Lexicon* pag. 57. Eddam vero Sæmundianam ita deſcribit *RESENIUS*: *Conſtat*, inqvit, *meris rhythmis obſcuris, adeo fabulis involutis, ut jam vix intelligatur* &c. Sed *ROBERTUS SHERINGHAMUS*, qvem adducit *BARTHOLINUS* lib. 1. cap. 11. vocat Eddam *monumentum antiqviſſimum, religionem plurimasqve antiqvitates Gothorum & Anglorum exhibens &c.* Mag. *BRYNJOLFUS SVENONIUS* in Epiſtola ad Stephanium Anno 1642. ſcripta, de Edda Sæmundiana ita loqvitur: *Ubi ingentes theſauri totius humanæ ſapientiæ conſcriptæ a Sæmundo ſapiente, & inprimis nobiliſſima illa* Edda, *cujus vix milleſimam partem reliqvam nunc præter nomen habemus, atqve id ipſum, qvod habemus, omnino fuiſſet deperditum, niſi Snorronis Sturlæſonii epitome umbram potius & veſtigia qvam verum corpus* Eddæ *illius antiqvæ, reliqva feciſſet.* Noſtra ætate, de hac doctiſſimi viri adſertione dubitari cœptum eſt; Nam Celeberr. *A. MAGNÆUS* eandem Sæmundo, ſi non plane abjudicare conatus eſt, ſaltim qvod ipſius Auctor ut Collector unicus non ſit, haud contemnendis argumentis probabile fecit. Vid. *Nov. Lit. Dan.* 1756. Menſe Majo.

(c) Hos Annales genuinum Sæmundiani ingenii fœtum non eſſe, permulta ſvadent. Ex. gr.

tinentes, qvi ei vulgo adſcribuntur, ideoqve Oddenſes vocantur (a). Eo adſtipulante, in leges relatum fuit, ut univerſi Islandiæ incolæ numerum poſſeſſionum inirent, decimasqve inde ſolverent. Ejus etiam doctrina & habili-

gr. dictio, multo ſeqviora ſapiens ſecula: Habet enim voces & loqvendi modos Sæmundi ætate omnino ignotos, ut ſunt: *Relationer*, pro *fráſagnir*, Italiam, nunc vocat *Italiam* nunc *Valland*, qvod Sæmundi ætate inuſitatum fuit. Gallia enim, & in ſpecie Nevſtria, tunc temporis *Valland* vocabatur, ut ſat ſuperqve patet ex Append. *Landnamæ*, *Vitis Olai Trygg.* & *Olai Craſſi*, aliisqve monumentis. Unde etiam *Vita Olai Craſſi* de ipſius copiis, in Norvegiam ex Gallia redeuntibus, dicit habuiſſe *Valſka hiálma*, id eſt galeas Gallicanas. Conf. ejusd. cap. 40. Et *Speculum Regale* nominat *Valſka túngu*, id eſt lingvam Gallicam, cujus uſum non ſecus ac Latinæ commendat. Tandem vero poſt Annum 1400. præcipue vero circa & poſt annum 1500. Italia a noſtratibus *Valland* vocari cœpit, cum Sæmundi ætate, *fyre ſunnan fiall* & *á Púli*, vocata fuerit. Deinde hi Annales, multa Sæmundi eruditione indigna & a vero aliena tradunt: Qvalia ſunt: Odinum anno mundi 3449. regnum in ſeptentrione capeſſiviſſe & octo tantum annis regnaſſe, hisqve peractis, occiſum fuiſſe & Othiniæ in Fionia tumulatum. Bellum Punicum primum cum ſecundo confundit, unde Reguli mortem & Annibalis in Italiam irruptionem ad annum mundi 3700. referunt, eodemqve tempore Frodum Vegetum Danis imperaſſe perhibent, qvem annis poſt Chriſtum natum 340. floruiſſe conſtat. Thevdam & Judam Galilæum hæreticos vocant, qvos ad annum Chriſti 50. referunt & ab Apoſtolis occiſos fuiſſe tradunt, & ut verbo dicam: eſt opus novitium ex *SAXONE GRAMMATICO* aliisqve recentioribus compilatum, aut interpolatum poſt annum 1500. qvod Auctor manifeſte prodit ſub finem operis ad annum Chriſti 67, in qvo definit, ablegando Lectorem ad *Chronicon Joh. Carionis.*

(a) Præter hosce *Annales* alia opera hiſtorica Sæmundo tribuit *TORFÆUS Ser. Reg. Dan.* lib. 1. cap. 5. (locum enim, qvem *BARTHOLINUS* ex *TORFÆI* Serie adhuc manuſcripta allegat, lib. 1. cap. 11. & ex eo *HOLBERGIUS Deſcr. Dan. & Norv.* pag. 156. non moror, cum ipſe *TORFÆUS* eum ex ipſo opere in lucem emittendo expunxerit, & pro ſuo haberi vetuerit,) ſeqvens ut videtur authoritatem *ODDI* Monachi, & Anonymi cujusdam, qvi Jonæ Lopti, Sæmundi nepoti carmen honorificum inſcripſerit, qvem tamen, cum ejus computatio, in Regum Norvegiæ annis, a calculo *ARII* non ſemel diffideat, ſcripta Sæmundi non ſatis accurate excuſſiſſe ſuſpicatur. *Hæc*, inqvit, *abunde ſtabiliunt*, *Hiſtorias Regum Norvegorum & Annales Sæmundum ſcripſiſſe.* At qvæſo, qvomodo hæc cum manifeſtis *SNORRONIS* verbis: *Arium primum omnium Hiſtorias & vitas Regum Norvegiæ* conſcripſiſſe, dicentis conciliari poſſunt? Hujus autem fides tanqvam docti & veracis Hiſtorici, nobis incurioſi illius anonymi, ut & *ODDI* Monachi, qvem ipſe *TORFÆUS* intempeſtivæ credulitatis tam ſæpe incuſat, multo potior eſt (qvod pace magni *TORFÆI* dictum eſto). Interim tamen Sæmundo Annalium conſcriptionem haudqvaqvam abjudicare volumus, qvibus ſubinde aliqvid de Regum Norvegicorum ſucceſſione immiſcuerit.

habilitate Episcopi Thorlacus & Ketillus in conscribendo jure Canonico usi sunt (a). Obiit anno ætatis 77. restauratæ vero salutis 1133.

§. 13.

Filios habuit Sæmundus *Ejulfum* & *Loptum*. *Ejulfus* vir pius & doctus aliqvalem etiam docendi ludum aperuit, ex qvo prodiit *Thorlacus Thorhalli filius*, Skalholtensis postea Episcopus, qvi qvotiescunqve de pietate aut bonis moribus aliqvid aut loqvebatur, aut præcipiebat, dicere consvevit: *Tales fuerunt consvetudines seu mores Ejulfi nutricii mei* (b). Loptus in Norvegia, Magni Regis Nudipedis filiam naturalem Thoram connubio sibi junxit, ex qva Jonam, celeberrimum Islandiæ civem suscepit.

§. 14.

Post patris & patrui obitum *Jonas Lopti* prædium Oddense inhabitavit, scholæqve Oddensi præfuit. A Scriptoribus, qvi ipsi coævi fuerunt, ut doctus, sapiens, locuples, magnificus, & in conciliandis dissentientium popularium animis, utpote magna auctoritate & benevolentia præditus, fortunatissimus prædicatur, graviores enim sæpe lites ipsius judicio commissæ fuerunt (c). More seculi, qvo vixit, simul ecclesiæ diaconum, & provinciæ Prætorem egit, templa non pauca condidit, eaqve splendide ornavit. Monasterium Keldense exstruxit qvidem, sed morte præventus non dedicavit, qvod ideo ipso mortuo dirutum fuit. Nimiæ mulierositatis vitio laboravit, & ex concubinis, qvas plures habuit, filios non paucos suscepit; qvorum nominatissimi fuerunt, *Paulus Episcopus* & *Ormus* Breidabolstadensis. Legitimorum autem celeberrimus fuit *Sæmundus*,

(a) Confer *ARII Sched.* cap. 10. & *Jus Eccles. Antiqv.* cap. 26. Plura dabit *TORFÆUS* in Proleg. *Hist. Norv.* & *Ser.* pag. 40. 43.

(b) Sancto Thorlaco Ejulfi præcepta & consvetudines tam pretiosa videbantur, ut qvondam Pythagoræ discipulis ipsius verba.

(c) Vide *Sturlungam* Lib. 2. cap. 33. 36. 37. Lib. 3. cap. 22.

dus, Islandorum ſua ætate ditiſſimus, cui Haraldus Orcadum Comes filiæ ſuæ Langliſæ nuptias obtulit (a). Obiit Jonas Lopti ſenex Anno 1197.

§. 15.

Snorro Sturlæus patrem habuit Sturlam Thordi, dictum Hvammenſem, natus Anno 1178. triennis in familiam Jonæ Lopti, litteris & bonis artibus operam daturus conceſſit, ibidemqve annis 16. usqve ad Jonæ obitum, eoqve mortuo apud Sæmundum Jonæ filium aliqvantisper ſubſtitit. Is ab initio Seculi 13. usqve ad 1241., qvo occiſus eſt, divitiis, prudentia & eruditione percelebris, poſt Sæmundum Jonæ omnium locupletiſſimus & potentiſſimus, exiſtimabatur. Magnam enim Islandiæ partem in ſua habuit poteſtate, ita ut qvandoqve 800. armatis ſtipatus forum generale adiret; qvamqve dives pecoris fuerit, vel inde conſtare poteſt, qvod ſemel centum boum jacturam fecerit, qvam nihili æſtimavit; nam hæc minima armentorum ejus portio fuit. Circa Annum 1218. Norvegiam petiit, ibiqve biennium ſubſiſtens, magnam Regis Haconis, majorem vero Comitis Skulonis gratiam adeptus eſt; cumqve ipſius potiſſimum conſilio & perſvaſionibus, expeditio in Islandiam, qvæ tum temporis a Norvegis parabatur, omitteretur, Regi inſulæ dominium ſua ſe auctoritate acqviſiturum, promiſiſſe ſuſpectus habebatur. Nam non tantum poteſtate de tranſactione inter eum & Islandos facienda, ſed etiam donis & privilegiis Nobilium ornatus, ad ſuos reverſus eſt; coram qvibus non modo omnia diſſimulavit, ſed & pernegavit, verſutioris enim ingenii ſemper habitus fuit. Hinc nec diu odiis indulſit, licet controverſias de præturis, latifundiis & hæreditatibus, cum variis, ſæpe etiam propinqvis & cognatis haberet (b); erat enim tam honorum qvam opum valde appetens; nec amicitias conſtanter coluit, ſed pro re nata verſabilis fuit.

§. 16.

(a) Vid. *Sturlungam* Lib. 3. cap. 66. & *Hiſt. Com. Orcadenſium.*

(b) Lites ei cum Siglivato fratre, Sturla ſobrino, Giſſuro, Kolbeino & Thorraldo propriis ſuis generis, Urækia filio, Klango & Ormo, qvorum vitricus fuit, Sæmundo ſuo qvondam nutricio, Magno Gudmundi, aliisqve; de qvibus conſulenda *Sturlunga* ſuis locis.

§. 16.

Nomophylacis officio inter populares sæpius functus fuisse fertur (a). Poëta & Historicus excellens fuit, lingvas etiam Latinam & Græcam probe calluisse videtur (b). Operum ejus, qvæ non pauca reliqvit, qvædam perierunt, qvædam supersunt, inter qvæ eminent *Chronica Regum Norvegiæ*, qvod scriptum a verbis initialibus *Kríngla heimsens*, id est orbem terrarum appellavit (c); *Edda* illa recentior ab ipso *Snorroniana* vocatur (d); *Scalda*, ei etiam a qvibusdam tribuitur (e). His accedunt

(a) Ejus supremam jurisdictionem ad seqventes annos collocant Historici, *ARNGRIMUS*, *WORMIUS*, *RESENIUS* ad 1215. & 1222, *Annales* ad 1213. & 1222. *Sturlunga* Lib. 5. cap. 21. ad 1233.

(b) Poëmata & carmina de Dynastis plura composuit, *de Comite Hacone Galin* circa annum 1212, qvod ei per internuntios misit, speciosa dona ea propter recipiens, *Sturlunga* Lib. 4. cap. 21. *De Christina Comitis uxore*, qvæ ei vexillum, qvo usus fuerat Ericus Sveciæ Rex, dono dedit l. c. cap. 22. *De Comite Skulone bina*, qvi eum non tantum ornata & instructa navi, sed etiam 15. aliis magni pretii muneribus, tandemqve, una cum Rege Hacone, nobilium privilegiis beavit. *Sturlunga* Lib. 4. cap. 25. Rhythmi autem, qvos circa annum 1239. de *Gauto Jonæ*, Regis Haconis amico, in gratiam Ducis Skulonis fecit, majorem ipsi invidiam qvam honorem conciliarunt, vid. *Hist. Reg. Haconis Haconidis.* Latinæ & Græcæ lingvæ peritum fuisse scripta ejus clare testantur.

(c) Opus perelegans ab Odino incipiens, ad Sverrum Norvegiæ Regem produxit. Hoc præter alios laudibus effert Nobiliss. *HOLBERGIUS Hist. Dan.* Tom. I. pag. 341. & 729. ubi tamen inter Snorronem & Sturlam Thordi, authorem *Historiæ Regis Haconis*, non satis distingvitur, illisqve *vita Sverri*, qvæ Carolum Abbatem authorem agnoscit, adscribi videtur.

(d) Edda Snorroniana creditur esse lacinia qvædam, seu reliqviæ Eddæ Sæmundianæ. Fabulas autem, qvas Eddæ continent, Sæmundus aut Sturlæsonius de suo ingenio non finxerunt, sed ab antiqvioribus acceptas, posteritati transmiserunt, ut patrias antiqvitates ab interitu conservarent; In ipsis vero fabulis nihil aut parum inest, qvod vitiatum aut mutatum videatur: Multa etiam ut in fabulis Homeri, Hesiodi & Græcorum vera esse creduntur, ut loqvitur *SHERINGHAMUS* apud *Bartholinum* in *Antiqv. Dan.* lib. 1. cap. 2. & *TORFÆUS Ser. Reg. Dan.* lib. 1. cap. 2. Hanc autem Eddam hoc modo definit ipse Author cap. 1. Edda *est ars ex antiqvis ingeniosorum hominum fabellis, varieqve adinventis rerum appellationibus, docens Norvegicam poësin, vulgo obscuram, sapientibus auditu jucundam & artificiosam, exercere & exhibere, qvæ ut fons jugis veteres suggerit, & novas semper gignit voces, ad rem rhythmicam facientes, omnibus insignibus poëtis, qvi illam dextre volunt scrutari, commendanda,*

dunt ejusdem *Háttalykill* ſive Clavis Metrica, & *Bragarbót*, qvorum fragmenta hinc inde in *Edda* Codicis Wormiani occurrunt. Senior factus fortunam magis adverſam experiri cœpit. Nam Anno 1236. ipſius frater Sighvatus, ejusqve filius Sturla, qvos ipſe Snorro & filius ejus Urækia, variis modis irritaverant, in eum inſurrexerunt, omnibusqve propemodum

---

danda unde Edda ab edo, compono, meditor, *nomen accepiſſe videtur.* Hanc Eddam Snorronis eſſe opus, primum in dubium vocavit, aut tantum non pernegavit Celeberr. A. *MAGNÆUS*, cujus argumenta magnam habent probabilitatem; Sed bonæ fidei, nobis ſæpius citati *Annales Breviores*, conſcripti, ut videtur, ante annum 1400. confidenter adſerunt, *SNORRONEM* Eddam aliasqve Hiſtorias Islandice ſcripſiſſe, dicentes: " Anno 1241. Audlát Snorra Sturluſonar í Reykhollti. Hann var " maþr vitr oc margfródr, höfdingi mikill oc flægvitr. Hann kom fyrſtr manna " eignum undir kóng her á landi, ſem var Beſſaſtadir oc Eyvindarſtadir. Hann ſam- " ſetti Eddu oc margar adrar frædibækur oc Iſlendſkar ſaugur. hann var veginn í " Reykhollti af mönnum Giſſurar Jarls. " ɔ: *Anno 1241 Mors Snorronis Sturlæi de Reykholto. Ille vir erat ſapiens & multa ſcientia gaudens, Magnas potens & aſtutus. Is primus prædia in hac terra fiſco attulit regio, quæ fuere Beſſaſtadæ & Eyvindarſtadæ. Ille Eddam & multos alios libros doctrinales ac hiſtorias Islandicas compoſuit. Ille Reykholti a Giſſuri Comitis hominibus interfectus eſt.* Doctiſſimus *ARNGRIMUS JONAS* in *Epiſtola ad Wormium.* Vide *WORMII Epiſt.* Tom. I. pag. 329. de hac re ſemet ita exprimit: *De Authore Eddæ objectum ſcrupulum illo eximendum ſentio, qvod in noſtris monumentis manifeſte legatur in hæc verba:* " Snorri " Sturluſon var á dögum Gunnlaugs múncks. hann (Snorri) jók vid þá Eddu, ſem " Sæmundr preſtr hinn frodi hafdi ádur ſamſett. " ɔ: *Snorro Sturlæus diebus Gunnlaugi monachi vixit. Ille* (Snorro) *Eddam antea a Sæmundo Sacerdote Polyhiſtore compoſitam adauxit.* Ubi notandum, qvod Islandica verba non ſunt ipſius Arngrimi, ſed antiqvi cujusdam Auctoris, qvem qvidem non nominat, ſed vocibus: *noſtris monumentis*, indigitat. Et hinc concludimus fieri poſſe, qvod Snorro operi primus manus admoverit, ſed imperfectum reliqverit, idqve deinde in manus Olai Hvítaſkáld, aut alius cujusdam viri docti inciderit, qvi id eadem, qva initio orſus eſt Snorro, forma, continuarit, & præter plura alia, ea addidit, qvæ a Snorrone ſcripta eſſe neqveunt. Sed nihilominus opus Snorroni, ut viro docto, ejusqve inceptori & Auctori primario, attribui poteſt. Edda hæc Snorronis cum verſione latina & danica, opera & ſtudio *RESENII* Havniæ 1665. prodiit. Poſtea vero in Svecia opera *GÖRANSONII*, & lingva Gallica opera *MALLETII* Havniæ & Genevæ edita eſt.

(e) De *Scalda* ita loqvitur *ARNGRIMUS* in *Epiſtola* ad Celeberr. *WORMIUM*: *Liber de arte poëtica Islandorum Skálda dictus eſt, qvaſi praxis alterius Eddæ, ut Edda inventionem, Scallda uſum vel artem juvet.* Scaldam qvidam Olao Thordi filio, Snorronis ſobrino tribuunt, dicto communiter Huítaskálld. Sed ſi liber hic, ut innuere videtur *ARNGRIMUS Crymog.* lib. 1. circa annum 1216. conſcriptus eſt, alium qvam Olaum,

dum possessionibus spoliarunt, qvorum furori cedens, altera vice Norvegiam petiit, ibiqve in periculosissimam Skulonis Ducis a Rege Hacone incidens defectionem, relicto Rege, Ducis partes secutus est. Ab hoc tandem, ut qvidam volunt, Comes creatus, navem, qvam a Duce dono acceperat, ipsius permissu conscendens, Rege contra abitum severe prohibente, in Islandiam trajecit. Cujus temeritatis postea pœnam capite luit. Nam Gissurus Thorvaldi filius, Snorronis qvondam gener, ipsum ea propter ut Majestatis reum Reykholti Anno 1241. ætatis Snorronis 63. decollari fecit (a).

§. 17.

Licet pretiosissima Snorronis Sturlæi scripta, qva contextum & dictionem attinet, invariata ad nos pervenisse non negem, orthographiam tamen, & forte plura, valde esse mutatam, & ab exscriptoribus ad sui temporis scribendi modum formatam esse, valde faciunt verisimile antiqvi Codicilli templi Reykholtensis, blattis & tineis ita exesi & perforati, ut vix aut non legi qveant, qvod sine dubio est antiqvissimum, qvod nostro tempore in Islandia exsistit documentum, scriptum enim videtur Anno 1224. (b), in nuptiis ipsius Snorronis & Hallveigæ Ormi, ut & Gissuri postea Comitis titulo insigniti, & Ingebiorgæ Snorronis filiæ, qvæ simul Reykholti magna pompa celebratæ fuerunt, præsente, præter multos alios, Magno Episcopo & Thordo Snorronis fratre, qvi, Thordus scil., Gissurus, Ketillus Hermundi, & Hugo Pastor, ut testes & rerum æstimatores

Olaum, qvi tunc temporis junior fuit, qvam tali libro concinnando, par esset, authorem agnoscit. Runarum pariter ac reliqvæ literaturæ peritum fuisse Snorronem nullus dubito. Interim tamen runarum genus, qvod vocatur *stafkarlsletr*, qvo scriptum fuit epistolium ipsi ab Oddo Sveinbiornonis missum, aliqvid de conjuratione contra eum facta continens, legere aut intelligere non potuit; ideoqve in insidias sibi structas incidit. *Sturlunga* lib. 6. cap. 30.

(a) A Rege Hacone Gissurus in mandatis habuit, ut Snorronem captum ad se transmitteret; Id autem si neqviret, occidendum curaret; minime enim Rex Snorronis sangvinem sitiebat, ut ipse postea confessus est; Sed Gissurus opibus ejus inhians, nullam ipsi, ex insidiis capto, prolixeqve mortem deprecanti, optionem concessit. *Sturlunga* lib. 6. cap. 31. & *Hist. Hacon. Haconidis.* De Snorrone cetera, videndi *TORFÆUS* in cit. Prolegomenis & *Serie* pag. 46. & *PERINGSCHIOLDIUS* in Præfat. suæ editionis, cujus haud pauca ex dictis emendari possunt.

(b) Conf. supra §. 8. pag. 196.

in documento nominantur, nam eodem tempore Snorro Reykholtum a Magno Thordi filio, partim emtione, partim, ut videri voluit, hæreditate ſibi debitum accepit, præeunte itaqve Epiſcopi authoritate & in ejus præſentia, ad qvem ex præſcripto legis ſuprema talium rerum inſpectio pertinuit, ſibi prædium, templum, & omnia eorum bona, qvæ hic ſollicite ſatis enumerantur, tradi curavit (a).

§. 18.

(a) Antiqviſſimum hocce documentum ipſius Snorronis manu, ut qvidam putant, exaratum, ut ab interitu conſervetur, & ut curioſus lector, qvalis eorum temporum orthographia & genuinus ſcribendi modus fuerit, cognoſci qveat, hic adjicere placet, cujus tenor talis eſt: " Til kirkio ligr i raukiaholte heimaland meþ ollom landſ-
" nytiom þar fylgia kyr tottogo. griþungr tvevetr XXX. a. oc hundraþ. þar ligr
" til fim hluter. grimſar alrar en þrir huerfa undan. nema þat eſ mun nu telia. þat
" eſ hlaupagarþr alr. oc þrir hluter arennar ſyr nordan miþberg. en fiorgongren
" huerfr fra. þar fylger oc tiorþongor haorgſ hyliar ſiþan eſ ſettungr eſ af teken oc
" oſtemma at rauþa vatſoſe. þar fylgia heſtar þrir enge verre an XIIII. aurar. þar
" hverfr oc til ſelfor i kior meþ ovcþe þeirre eſ þar fylger at helfninge oc afretr a
" brutafiarþarheþe. oc itoc þau eſ han a i faxadal. oc geitland med ſcoge. Skogr i
" ſandale niþr fra ſclakkagile umb ſcalatofſt. gengr mark fyr neþan or ſteinom þeim
" eſ heita klofningar þeir ſtanda viþ ſandalſo. oc þar up a fialſ brun. þar fúlger oc
" ſkogr i þuerarliþ at viþa til ſels. torfſcurþr i ſteinþorſſtada land. Salds ſæþe
" niþr fort. Her liggia til tio hundroþ ſex alna aura i bokom oc i meſſo fotom oc
" i kirkio ſkruþe. z gvdvæfiar haukvll vvirdr. ær ormr. b. Gil. ſ. gaf fvr vtan
" klukkor II. þeir ero ovirdar. Magnus oc hallfriþr gefa til kirkio roþo kroſſ oc
" likneſke þau eſ ſtanda ufer altara. oc bnneng a plenario. þat eſ kirkio fe umb
" fram of þat eſ aþr eſ talt. kirkio fe ſvlgia tuer mercr vax. oc tottogo. þau liggia
" lond til kirkio breiþabolſtaþr. oc raukialand. oc hogende. her fvlgia eN kirkio-
" fe ſiav kugilde i metſe. Sa eſ bvr i raukiaholte ſkal annaz haſſland oc tuan
" kvgilde buſiar meþ. þui fe ſkal fvlgia kueNgildr omage huer miſſere. oc ſkal ſa
" haN tiltaka eſ i raukiaholte bvr. þeſſe kirkio fe eſ ero i bokom oc i meſſo fotom
" oc i kirkio ſkrvþe virdo til ſextogo hvndraþa vaþmala i hendr Snorra. þeir GizoR
" oc Þorþr. oc ketill hermundar ſ. oc hogne preſtr. Skrin þat eſ ſtendr a altara
" meþ helgom domom gefa þeir Magnus oc Snorre at helfninge hvaR þeirra. oc eſ
" þat kirkio fe umb fram of þat eſ aþr eſ talet. kirkia a eN um fram klukur þer
" er þau SnoRi oc hallveig leGia til ſtadar ſaungmeyiar II. oc II. arnanautar. en
" Vta. ſaulmundarnautr en .VIta. petrſnautr. oc þar med meSo faut en betſto
" ſmelta croSar. II. ſcript. Þeſſa reka a kirkia i reykiahollti. Vndir. felli ytra
" þridivngr hvalreka ok halfr vidreki J (oc) land halft. Vndir idra felli þridivngr
" hvalreka J (oc) likt i agoda. ſem vndir. ytra. þridivngr hvarttveggia i agoda. A
" mvnadaRneſi fiordvngr hvalreka. Ad kambi fiordvngr i hvalreka. I byrgiſvik
" fiordvngr i hvalreka. "

" Kirkia

§. 18.

Plures qvidem Snorro fratres habuit, qvorum apud Hiſtoricos non incelebre nomen. Sed reliqvis pietate & prudentia *Thordus Sturlæus* antecelluit, Gudmundo Arii ſemper amiciſſimus, inqve id omnes ſemper inten-

---

» Kirkia ſu er ſtendr i reykiaholti er helgud med gudi MaRiv modvr drottins. » oc hinum helga petro poſtola. oc envm hælga dioniſio biſkopi oc henni helgv » Barbare meyio. » Id eſt: *Ad templum Reykholtenſe pertinet ipſius prædii fundus, una cum omnibus fundi emolumentis; accedunt viginti vaccæ, taurus bimulus, & centum ac qvinqvaginta oves* (lactariæ). *Pertinent ad illud qvinqve partes totius amnis Grimsa, tres reliqvæ abſunt, exceptis illis, qvas mox recenſebo: Totus ſcilicet Hlaupagardus, & tres amnis, a ſeptentrione Midbergi, partes, qvarta autem pars abeſt. Accedit & qvarta pars vorticis Haorgenſis, ſextante prius demto, & Oſtemma usqve ad oſtium Raudavatnenſe. Pertinent* (ad dictum templum) *tres eqvi; qvorum nullus qvatuordecim unciis ſit vilior. Pertinet quoqve illuc ſervitus magaliorum æſtivorum in Kiöra, cum dimidia piſcaturæ in amne iſto parte, & paſcua montana in teſqvis Hrutafiordenſibus, præter ſervitutem paſcuorum, qvam in Faxadalo tenet, & Geitlandiam cum ſylva. Sylva* (etiam pertinet ad hoc templum) *in Sandalo infra* (profundum & declivem rivum) *Sclakkagil, ultra Scalatoſſtas. Limites ab inferiore parte de lapidibus, qvi apud Sandhalſos conſpicui ſunt, & Kloſningi vocantur, uſqve in ſupremum montis jugum deducuntur. Accedit & ſylva in Thverarhlida, ſi in uſum magaliorum lignandum foret; jus turfam in fundo Steindorſtadenſi effodiendi, & ſatum frumenti terræ mandatum. Huc pertinent decem hundredæ unciarum, qvarum qvævis ſex ulnas continet, in libris, veſtibus ſacris & ornatu templi conſtantes, ut & humerale ſacerdotale de holoſerico, nondum taxatum, qvod Ormus Colonus filius Gilſi dederat, præter duas campanas, qvæ* (etiam) *nondum ſunt taxatæ. Magnus & Hallfrida templo crucifixum, & imagines ſupra altare diſpoſitas donant, & ornatum plenarii, hæ ſunt, præter recenſitas, templi poſſeſſiones. Accedunt ad templi bona viginti & duæ ſemilibræ ceræ. Prædia hæc ad templum pertinent: Breidabolſtadus, territorium Reykenſe & Hogenda. In bonis templum adhuc ſeptem vaccis æqvivalentia cimelia habet. Qvi Reykholti habitat, qvovis tempore territorii Hofenſis, & duarum vaccarum æqvivalens in pecoribus* (conſiſtens) *curam gerere tenetur, ad qvod fœmina inops. ſuſtentanda accedit, qvam tamen, qvi Reykholti habitat,* (ipſe) *eliget. Has templi poſſeſſiones in libris & veſtibus ſacris & ornatu templi conſiſtentes, Giſſurus, Thordus, Ketillus filius Hermundi, & Hugo ſacerdos, Snorroni tradendas, ſexaginta hundredis* (ulnarum) *panni inqvilini taxabant. Scrinium in altari conſtitutum & reliqvias continens, Magnus & Snorro, ſinguli ex dimidia parte, donant, qvod igitur, præter allatas, templi eſt poſſeſſio. Templum præterea adhuc poſſidet campanas duas, ad cantum convocaturas, qvas Snorro & Hallveiga illi donant, ut & duas ab Arna, qvintam a Saulmundo, & ſextam a Petro* (donatam), *nec non veſtes miſſaticas*

intendens vires, ut concordia inter Proceres dissentientes stabiliretur aut redintegraretur. Qvantum una cum fratribus Magno Episcopo, & Thorvaldo Gissuri filiis eo in negotio præstiterit, inde liqvet, qvod in Islandia, licet ipsis viventibus multum sæpe fumaret, non tamen priusqvam ipsis exstinctis, apertum seditionum & civilium bellorum incendium erumperet. Thordus Anno 1237. mortuus est (a).

§. 19.

Filios qvidem Thordus plures habuit, sed doctrinæ laude præcelluerunt Olaus & Sturla. *Olaus*, a comarum albedine & insigni poëtandi peritia, distinctionis ergo ab Olao Svartaskálld (Niger poëta), qvi eodem tempore floruit, vocatus *Hvítaskalld* (Albus poëta), a patruo suo, Snorrone Sturlæo, una cum fratre Sturla, si non educatus fuit, saltim apud eum sæpius mansit, & ex eo bonas artes literasqve inbibit, ita ut poëta optimus, &, post ipsum patruelem, sui seculi doctissimus haberetur. Hinc Snorroni constanter adhæsit, & pro eo pericula obire non dubitavit. Anno 1236. in Norvegiam, & inde in Daniam ad Waldemarum Victoriosum transiit, sub qvo aliqvamdiu meruit, & ab eo magni fuit æstimatus. Sed Anno 1240, in Norvegia prælio Osloënsi, Haconis Regis signa seqvens, interfuit. In Islandiam redux, Nomophylacis officium gessit Anno 1248. & 1252. obiit Anno 1259. Poëmata ejus celebriora fuerunt Panegyrici, Haconi Norvegiæ, & Waldemaro Daniæ, Regibus, Skulio Norvegiæ Comiti, & Sancto Thorlaco, dicti (b). Qvæ omnia interciderunt, præter frag-

---

missaticas optimas, duas cruces encausto pictas, (&) textum. Horum littorum jus in templi Reykholtensis dominio est: Sub Fello exteriori triens balænarum, & triens lignorum ejectitiorum, & dimidium fundi. Sub Fello interiore triens balænarum ejectitiarum, & tantundem, ac sub exteriori, accessionum, triens puta utrobiqve accessionum. In Munadarneso qvadrans balænarum ejectitiarum. Apud Kambum qvadrans balænarum ejectitiarum. In Byrgisvika qvadrans balænarum ejectitiarum.

Templum qvod Reykiaholti est, dedicatum est cum Deo Mariæ Deiparæ, & Sancto Petro Apostolo, & Sancto Dionysio Episcopo, & Sanctæ Barbaræ Virgini.

(a) Conf. *Sturlunga* libr. 5. cap. 50.

(b) " Olafr Þórdarson hafdi ordt drápu um Þórlák biskup um veturinn eftir andlát Magn-
" úsar biskups. Hann fór um föstuna í Skálhollt, oc giördi ser þat til eyrindis,
" at

fragmenta qvædam, qvæ in *Vita Haconis Regis* allegata occurrunt. Qvidam & *Eddam*, qvæ Snorroniana vocatur, ut & *Skaldam* ei tribuunt, qvidam vero utramqve ei abjudicant (a).

§. 20.

" at færa hönum drápuna, enn hann vildi þó hitta Snorra Sturluson, hvad hann oc " giördi. " *Sturlunga* libr. 6. cap. 1. id eſt: *Olaus Thordi filius hyeme poſt obitum Magni Epiſcopi elogium poëticum de Thorlaco Epiſcopo concinnaverat. Ille tempore qvadrageſimali Skalholtum tetendit, cauſam itineris prætexens, ſe illi elogium præſentaturum, (revera) tamen Snorronem Sturlæum convenire voluit, qvod & fecit.*

(a) Majores noſtri *Eddarum* collectionem Sæmundo & Snorroni, *Skaldæ* autem concinnationem qvidam Snorroni, qvidam autem Olao Hvítaſkalld tribuerunt. Biörnus vero Skardſaaënſis *Skáldam* Gunnlaugo monacho, (ſed ut puto perperam) attribuit. Sed omnia hæc in dubium vocavit, imo *Eddam* & *Skaldam* eisdem pæne abjudicavit, borealium Antiqvariorum coryphæus Celeberr. *A. MAGNÆUS*, cujus palmaria argumenta ſunt, qvod Eddæ Auctor promittit ſe Skaldam, ſeu librum ejusdem argumenti, conſcripturum, adeo, ut ſi non certum, ſaltem probabile ſit, unum eundemqve utriusqve libri eſſe Auctorem; cum vero *Skaldæ* Auctor vocet Waldemarum, Daniæ Regem, *ſuum Dominum*, qvod Snorroni non poteſt competere, utpote qvi nunqvam in Daniam venit, ideo eum libri Auctorem non eſſe. Præterea *Skaldæ* Auctorem in Snorronis laudes erumpere; Sed antiqvos propriarum laudum parciſſimos fuiſſe. Deinde qvod hæc ſententia deſtituatur omni antiqvitatis teſtimonio, nec aliud habeat fundamentum, qvam *B. SVENONII* & *ARNGRIMI* conjecturas. *Skaldam* vero Olai opus non poſſe haberi, cum eos nominet, qvi poſt ejus fata vixerunt. Qvæ etſi omnia ſpecioſa ſint, & magnam præ ſe ferant veriſimilitudinem, non tamen, ut nobis videtur, rem omnino conficiunt, aut antiqvam penitus evertunt traditionem, cui, ut & *Annalium* fidei, *SVENONIUS* & *ARNGRIMUS*, viri doctiſſimi, & ſuo uterqve tempore Antiqvitatum Islandicarum peritiſſimi, ſuam ſuperſtruxerunt ſententiam. Fieri autem potuit, qvod Snorro operi Eddico, & forte utriqve primus manus admoverit, ſed imperfectum neceſſario ſuo & cariſſimo diſcipulo perficiendum reliqverit, ut ſupra §. 16. monuimus. Qvod autem *Skalda* Olaum ſi non unice, ſaltim magna ex parte, Authorem agnoſcat, veriſimile faciunt: 1) Laudes Snorronis, ibidem obviæ. 2) Auctor vocat Waldimarum, Daniæ Regem, *Dominum ſuum*, qvod apprime in Olaum qvadrat. 3) Magna illa eruditio in *Skalda* occurrens, oſtendit Auctorem fuiſſe & Græce & Latine doctum, ſatisqve bene in aliis artibus & ſcientiis verſatum. Sed tales viros poſt Olai mortem exſtitiſſe non reperio. Qvod autem in *Skalda* eorum ſit mentio, qvi poſt Olai mortem vixerunt, poteſt ab aliena manu adjectum eſſe; nam tales interpolationes in plurimis libris non raro occurrunt. Ex qvibus patet, allata a ſummo viro argumenta non tanti eſſe valoris, ut Annalium fidem & antiqvam traditionem penitus evertant, licet illud tantum probent, qvod neuter ſit unicus ex aſſe hujus vel illius libri Auctor. Qvod doctiſſimi viri pace, cujus manibus magnum debeo, habeoqve honorem, dictum eſſe volo.

§. 20.

Sturla Thordi filius, vulgo Multiſcius ſeu *Polyhiſtor* cognominatus, Poëta, Hiſtoricus, & Juris Conſultus perceleber; qvi fortunæ fallaciam ſæpius expertus eſt, præcipue vero Anno 1263; tunc enim invitus & tantum non compedibus ligatus, ut rebellis & Majeſtatis læſæ reus in Norvegiam miſſus fuit; ſed contra inimicorum ſpem brevi ſummum Regis favorem & totius aulæ tantam æſtimationem adeptus, ut Dapifer, Hiſtoriographus, & Conſiliarius Regius conſtitutus fuerit, deinde etiam pluribus annis in patria Nomophylacem egerit. Præter *Panegyricos* Haconi & Magno Norvegiæ Regibus, ut & Byrgero Sveciæ Comiti dicatos, plurima fecit carmina. Utriusqve etiam Regum *Hiſtorias* ſcripſit, qvarum *Magni* maxima ex parte periit, *Haconis* vero ſupereſt. Multæ præterea aliæ ei tribuuntur Hiſtoriæ & Athletarum vitæ, qvarum agmen ducit ipſa *Sturlunga*. Nam plurimis, qvæ in ea narrantur, rebus, ipſe aut oculatus teſtis interfuit, aut præfuit (a). *Landnamæ* etiam manus admoviſſe certum

(a) Qvam felix & præſtans poëta fuerit, inde inter alia liqvet, qvod cum Regi Magno carmen de ipſo a ſe compoſitum recitaſſet, Rex tum temporis illi alioqvin inimicior, vinum propinavit, ſubridensqve dixit: *Meliora carmina facis qvam ipſe Papa*. Juſſu Magni Regis, ipſius patrisqve *Hiſtorias* eum conſcripſiſſe teſtatur *Sturlunga* lib. 10. cap. 22. & 23. Ipſam etiam *Sturlungam* poſt Brandum Sæmundinum, aliasqve Islandicas Hiſtorias litteris mandaſſe docet eadem *Sturlunga* lib. 2. cap. 38. his verbis: *Plurimæ Islandorum Hiſtoriæ ante mortem Brandi Sæmundini conſcriptæ fuerunt; qvæ autem poſtea factæ ſunt, perpaucæ litteris mandatæ fuerunt, anteqvam Sturla Poëta Thordi filius Islandorum Hiſtoriam dictavit, ad qvod perficiendum ſatis doctrinæ posſedit, qvam tam ex ſapientibus, qvibus cum verſatus fuerat; qvam ex documentis, conſcriptis ab eorum coætaneis, de qvibus Hiſtoriæ agunt, hauſerat. Qvibusdam autem, qvæ ipſius ætate geſta ſunt, præſens interfuerat. Ipſe enim vir nobilis, benignus, bene doctus & modeſtus, ſed ſimul confidens & audax fuit. Cui jam deus fruitionem laudatione præſtantiorem det.* Per Islandorum Hiſtoriam ipſiſſima *Sturlunga* intelligenda eſt, qvæ κατ' ἐξοχὴν *Islandorum Hiſtoria* a qvibusdam vocatur. Hunc autem locum, ut & ultimum, qvi de morte Sturlæ agit, ab aliena manu adjectum eſſe, ultima ejus verba certum faciunt. Eatenus autem hic Sturla ad Oddenſes pertinet, qvod ſæpe cum patruo ſuo Snorrone diſcendi gratia converſatus fuit. De eo vide TORFÆUM *Ser.* pag. 47. Prolegom ad *Hiſt Norv.* & hiſtoriæ ipſius Tom. IV. Lib. 5. & Lib. 6. cap. 2. Ex Schola Oddenſi alii plures viri docti prodierunt, qvi tamen, qvantum nobis conſtat, nullos ingenii fœtus reliqverunt. Talis fuit *Oddus Thorgilſi*, qvi aliis doctior fuiſſe perhibetur, eoqvod Oddæ a Sæmundo Sigfuſſonio educatus fuerit. *Sturlunga* lib. 2. cap. 8.

tum eſt; reliqva autem ipſius opera aut ſine Authoris nomine circumferuntur, aut perierunt. Filium habuit nomine *Thordum*, qvi ſtudio Theologico ſe totum conſecravit, in qvo tantum profecit, ut Regis Norvegici aulicus concionator evaderet. Obiit Sturla ſeptuagenarius Anno 1284. (a)

§. 21.

Holis docendi ludum primus aperuit ejusdem diœceſeos primus Epiſcopus, Jonas Ogmundinus, cujus veſtigia ſucceſſores Ketillus & Biörnus, ut veriſimile eſt, legerunt. Cogitavit id qvidem Gudmundus Arii, ſed fortuna deſtitutus, parum vel nihil efficere potuit. De Brandis, Sæmundino & Jonæo nullum eſſe dubium putamus, qvin in tam utili negotio aliqvid præſtiterint; Ambo enim literis probe imbuti, litterarumqve amantes fuerunt, & libris uterqve conſcribendis, ut ſuo loco memorabimus, operam navavit (b). Etſi itaqve non pauci viri docti inde prodierint, nobis tamen perpaucos eorum, qvi hoc temporis tractu in qvarta boreali ingenii & eruditionis aliqva monumenta reliqverunt, nominare licet. Neqve inſtituti noſtri ratio permittit, multo minus exigit, ut omnes & ſingulos, de qvibus fando aliqvid inaudivimus, ſcrupuloſe enumeremus. In hunc ergo cenſum tantum veniunt ſeqventes.

§. 22.

Carolus Abbas monaſterii Thingörenſis, ordinatus Anno 1179., qvi Anno 1200. Gudmundum Arii Thingöris appropinqvantem magnifice excepit; inter ſui ſeculi doctiſſimos numeratus. Huic *Sverri Regis vita* enucleatiſſime ſcripta tribuitur. Obiit Anno 1213. (c)

(a) Hunc Annum Sturlæ emortualem ſtatuunt *TORFÆUS Ser. Reg. Dan.* lib. 1. cap. 5. *RESEN.* Proleg. in *Eddam*, conf. & *Sturlungæ* cap. ultimum. Nos ſub hac periodo de eo egimus, qvia plurima ejus geſta huc ſpectant.

(b) De Sæmundino conferatur infra Sect. 4. cap. 4. de Jonæo cap. 8. diverſus ab his eſt *Brandus Prior* Sapiens dictus, Author *Genealogiarum Breidfiordenſium*, cujus Genealogiam texit *Landnama* pag. 51.

(c) Meminit ejus *Sturlunga* lib. 3. cap. 35. conf. *TORFÆUS Ser. Reg. Dan.* lib. 1. cap. 5. pag. 44. & *Hiſt. Norv.* Tom. 4. pag. 74.

§. 23.

Huic jungendum nobile par ejusdem monaſterii alumnorum *Gunnlogus* & *Oddus;* ille, qvem *Sturlunga* virum pium & doctum ſalutat, una cum Carolo Abbate, Gudmundo Arii filio magna feſtivitate Anno 1200. occurrit. Deinde Anno 1210., nulla prorſus Abbatis aut Oddi mentione facta, cum Gudmundus totius fere diœceſeos Holanæ Clerum intempeſtivo zelo inflammatus, anathemate percuſſiſſet, ſacraqve per totam diœceſin adminiſtrari prohibuiſſet, eo ſvaſore factum eſſe fertur, ut plurimi id qvaſi fulmen brutum contemnerent. Ex ſcriptis ejus ſola *vita Olai Tryggvini* ſupereſt, qvam Giſſuro Halli cenſendam exhibuit, ſed poſt biennium ab eo remiſſam ipſe emendabat. Obiit Anno 1218. (a) Hic vero

(a) Gunnlogi *TORFÆUS* in *Ser. Reg Dan.* inter eruditos hujus ætatis mentionem nullam facit; aſt contra ſatis honorificam in Proleg. *Hiſtor. Norv.* Meminit & ejus Mag. *BRYNJOLFUS SVENONIUS* in *Epiſtola* ad Stephanium Anno 1642. data ſcribens: *Ubi præſtantiſſima Gunnlogi Monachi ſcripta?* Attamen qvæ nos hic & alibi, auctoritatem *Vitæ Olai Trygg.* impreſſæ ſeqventes, Gunnlogo tribuimus, ea ſummi Viri, antiqvitatum ſcrutatores & reſtauratores feliciſſimi, *TH. BARTHOLINUS* & *TORFÆUS* Oddo Monacho potius adſcribunt, ducti auctoritate Manuſcripti cujusdam nobis ignoti, ex qvo locum adducit *BARTHOLINUS Ant. Dan* Lib. 1. cap. 11. in hunc modum: Et *hæc conſcripſit Oddus, Monachus in Thingeyrum, & ordine ſacerdos, in honorem omnipotentis dei & memoriam futurorum Hanc Hiſtoriam narraverunt mihi Asgrimus Abbas Veſtlidæ filius, Biorno ſacerdos Bergthori f. Geller Thorgilſi f. Herdis Davidis filia, Thorgerda Thorſteini f. Inguna Arnari filia. Hi Hiſtoriam Olai Tryggonis ita me docuerunt, qvemadmodum meam jam tradidi, & librum hunc monſtravi Giſſuro Halli filio, atqve, ad ejus monitiones revidebam, qvas pro certioribus deinde retinui.* Sed *Hiſt. Tryggonis* Skalholti impreſſa Part. 2. cap. 108. ita habet: *Fratres Gunnlogus & Oddus, plurima eorum, qvæ de Olao Tryggonis propoſuerunt, hoſce homines ſibi narraviſſe dicunt, Gellerum Thorgilſi f., Arngrimum Veſtlidi f. Biarnum Bergthori filium, Arngunnam Arnori filiam, Herdiſam Davidis f. & Thorgerdam Thorſteini f. Deinde dicit Gunnlogus ſe Hiſtoriam de Olai actis monſtraviſſe Giſſuro Halli, qvam dictus Giſſurus biennium ſecum retinuit, ſed cum illa ad fratrem Gunnlogum reveniret, ipſe eam emendavit, ubi illi ea emendatione opus habere videbatur.* Qvod prior locus ſoli Oddo, id poſterior, qvi, neqvid diſſimulem, ab aliena manu adjectus eſſe poteſt, partim Gunnlogo, partim utriqve, tribuit; Oddus autem licet Gunnlogo ætate paulo prior fuerit, uterqve tamen Giſſuro ſynchronus eſſe potuit. Singula ita conciliari poſſunt, qvod uterqve vitam & res geſtas Olai Tryggonis ſcripſerit, ex qvibus conflatum ſit, qvod hodie habemus opus, non paucis forte additis monaſtici cerebri deliriis. Errant itaqve qvi Oddum faciunt monachum

vero, id eſt *Oddus*, Gunnlogo ætate & eruditione ſuppar, *Hiſtoriam Tryggvini* etiam ſcripſiſſe fertur. Præterea ipſi *Calendarium* ſeu computus eccleſiaſticus tribuitur (a). Ab utroqve etiam qvidam libri latine conſcripti, ut innuit *Hiſtoriæ Tryggvini* interpolator, ambobus ætate & eruditione ut videtur, multo inferior (b). Poſterioris tandem nomen præ ſe fert *Ingvars Vidförla ſaga* a Celeb. *BROCMANNO* Holmiæ 1762. edita.

§. 24.

Laudantur præterea ut alicujus Landnamæ partis authores *Kolſkeggus* & *Styrmerus*, Multiſcii etiam dicti. Kolſkeggus Ario ætate parum inferior fuiſſe videtur (c). Styrmerus vero Presbyter, fuit Snorronis Sturlæi amicus, & coætaneus, ſæpiusqve Nomophylacem egit. Deceſſit Anno 1265. (d) Nec omnino ſilendus eſt *Oddus Erici*, qvi circa annum

 1162.

monachum Norvegicum, ſimiliter etiam qvi volunt *Hiſt. Olai Trygg.* qvemadmodum Skalholti Anno 1689. impreſſa eſt, ejusdem eſſe genuinum fœtum; Multa enim eam continere puto, qvæ nec Oddum nec Gunnlogum Auctorem agnoſcunt, ut ſupra Per. 1. cap. 10. §. 2. pag. 80. innuimus. Interim non diffiteor, videri Oddum fuiſſe virum doctum, ſed majoris induſtriæ qvam judicii. Genealogiam Oddi exhibent *Landnama* part. 2. cap. 32. part. 3. cap. 1. ut & *Gretla* cap. 76.

(a) Doctiſſ. *ARNGRIMUS* Oddo tribuit *Computum Eccleſiaſticum*, qvi non poteſt eſſe antiqvus ille dictus *Blanda*, ſi vera eſt conjectura viri Doctiſſimi, Epiſcopi qvondam noſtri dilectiſſimi, nunc deſideratiſſimi, Mag. *JONÆ ARNÆI* in Præfat. ad ſuum *Dactyliſmum Eccleſiaſticum*, autumantis hunc poſt 1300. ſeu circa medium ſeculi 14. conſcriptum eſſe. Sed de hujus conjecturæ veritate non immerito dubitatur.

(b) Conf. *Vit. Trygg.* cap. 108. Siqvis etiam his monachis aut eorum fratribus *Hiſtoriam Olai Craſſi*, aliasqve Sanctorum vitas adſcribere vellet, me non refragantem haberet, nam genium monaſticum valde redolent. Fabulas autem purapnta continentes figmenta, certum eſt monachos in lingvam Islandicam transtuliſſe, aut conſcripſiſſe, ne dicam effinxiſſe, qvæ indigna ſunt, qvarum ulla ratio habeatur. De Oddo autem & Gunnlaugo plura habet *TORFÆUS Ser.* pag. 45. & in Proleg. *Hiſt. Norv.*

(c) *Kolſkeggi* genealogiam texit *Landnama* pag. 131. fuitqve frater aviæ Finni Nomophylacis, qvi officio admotus fuit Anno 1139. ut vult *TORFÆUS*, ſed *Annales Islandici* 1140. *ARNGRIMUS* autem in *Crym.og.* 1159. Marginalia *Landnamæ* pag. 131 indicant Kolſkeggum floruiſſe circa Annum 1139. Qvodnam horum veritati proximum ſit, dictu facile non eſt. Interim Kolſkeggum Ario antiqviorem non eſſe certum eſt.

(d) Styrmerus in conventu Biarnadalenſi Anno 1228. Snorronis vices egit. Anno 1210 & deinde 1232. Nomophylacem geſſit. *Antiqvi Annales* ipſi etiam Prioris honorem tribuunt. Laudatur in fine *vitæ Haurdi & Holmenſium* ut ipſius primus Author.

1162. aut paulo post, *vitas filiorum Haraldi Gilli*, sat eleganter scriptas, composuit; qvod suum opus ipse vocat *Hryggiar-Stycke*, seu dorsi partem Islandum fuisse, sed non Norvægum, verisimile facit, qvod ipse indicat se non oculatum eorum fuisse testem, qvæ scribit & ejus ætate in Norvegia gesta sunt, sed eadem sibi ab Hallo Thorgeyri filio, natione Islando, qvi Regis Ingi erat satelles, relata fuisse, aperte fatetur. Utri autem illum, Skalholtino an Oddensi, seminario adscribam, dubius hæreo. Plures enumerare, ne Historiæ literariæ scriptoribus otium faciamus, hac vice supersedemus.

§. 25.

Non tamen omnino silendi sunt qvidam Nomophylaces, qvi non tantum reipubl. administrationi diligenter invigilarunt, sed etiam rem literariam aut ornarunt, aut non parum adjuvarunt. Talis fuit *Marcus Skeggonis*, qvi postqvam in juventute peregrinatus, & in aulis Norvegiæ Daniæ & Sveciæ Regum versatus fuerat, qvibus ob morum civilitatem & insigne poëseos donum in deliciis erat, in patriam reversus Nomophylacis accepit officium, idqve annis 24. ab anno scilicet 1084. ad annum 1108. summa justitia, gravitate & vigilantia, gessit. Illi præter multas alias perutiles & reipublicæ salutares constitutiones, accepta ferenda est æqvissima & universalis decimarum introductio, qvod arduum valde opus ipsius sapientia & authoritas sine cæde & seditione perfecit, secus qvam alibi, etiam sub imperiis monarchicis fieri consvevit; Ipsum enim talis honoris una cum Gissuro Episcopo & Sæmundo Polyhistore participem facit horum coætaneus *ARIUS POLYHISTOR.* Poëmata Marci ex laciniis & fragmentis, qvæ hinc inde ab Historicis citantur & adferuntur, plurima & summa fide concinnata fuisse constat, qvæ non sine insigni rei literariæ dispendio dudum interciderunt. Præter insigne poëma de Olao Tryggonis filio, ex qvo multa in *Olai Vita*, ad probandum Auctoris relationem allegata & exhibita sunt, exstat etiam carmen qvoddam sacrum de vita & passione Domini.

§. 26.

Marco ætate, & forte etiam auctoritate paulo inferior, sed justitia & sapientia suppar fuit *Bergthorus Rafni*, qvi sexennio, ab anno 1116. ad

annum

annum 1122. Nomophylacem egit. Hujus ductu & consilio, sed impensas suppeditante & totum opus dirigente Haflido Mauri filio, Bergthori, ut qvidam volunt, fratre uterino, viro suæ ætatis ditissimo & celeberrimo, leges antiqvæ correctæ, novæ additæ (a), omnesqve tandem literis consignatæ, & Anno 1118. publice promulgatæ fuerunt. Bergthorum autem in officio secutus est *Gudmundus Thorgeyri* filius, vir itidem celebris & publicæ utilitatis studiosissimus, qvi eidem muneri ab Anno 1123. ad Annum 1135. præfuit. Huic tribuitur, qvod leges Islandicas denuo recognoverit, & ad formam Codicis legum Norvegici, dicti *Grágás*, aliqvatenus reformaverit, novellas seu recentiores, antiqvis legibus Ulfliotianis suis locis inserens, unde nomen libro legibusqve hæsit, ita ut a posteris *Grágás* dictæ fuerint. Nam qvi Islandos Codicem Olai Crassi, a filio Magno revisum, & *Grágás* insignitum accepisse, sed Ulfliotianas leges penitus abrogasse dicunt, suam assertionem facilius proferre qvam probare posse autumamus. Leges autem illæ, qvas Bergthorus & post eum Gudmundus scribi curarunt, ad Annum circiter 1260. vim & authoritatem habuerunt (b).

§. 27.

Poëtarum hæc ætas feracissima fuit, qvorum multi intra patriæ limites consenuerunt, qvidam autem inter exteros, in aulis evropæorum Regum & Dynastarum floruerunt, sub Regibus autem Norvegiæ Haraldo Sigurdi filio ejusqve successoribus floruere: *Thorarinus Skeggonis*, *Steno Herdisæ*

(a): Per leges recentiores, qvas Bergthorus correxit & literis mandari curavit, haudqvaqvam intelligimus famosam illam *Constitutionem Bergthorianam*, qvam commentum esse multo recentius alibi evicimus. Sed hic indigitari putamus leges Ulfliotianas & constitutiones qvasdam post ejus tempora sancitas, qvales forte fuerunt constitutio de Islandia in qvartas dividenda, leges de qvinto judicio (Fimtardómslög), lex de duellis in judiciis abrogandis, ut & illa constitutio qvæ Anno 1097. facta fuit de decimis introducendis, præsertim vero *Vígslóde*, qvem hic expresse nominat *ARIUS* in *Schedis*, & aliæ, qvas hic enumerare supersedemus; Ex his Gudmundus, ejus in officio successor, Corpus qvoddam juris confecisse videtur.

(b) Vide eruditam *JONÆ MAGNÆI*, viri in omni litterarum genere probe versati, sed juris antiqvi & historiarum peritissimi *diatriben de Codice Norvegico Grágás*, an unqvam Islandis lex fuerit, ubi hanc qvæstionem, negativam tuens sententiam, more suo sobrie & solide tractat.

Herdisæ filius, *Ivarus Ingemundi*, *Bardus Niger*, *Gislaus Illhugi*, *Haldorus Skvaldri*, *Thorarinus Stuttfelldus*, *Einarus Skuli filius*, *Jatgeir Torfi filius*, aliiqve. Sed doctrinæ pariter ac poëseos laude inclaruerunt: *Ingemundus Einari*, Paſtor Hiardarholtenſis & *Hallus* Monachus, ut & *Arildus* ille, qvi Waldimaro Magno, Daniæ Regi & Abſaloni Daniæ Archiepiſcopo, ob hiſtoriarum & poëſeos, ut & oneirocritices peritiam, in deliciis fuit (a). Omnes tamen longo poſt ſe intervallo reliqverunt nobiles illi triumviri, *Snorro Sturlæus*, ejusqve ſobrini, celeberrimum fratrum par, *Olaus Hvítaſkálld* & *Sturla* Theodoridæ, de qvibus paulo ante plura retulimus. Cæteros omittimus, ſed ad Indicem Poëtarum, dictum *Skáldatal* (b) curioſum lectorem remittimus, præſertim cum nec hiſtoriam literariam, multo minus poëtarum vitas ex profeſſo ſcribere nobis ſit propoſitum.

§. 28.

Ex his, qvantulacunqve ſunt, jam manifeſtum eſt, licet præſens ætas a qvibusdam, ob undiqvaqve ingruentem barbariem & literarum neglectum, obſcura vocetur, Islandis tamen haud qvaqvam talem fuiſſe, ſed apud eos literarum lucem omni ſpe & probabilitate clarius ſplenduiſſe, qvod nemo facile negabit, qvi tantam Auctorum multitudinem, tantamqve ſcriptorum, hoc temporis tractu editorum, diverſitatem obſervare velit, qvantam vix ulla alia, & ne cultiſſima qvidem, natio producere poteſt; idqve non in unico tantum, ſed vario eruditionis & ſcientiarum genere. *Sacram ſcripturam* & *Patrum monumenta* Theologiæ cultores legiſſe, & libros Theologicos elucubraſſe negari non poteſt, cum id hiſtoriæ

(a) Conf. *SAXO GRAMMATICUS Hiſt. Dan.* Lib. 14.

(b) Qvisnam hujus Indicis genuinus Author ſit, nobis non conſtat. Eundem vero non ſemel tantum graviter erraſſe ſatis liqvet; In eo autem potiſſimum, qvod Eiſteinum Sveciæ Regem *Sanctum* vocat, qvi ab antiqvioribus Hiſtoricis non tantum ut gentilis, ſed etiam ſceleroſus deſcribitur. Deinde qvod Knutum Haconis faciat Regem Daniæ, ipſumqve ante Svenum Furcatæ Barbæ collocet, Poëtis ejus annumerans *Olavum Theodori*, aliosqve, cum liqvido conſtet; Hunc Knutum Haconis fuiſſe Comitem Norvegiæ ſub Hacone Haconis filio, & mortem opetiiſſe Anno 1261. in illius autem aula & ſatellitio verſatum fuiſſe Olaum Theodori Islandum, virum doctum, dictum Hvítaſkálld, Poëtam celeberrimum, Sturlæ Theodori filii fratrem, non imus inficias.

riæ clare teſtentur, qvanqvam eorum opera ad nos non pervenerint (a). *Lingvarum & Philologiæ*, tam veteris qvam recentioris, gnaros fuiſſe, eorum ſcripta & aliorum teſtimonia probant (b). Qvod *Claſſicos* Romanorum *Auctores* ſibi habuerint familiares, alibi a nobis eſt memoratum. Qvantum *Hiſtoriis* operæ & temporis impenderint, plurima ab illis ad nos transmiſſa volumina loqvuntur (c). *Poëticen*, utpote multis in Regum & Principum aulis haud raro verſantibus, non minus lucroſam qvam honorificam, inprimis coluiſſe non mirum. Hinc etiam hæc ætas optimos, qvi unqvam exſtiterunt, poëtas protulit; nam pleriqve Regum Daniæ, Norvegiæ, Sveciæ, Angliæ, ut & Orcadenſium Comitum, aliorumqve arctoi orbis Principum, qvi hoc tempore floruerunt, Poëtæ, natione erant Islandi (d). *Geographiæ*, & variarum gentium, morum ac conſvetudinum callentiſſimos fuiſſe, ex freqventiſſimis, non tantum per univerſam Europam, ſed qvandoqve etiam per Aſiam, Americam & Africam ſuſceptis peregrinationibus, liqvido conſtat (e). *Mathematicis* præterea *ſcientiis*

(a) Id de epiſcopis ex eorum Hiſtoria perſonali patebit. De Thorlaco Runolfi teſtatur *Hungurvaka* qvod *Sacram Scripturam perlegerit* vel etiam expoſuerit, " Hann las yfir " H. ritningu. "

(b) Teſtantur *Edda* & *Skállda*, in qvibus accurata ſatis vocum Græcarum occurrit explicatio. Qvosdam plerasqve lingvas Europæas calluiſſe, ut Hallum Teiti & Giſſurum Halli, hiſtoriæ produnt.

(c) Conf. *TORFÆI Ser. Reg. Dan.* ubi plus minus 200. opera hiſtorica enumerantur, qvorum major & melior pars hac ætate compoſita eſt.

(d) Conf. Catalogum Poëtarum, communiter dictum *Skálldatal*, qvem exhibet *WORMIUS* ad calcem *Chron. Norv.* ab *UNDALINO* tranſlati, ut & *PERINGSKIOLD*, ad Edit. *Snorr. Sturlæi*, qvorum pleriqve natione erant Islandi. Vid. ſupra §. 27.

(e) *Hungurvaka* in Klangi vita. " Var þá kominn frá Róma ſunnan oc allt utan frá " Bár, Giſſur Hallſon. " Vide ſupra §. 8. pag. 197. Pro *Bár* potius intelligo *Barbariam* ſeu Africam, aut *Bavariam* Germaniæ, qvam *Bari* vel *Barium* urbem & provinciam in regno Neapolitano ſitam. Nam antiqvi totum Regnum Neapolitanum nunc vocabant *Púl*, id eſt Apuliam, nunc etiam univerſam Italiam eadem voce deſignarunt. Apuliam tantum indicare videtur in *Haconis Haconidis Vita* ad Annum 1251: " Kómo þeir at þrettánda degi Jóla í Fenedig oc " ſpurdu þar þau tídindi at Keyſarinn hafdi andaſt fyre Jólin út á Púle. " ɔ: *Decima tertia natalitiorum feria Venetias advenientes, Imperatorem ante natalitia in Apulia obiiſſe certiores fiunt.* Totam Italiam apud eundem Authorem ad annum 1203. denotat:

ſcientiis haud pœnitendam navaſſe operam, præter monumenta ad nos transmiſſa, evincunt navigationes & varia opera mechanica, valde artificioſe facta, qvæ ſubinde non ſine cauſa laudantur (a). *Jurisprudentiam* qvantum coluerint, leges & conſtitutiones, vel hodiedum in uſu manentes, teſtatum faciunt (b). Tandem etiam *artis medicæ* haudqvaqvam fuerunt ignari (c). Et ut verbo dicam: Si religio a Papiſmi fermento pura & vita inculpata adfuiſſent, vix unqvam melior, clarior & doctior Islandia fuiſſet.

---

denotat: " Þá vóru Keyſarar yfir Rómaborgar ríki Philippus af Svafa út á Púli, " enn Otto ſon Henriks Keyſara af Brúnsvík fyri nordan fiall. " ɔ: *Tunc in imperio Romano Imperatores erant, Philippus de Suevia in Puli* (Apuglia), *ſed Otto filius Henrici Imperatoris de Brunsvico a ſeptentrione montium.* Nam Philippus non ſolam Apuliam, ſed univerſam Italiam ſubjectam habuit. Plerumqve autem vocabant Italiam *fyrir ſunnan fiall*, vel etiam ſeqvioribus ſeculis, *Italiam.* Sed Germaniam, nunc *Saxland*; nunc *fyre nordan fiall*. Galliam autem *Frans, Frackland;* ſed Neuſtriam in ſpecie *Valland*, Britanniam vocabant *England.* Belgium boreale, *Frísland*, auſtrale autem, *Flæmingialand;* Poloniam & auſtralem Ruſſiæ partem, *Gardarike;* regiones cis Helleſpontum, *Grickland.* Univerſam Africam, *Serkland*, vel etiam qvandoqve Hiſpaniam, ſeu illam ejus partem, qvæ a Sarracenis tenebatur. Magnopere itaqve errat Doctiſſimus TORFÆUS in *Ser. Reg. Dan.* pag. 463. qvando Serklandiam, cui Hedinus imperitabat, Moſcoviam aut Tartariam fuiſſe putat. Cujus erroris cauſa videtur fuiſſe nimia credulitas, qvod fragmentum illud fabuloſum, Hedini & Högini res geſtas continens, pro vera habuerit hiſtoria, cum ne micam qvidem veritatis continere videatur. Omnes has regiones qvosdam noſtratium, diſcendi gratia, peragraſſe non contentos, qvandoqve in Aſiam & Africam, imo etiam in Americam ſeptemtrionalem tranſiiſſe, negari non poteſt; tanta enim ſciendi cupidine flagrabant.

(a) Studium Matheſeos hoc tempore hic floruiſſe, omni exceptione major teſtis eſt liber *Blanda*, ut taceam, qvod haud paucorum ingenia, ad mechanicas & mathematicas artes inclinantia, laudantur; qvales fuerunt Paulus Epiſcopus, Snorro Sturlæus, aliiqve.

(b) Leges hoc tempore conſcriptæ & conſtitutæ fuerunt: *Conſtitutio Giſſuriana de decimis, Jus Eccleſiaſticum Thorlaco-Ketillianum, Vigſlódi* & *Grágás* ſeu Reformatio legum Ulfliotianarum.

(c) Medicinæ multos fuiſſe peritos teſtantur Hiſtoriæ. *Sturlunga*, præter alios, laudat Helgonem Skeliungi, Snorronem Arngrimi, Dalkum qvendam ſacerdotem, Alfridam qvandam, aliosqve.



SEC-

SECTIO II.

De Archiepiſcopis Bremenſibus, Lundenſibus & Nidaroſienſibus, ut & Cardinalibus qvibusdam Romanis, qvi Eccleſiæ Islandicæ commoda hoc tempore promoverunt.

CAP. I.

De Archiepiſcopis Bremenſibus.

§. 1.

Cum Archiepiſcoporum, qvi aut a Pontifice Romano habuerunt, aut ipſi ſibi in eccleſiam Islandicam aliqvid juris & imperii arrogarunt, ſubinde in hoc opere mentio occurrat; pauca, ſeu tria tantum, verba de qvovis facere, non omnino inconveniens eſſe videtur; ut inde, in qvorum manibus, eccleſiæ regimen fuerit, eo melius cognoſci qveat.

§. 2.

Diploma Ludovici Pii Germanorum Imperatoris, datum idibus Maji Anno 834., qvi Deo pro converſione Færöæ, Islandiæ & Grönlandiæ gratias agit, easdemqve poſthac jurisdictioni Hamburgenſis Archiepiſcopi ſubjicit; ſimiliter etiam Bullam Gregorii Qvarti Romanorum Pontificis datam Anno 835. qva Imperatoris diploma confirmatur, cum ſuppoſititia ſint aut depravata, nihil omnino moramur; eorum enim falſitas aut depravatio, vel inde probari poteſt, qvod Islandia & Grönlandia, tum temporis, a Norvegis ignoratæ prorſus & incultæ fuerint. Taceo, qvod in qvibusdam horum diplomatum apographis Islandiæ & Grönlandiæ nomen non inveniatur, qvod noſtram non parum confirmat ſententiam. Islandia enim ante Annum 870. a Norvegis, Grönlandia vero ab

 Islandis

Islandis ante Annum 982. nec inventæ ſunt, nec id nominis ſortitæ, neqve prius qvam Anno Chriſti milleſimo, imperante Germanis Ottone ſecundo, & ſedente Romæ Sylveſtro ſecundo, chriſtianæ religioni nomen dederunt.

§. 3.

Primus itaqve nobis nominandus venit *Albertus Bremenſis* & Hamburgenſis Archiepiſcopus, ſedisqve Romanæ in regionibus boream ſpectantibus Legatus, Henrici Tertii Germaniæ Imperatoris nepos, a qvo, Anno 1043., huic officio præfectus fuit. Vir multis, magnisqve animi & corporis dotibus ornatus, qvi cum Romæ eſſet Anno 1046. parum abfuit, qvin Papale ſolium aſcenderet, niſi ipſe Svidgerum Epiſcopum Bambergenſem, poſtea Clementem Secundum vocatum, ſuo voto ad id dignitatis elevaſſet. Anno 1051. Concilii Moguntini magna pars fuiſſe dicitur. Mortuo Henrico Tertio, ejusdem filio & ſucceſſori Henrico Qvarto conſtanter adhæſit, cujus primarium Conſiliarium & Miniſtrum egit, ſed magna Germaniæ Principum qverimonia & invidia.

§. 4.

Qvod Islandi ad eum legatos miſerint, petitum ut epiſcopum ſibi conſtitueret; qvodqve illis, circa annum 1055. Johannem qvendam natione Scotum (a), Grönlandis vero Albertum, epiſcopos conſtituerit, gratis adſeritur Id tantum verum, qvod Isleifum, primum Islandiæ Epiſcopum ordinaverit, poſteaqve illi, de huc illuc diſpalantibus epiſcopis, qvi tandem in Islandiam venerunt, & Isleifo non parum crearunt moleſtiæ, per literas ſignificaverit, omnes illos ſe inſcio in Islandiam irrepſiſſe, qvosdam etiam excommunicatos, qvocirca eorum miniſterio uti prohibuit (b). Albertum præterea ſalutaria, de moderanda Eccleſia Isleifo ſuppeditaſſe

(a) Johannem hunc Scotum eundem eſſe ac Johannem natione Hibernum ſtatuimus, de qvo Period. I. cap. II. §. 3. egimus. Grönlandi autem proprium acceperunt Epiſcopum Anno 1124, nomine Arnaldum, qvi deinde, ad epiſcopatum Hamarenſem in Norvegia tranſiit, qvod factum eſt circa annum 1152. Qvi de Alberto Archiepiſcopo plura cupit, adeat *ALBERT. STADENS.* ad Annum 1072. *CRANZII Metrop.* & *PONTANI Hiſt. Dan.* lib. 5.

(b) Teſte *Hungurvaka*; Conf. Per. I. cap. II. pag. 86.

peditasse consilia non imus inficias. An ex senescentis fortunæ tædio, an vero ex desiderio animas lucrandi optaverit, ut in ministerio legationis suæ, aut in Sclavonia aut in Svecia, aut deniqve in ultima Islandia obire mereretur, nostrum non est judicare. Id autem pro certo habemus, qvod aliqvando per regiones boreales & in Islandiam usqve, generalem visitationem instituere sibi proposuerit, a qvo proposito, hortatu Daniæ Regis, destitit (a). Neqve dubitamus, qvod cum omnibus suis suffraganeis, qvi ad boream habitant, generalem Synodum, circa annum 1070. Slesvicæ habere proposuerit, adqve eandem Islandiæ etiam Episcopum, cum Cleri primatibus, vocaverit, cum constet Episcopum Færöensium citatum fuisse: Sed hoc propositum, ob transmarinorum (puta Islandiæ, Orcadum & Færöensium Episcoporum, nam hæ omnes insulæ tum temporis suos habuerunt Antistites) absentiam, res primo dilata est, & tandem evanuit: Qvod Pontifici Romano magnopere displicuisse, ejus epistola objurgatoria, universo Clero septemtrionali scripta, satis docet. Tandem cum multis tricis & negotiis per omnem vitam se implicuisset, variamqve expertus esset fortunam, in melancholiam primo & animi angores, deinde autem in morbum, qvi eum diu maceravit, incidit, ex qvo Goslariæ Anno 1072. obiit.

§. 5.

Alberti in archiepiscopatu successores, qvantum nobis innotuit, res Islandorum ecclesiasticas parum aut nihil attigerunt. Proximus itaqve huic, se offert *Hardericus*, Comes Spanheimensis & Altenburgensis, nonus Magdeburgensium Episcopus, ab Anticæsare Rudolpho Sabaudo, huic muneri præpositus; qvi licet in statum ecclesiæ turbulentissimum incidisset, dignitatem usqve ad mortem retinuit, qvæ eum ex improviso obruit, nam

(a) Conf. *ADAM. BREMENS.* ex qvo hæc mutuati sumus, sed si qvis ista conferat cum illis, qvæ Sect. seq. c. I. §. 4. dicenda sunt, cito videbit, qvod ab arrogantiæ labe non omnino purus fuerit bonus hicce vir; forte etiam Islandos, pro vere ad Christum conversis non agnovit, priusqvam illi ipsum, ut Romani Pontificis Legatum, pro vero suæ ecclesiæ capite agnoverunt. Sed qvicqvid sit, hæc ejus arrogantia & inepta gloriatio *ALBERTO CRANZIO* & *HVITFELDIO* imposuisse videtur, ita ut scriberet *CRANTZIUS:* Anno Domini 1070. vidit ad Christum conversos Islandos, qvod *ARNGRIMUS* in *Comment. de Islandia* fol. 55, seqq. haud perfunctorie excutit.

nam in lecto mortuus inventus est. Huic autem ab Henrico Qvarto, *Hartvicus* Abbas Fuldensis oppositus fuit. Cum prior a Papæ, posterior vero Cæsaris staret partibus, illi non huic, Gissuri episcopi Skalholtini, ordinationem adscribendam putamus (a). Cum enim Pontifice inscio & inconsulto, a Leimaro Bremensi Archiepiscopo id temporis excommunicato, consecrationem petere non auderet Gissurus; multo minus eodem, hac de re jam convento, Hardevicum illum, qvem ipsi sciebat exosum, contra expressum Papæ mandatum adire sustinuisset.

Cap. II.

De Archiepiscopis Lundensibus.

§. I.

Adzerus vel Ascerus Archiepiscopus Lundensis, ex nobili Danorum stemmate oriundus, ante qvam Lundensis archiepiscopatus institutus fuit, ejusdem loci Episcopum egit, qvam dignitatem circa annum 1093. adeptus esse videtur. Abhinc circiter decennio, seu Anno 1104. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & Pontificis Legatus Albericus, archiepiscopatum in Dania fundare, & unum ex totius regni Antistitibus Archiepiscopum creare in mandatis habens, ex sententia Regis & Magnatum, Londinum Scanorum archiepiscopalem sedem constituit, sed ad Archiepiscopi dignitatem Adzerum evexit. Mores viri laudantur ab his, culpantur ab illis, plures tamen laudant. Ecclesiæ Islandicæ, ut virum bonum, & haud pœnitendum Inspectorem decet, semper se præstitit; cujus Episcopos, Jonam Ogmundi Anno 1106. Thorlacum Runolfi Anno 1118. Ketillum Thorsteini Anno 1122., & Magnum Einaris Anno 1134 ordinavit. Ejus consilio inducti & auctoritate muniti (ut ipsi fatentur) Thorlacus & Ketillus Episcopi, adstipulante Sæmundo Polyhistore, Jus Ecclesiasticum, circa annum 1123. conscripserunt, qvod annis 150. apud Islandos vim legis obtinuit. Cum in utroqve officio 45. annos ministrasset, tandem dierum satur Anno 1138. 3. Non. Maji ad plures abiit.

§. 2.

(a) Qvod & *Annales Flateyenses* diserte testantur.

§. 2.

Eskillus, Adzeri ex fratre nepos, Ecclesiæ Lundensis primo Canonicus, deinde Præpositus, & circa annum 1134. Episcopus Roschildensis, tandemqve invito licet Daniæ Rege Erico, nec sine cæde & sangvine, Anno 1138. Lundensis Archiepiscopus factus. Unde, ut ex seditionibus & controversiis cum Regibus Svenone Grathe & Waldemaro I., qvibus aut aliqvam causam dedit, aut omnino suscitavit, fuisse eum factiosum & elati animi virum facile concludi potest. Sancti Bernhardi intimus fuit amicus, ideoqve multa Cistercienſium seu Bernhardini ordinis monasteria in Dania fundavit, ipsumqve Sanctum Bernhardum invisit, cui ejus devotio & sanctitatis studium apprime placuit. Peregrinationem in Terram Sanctam semel suscepit, ex qva domum revertens, in Germania, si non captus, tamen spoliatus est. Togæ an chlamydi aptior fuerit non facile discernitur, nam senex etiam factus, eqvum dexterrime ascendere potuit, hostemqve inter primos adoriri ausus est.

§. 3.

Qvantum res ecclesiæ Islandicæ attinet, nihil utile aut memorabile gessit, præterqvam qvod Episcopos, Biornum Holensem Anno 1146, & Klangum Skalholtensem Anno 1152. ordinavit. Senior factus, & ex pedibus laborans, dimissionem petiit, qvam tandem Anno 1178. adeptus, archiepiscopatu se abdicat, inqve monasterium Clarevallense semet abdens cucullum suscipit, ubi Anno 1182. die 8. Idus Aprilis vitam cum morte commutavit.

CAP. III.

De Archiepiscopis Nidarosiensibus.

§. 1.

Norvegorum, qvi proprium Archiepiscopum desiderabant, aut fatigatus precibus, aut turbis & intestinis regni Norvegici seditionibus excitatus, Eugenius III. Romanorum Pontifex Nicolaum Cardinalem (paulo

post,

poſt, ſub Adriani IV. nomine, Papam factum) in Norvegiam ablegavit. Qvi Anno 1152. poſtqvam diſcordias Regum ſedaſſet, aliaqve regno, reiqve publicæ non inutilia ordinaſſet, archiepiſcopatum Nidaroſienſem fundavit (a), eiqve *Jonam* Birgeri filium, Stafangrenſis diœceſeos tum temporis Antiſtitem, primum conſtituit Archiepiſcopum. Qvid hic in officio geſſerit nos latet. Islandis ab illo utilem navatam operam Annales nullam memorant. Subit tamen ſuſpicio, ipſi forte tribuendum eſſe, qvod Anno 1154. armorum geſtatio in foro generali, ſeu Comitiis publicis prohibita fuerit, eandem enim Cardinalis laudatus ante biennium in oppidis Norvegicis interdixerat. Mortuus eſt ut videtur Anno 1160.

§. 2.

Secundus Nidaroſienſium Archiepiſcopus *Eyſteinus*, ſive *Auguſtinus* Erlandi filius, ex nobiliſſimis Norvegorum & Islandorum proſapiis oriundus, Anno 1161. Cathedram aſcendit; cujus ſtatura & pulcherrima lineamentorum conformatio laudantur, fuiſſe autem honoris & opum appetentem facta ejus oſtendunt. Qvam primum Eccleſiæ moderamen acceperit, ſubditis (qvod ei utpote viro nobili, opulento & præpotenti, turbulentiſſimo reipublicæ ſtatu, & bello civili ingruente perfacile fuit) ut loco communis unciæ, argenteam ſibi penderent unciam perſvaſit. Hoc ut & alia ejuſdem generis, qvæ Jure Canonico incruſtaverat, Comes Erlingus Skacke id temporis regni uſurpator, qvi partim neglectis partim occiſis

(a) Ab inſtitutione Nidaroſienſis archiepiſcopatus Islandorum Epiſcopi ex Papalis conſtitutionis præſcripto, ejusdem authoritatem, venerati ſunt. Verba conſtitutionis, (qvam *PONTOPPIDANUS* integram exhibuit *Ann.* Tom. I. p. 379.) hæc ſunt. Et *ne de cætero provinciæ Norvegicæ metropolitanæ poſſit cura deeſſe, commiſſam gubernationi tuæ urbem Trundenſem, ejusdem provinciæ perpetuam Metropolim ordinavit*, (ſc. Cardinalis,) *& ei Aſloënſem, Hamarköpienſem, Bergenſem, Stavangrenſem, Inſulas Orcades, Suthracæ, inſulas Islandenſium, Grönelandiæ epiſcopatum, tanqvam ſuæ metropoli perpetuis temporibus conſtituit ſubjacere, & eorum Epiſcopos ſicut Metropolitanis ſuis tibi tuisqve ſucceſſoribus obedire. Ne igitur ad violationem conſtitutionis, ulli unqvam liceat aſpirare; Nos eam auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſenti privilegio communimus, ſtatuentes, ut Trundenſis civitas perpetuis temporibus, ſupradictarum urbium Metropolis habeatur, & earum Epiſcopi, tam tibi, qvam tuis ſucceſſoribus, ſicut ſuis Metropolitanis obediant, & de manu veſtra conſecrationis gratiam ſortiantur.* Datum 2. Cal. Decembris Indict. 3. Incarnat. Dominicæ Anno 1154. Pontificatus Anaſtaſii Papæ 4. anno ſecundo.

occifis regii fangvinis Principibus, filio fuo Magno per fas & nefas coronam acqvirere fatagens, ea conditione conceffit, fi eidem confvetis cæremoniis coronam imponeret, legitimumqve Regem folenniter proclamaret. Qvod Archiepifcopus, præfente & annuente Stephano Pontificis Romani Legato, Bergæ Anno 1163. lubens perfecit. Sed Sverro, qvi Erlingi crudelitatem evaferat, fibiqve ad paternum regnum enfe viam aperuerat, in thronum elevato, Archiepifcopi auctoritas evanefcere cœpit, qvam non ferens fortunæ mutationem, voluntarium in Anglia aliqvantifper elegit exilium, tandem vero Cathedræ reftitutus, cum sediffet annos 27. Anno feculi 88. feria fecunda Natalitiorum Domini, vitam cum morte commutavit, in templi cathedralis Nidrofienfis facrario fepultus, unde Anno 1229. fcrinio includendus & adorandus exhumatur (a).

§. 3.

Islandiæ Epifcopos Brandum Sæmundi filium Anno 1163. (b) & Thorlacum Thorhalli filium Anno 1178. confecravit. Jus Ecclefiafticum ab Eifteino conditum & Norvegis, connivente Erlingo Skacke, ejusqve filio Magno, qvi tum temporis fceptra Norvegica tenebant, obtrufum, communiter vocatum *Gullfiödur*, ab Islandis etiam acceptum fuiffe facilius dicitur qvam probatur. Sed ejus nutu & inftinctu Thorlacus Thorhalli filius, qvædam in veteri Islandorum Jure Ecclefiaftico mutare cœpit, qvalia fuerunt: Excommunicationis tam minoris qvam majoris ufus & exercitium; Conjugium facerdotibus prohibitum; Jus & adminiftratio præbendarum a Laïcis in Clericos translatum; Mulctæ ob adulteria, inceftus & alia hujusmodi delicta, Epifcopis addictæ. Qvæ Thorlacus inftigante Eifteino in Islandiam primus introduxit.

§. 4.

(a) Vid. *TORFÆI Hift. Norv.* Tom. 4. pag. 8. Cæterum vid. Forføg til Forbedring i den Danſke og Norſke Hiſtorie, ubi hujus vita per Celeberr. *SCHIÖNNING* exhibetur.

(b) Concilium Bergenfe autumno Anni 1163. inceptum eft, tunc enim Comes Erlingus e Vika Bergas venit, ubi id temporis Pontificis Legatus, Archiepifcopus, omnesqve indigenæ Epifcopi, item Brandus, Islandiæ Epifcopus nuperrime ordinatus, comparuerant. Magnus autem coronatus fuit hyeme aut vere Anni 1164. diu enim hoc Concilium duravit.

§. 4.

Tres ejus ad Islandos datæ exiſtunt Epiſtolæ, qvarum *prima* Epiſcopis, omnibusqve aliis Islandiæ incolis inſcripta: (α) ſacerdotes homicidii reos, officio deponendos cenſet; ſacroqve munere fungentes a litibus & cauſis forenſibus, minorennium & pauperum tantum exceptis, penitus abſtinere jubet. (β) In eos invehitur, qvi viros ſacri ordinis verberibus multant, ſauciant aut occidunt. (γ) Qvi legitimas uxores repudiant, ſcorta autem & adulteras earum loco, vel etiam utrasqve indiſcriminatim ſimul habent, tamqve ſplendide & diſſolute vivunt, ut Chriſtianos minime deceat; eosdem ſi pœnitentia ducti, ad meliorem frugem ſe receperint, publice abſolvi, refractarios vero, & in eodem peccatorum luto ſine ulla vitæ emendatione hærentes, anathematis fulmine percuti jubet. In *altera* ad eosdem adverſus intolerandam eorum temeritatem calamum acriter ſtringit, qvi vel aſyli jura templis ſancte ſervanda violare, vel loca ſacra inviſentes, aliqva injuria & damno afficere, non erubuerint, qvorum nefariis conatibus & impietati, terribile illud anathematis fulmen objiciendum pronunciat. *Tertia* deniqve ejusdem ad eosdem exarata epiſtola de iis potiſſimum agit, qvi male feriati, vel ad furta & rapinas ſe converterint, vel mulieribus per vim ſtuprum intulerint, vel alio qvovis modo impudicitiæ frena laxaverint, omnibus hiſce excommunicationis pænam minitans (a). Ex his abunde patet, Eiſteinum res Islandicas non neglexiſſe; ſed multo magis pravos incolarum mores corrigere, variaqve qvorum illa ætas ſatis ferax fuit, ſcelera & eccleſiæ ſcandala exſtirpare, pro virili tentaſſe.

§. 5.

Erecus, qvi ab Anno 1185. Stafangrenſis Epiſcopus fuerat, Eiſteino in Archiepiſcopatu Anno 1188. ſuccenturiatus, Romam ad redimendum pallium feſtinat, qvo indutus & domum reverſus, ſtatim cum Sverro Rege, de jure & jurisdictione Archiepiſcopali, controverſiæ ſerram reciprocare, inqve ipſum acriter invehi cœpit. Hoc cum Rex ægre ferret, Archiepiſcopi auctoritati & dominio certos ponere limites cupiens, Bergas eum vocavit. Comparuit qvidem Præſul, ſed forum & judicem, non

(a) Tres iſtæ epiſtolæ ad calcem hujus Sectionis exhibentur, ſub Litr. A. B. & C.

non competentes cauſſatus, ad Pontificem Romanum appellavit. Rex autem Pontificem hujus litis judicem non agnoſcens, a Senatu Regni ibidem congregato, ſententiam ferri poſtulavit, qvæ talis tandem promulgata eſt, licere Archiepiſcopo triginta tantum ſatellitibus ſtipari, qvorum duodecim ſcutati eſſent, plures ſi habere cuperet, in uſum templi lapicidinis admoveret, non autem ad ſeditiones in patria excitandum iisdem uteretur. Qvod ubi audivit Præſul, extemplo ſurgens, collectisqve ſarcinis, regno exceſſit. Lundumqve Scanorum petens, ibidem complures annos, ſeu qvamdiu in vivis fuit Daniæ Archiepiſcopus Abſalon, hæſit; nunqvam tamen in Norvegia per Epiſcopos, aliosqve emiſſarios, ſeditiones excitare deſiſtens, ſed poſt mortem demum Abſalonis Anno 1203. in Norvegiam rediit, pacateqve deinde vixit. Dum Lundi ſe contineret, oculis captus eſt, qva de cauſa Abſalon Daniæ Archiepiſcopus, ejus vices gerens, Paulum Skalholtinum Epiſcopum Anno 1195. ordinavit, ſed in patriam redux, Anno 1203, Gudmundum Holanum ipſe conſecravit. Ad Annum 1206. vitam protraxiſſe certum eſt, ſed qvando obierit incertum (a).

§. 6.

Exſtant Erici ad Islandos ſcriptæ epiſtolæ, non parvum præ ſe ferentes pietatis zelum. *Prima* ad Epiſcopos Brandum & Thorlacum, varia continet monita, exhortationes, & inſtructiones, qvomodo contra inceſtuoſos, adulteros, & in cauſis connubialibus procedere & ſeſe gerere debeant, item de moribus cleri, cui armorum uſum & geſtationem interdicit, excommunicationem immorigeris minitans. *Altera* Thorlaco Epiſcopo, Jonæ Lopti filio, omnibusqve inſulæ Magnatibus inſcripta eſt, in qva poſtqvam de adverſa fortuna & controverſiis, qvæ ipſi cum laïcis interceſſerant, qvarum cauſas non omnes in illos confert, conqveſtus eſt; de jure aſyli templis & cæmeteriis debito, raptu mulierum, viqve illis illata, ſacerdotum & monachorum modeſtia, cauſarumqve forenſium abſtinentia, & tandem ne qvis prætura & ſacro officio ſimul fungatur,

(a) Hic eſt venerabilis ille Dominus Ericus, Nidaroſienſis Archipræſul, propter juſtitiam exulans, cui Abſalon Danorum Archiepiſcopus teſtamento reliqvit centum marcas argenti & eqvum blaccatum. Ericus autem Abſaloni antea ciffum argenteum mirabiliter fabrefactum dederat, qvem ille moriens Regi legavit. Conf. *Teſtam. Abſalonis.*

tur, agit: *Tertia* ad Thorlacum Episcopum, Jonam Lopti filium, & Gissurum Halli, ubi vehementer contra libidines & mulierositatem declamat, non obscure Jonam & Gissurum hujus vitii insimulans. *Qvarta* deniqve omnibus Islandiæ incolis indiscriminatim inscribitur, in qva eorum obedientiam & humanitatem laudat, qvam sibi per Thorlaci Episcopi literas innotuisse ait, rogans ne sua monita nihili faciant, nec ut inutiles innovationes æstiment (a).

§. 7.

Adnitente Erico Archiepiscopo, Thorus, vel *Thorerus* Gudmundi filius, Canonicus Osloënsis, Anno 1206. Archiepiscopus eligitur, & more seculi Romam petiit, palliumqve inde reportavit, qvo facto Anno 1207. Ecclesiæ gubernacula suscepit. Eodem Anno Bergis præsens fuit, Regiisqve, qvi a Baglorum factione in arce Sverrisborg obsidebantur, ut arcem dederent, svasit. Anno 1212 (b) sanctionem de regno Norvegico, inter Principes, Regis Ingi filium, & filium Comitis Haconis Galin, dividendo, una cum aliis qvibusdam approbavit eiqve subscripsit Eodem etiam Anno Gudmundum Holanum Episcopum, ejusqve adversarios ad causam coram dicendum, per literas evocavit (c). Qvo Anno obierit non constat, qvod tamen ante Annum 1214. factum esse certum est.

§. 8.

Anno 1214. Thorerum *Guthormus* excepit. Hic qvod nullas in regno Norvegico turbas aut seditiones excitaret, vir non malus, sed mansvetus fuisse perhibetur. Regi tamen, dum minorennis esset, difficilem semper semet præbuit, nec ullo regio honore eundem mactare voluit, priusqvam ipsius mater Anno 1218. in totius regni Senatus, omniumqve Episcoporum conventu, ipso inspiciente Archiepiscopo, esse ipsum Haconis

(a) Omnes istæ literæ huic Sectioni subtexentur sub Litr. D. E. F. & G.

(b) *UNDALINUS* vult Ericum Archiepiscopum his Comitiis etiam interfuisse, & proxime post Thorerum subscripsisse, cujus tamen in *vita Haconis Haconidæ*, unde sua sumsit Undalinus, nec vola nec vestigium reperitur, qvod nos idcirco in medio relinqvimus.

(c) Epistola illa ad finem hujus Sectionis subjungetur sub. Litr. H.

conis Regis filium, ordalio feu ferri candentis portatione, confirmaffet (a). Inde autem eidem æqvior factus, tandem in univerfalibus regni Comitiis Anno 1223. ex fententia Nomophylacum, regnum ei adjudicavit. Comiti autem Skulio, Regis æmulo, cui huc usqve adhæferat, diœcefeos Nidarofienfis, dominium & proventus, fua interceffione & authoritate acqvifivit. Anno 1216. Magnum Giffuri filium Skalholtenfem Epifcopum ordinavit Anno 1222. Gudmundum Holenfem, ejusqve adverfarios ad caufas coram dicendum per literas evocavit. Sed Anno 1224. in qvadragefima, morte præventus, easdem ad optatum finem perducere non potuit.

§. 9.

Mortuo Guthormo a Canonicis Nidarofienfibus affentiente Skulio Comite, Sigurdus Abbas Totrenfis, id temporis peregre agens eligitur. Sed cum Regi minus acceptus effet, Pontifex Romanus *Petrum Hufaftadenfem*, a Rege fibi commendatum, ejusqve literas perferentem, Archiepifcopum conftituit. Hic feqvente anno in patriam redux, Regis amicitiam amplecti velle, præ fe qvidem tulit; nam cum Comite & Canonicis Nidarofienfibus infciis, Archidignitatem adeptus effet, eundem admittere noluerunt, cauffati qvod Divi Olai thefaurum ad eandem emendum facrilege profudiffet; Rege autem fuam interponente authoritatem, non tantum ab iis acceptus eft, fed brevi relicto Rege, totum fe illis dedit; qvod Regi non potuit non difplicere, qvi ipfum eapropter graviter redarguit (b). Gudmundo Holenfi Epifcopo, qvem Guthormus ab officio

remo-

(a) Conf. fupra Sect. 1. cap. 1. §. 52. pag. 178.

(b) Exftat Regis ad eum epiftola, in hunc modum verba facientis: " Þer ritudud til vor, " oc hetud off nockurum afarkoftum ef ver viliom eigi fættazt vid Ribbunga oc iátta " Sigurdi varri faudrleyfd; enn off þykir þat hardr koftr at iátta þeim manni landa- " fkipti er eigi er til noregs borinn fyri burdafakir. Mun nú at þuí koma fem " þer ritudud til vor í hauft; herra erkibifkup, er þer kvamot í land, at huarogir " váro annara vinir kórsbrædr oc þer allir famt, at fækiaft fer um líkir oc faman- " fkrída nídingar. Þetta megit þer nú fylla felagar, enn fva fem þat er, þá fkal " gud fkipta med off, oc eigi bifkupar. " Id eft: *Nobis fcripfiftis, & mala minati fuiftis, ni cum Ribbungis reconciliari, & Sigurdo patrimonium noftrum cedere vellemus. Dura autem nobis hæc videtur conditio, regni partitionem tali homini fpondere,*

removerat, humanum ſe præbuit, ſed Magnum Skalholtenſem removit, dicamqve ei ſcripſit, ut præſens objecta dilueret, qvod ille non imprudenter diſtulit, nam Anno 1227. 7. Idus Octobris Petrum mors oppreſſit.

§. 10.

Petro ſucceſſit *Thorerus*, qvi Anno 1229. concilium nationale Cleri Norvegici convocavit, in qvo qvid actum fuerit, nos latet. Hic Thorſteinum qvendam in Islandiam miſit, qvi ipſius Archiepiſcopi nomine, Magno Skalholtenſium Epiſcopo diem dixit, cui ille parens, in Norvegiam transnavigavit, ſed priusqvam cauſa cognoſceretur, Archiepiſcopus Anno 1230. ipſo Paſcharis feſto e vita migravit.

§. 11.

In ejus locum ſublectus eſt *Sigurdus* Indridi filius, cognomine *Sim*, vir probus & pacificus, nam in turbulentum valde incidens reipublicæ ſtatum, ſemper inter Regem & Skulium, jam ad Ducis dignitatem evectum, reconciliatorem egit; nec unqvam ulli pepercit labori, ut pax & qvies publica conſervaretur. Anno 1232. Magnum Skalholtenſem cathedræ reſtituit, Gudmundum autem Holanum ab officio ſuſpendit, unaqve cum aliis ut ſuo ſe tribunali ſiſteret, mandavit. Anno 1238. Sigurdum Thettmari cathedræ Skalholtinæ & Botolphum Holanæ impoſuit. Poſteaqve Anno 1247. Henricum Holenſem Epiſcopum conſecravit. Cum ſediſſet annos 21. ad 2. Nonas Martii, Anno 1252. vitam cum morte commutavit.

§. 12.

Eodem qvo Sigurdus obiit anno, *Saurlius* Canonicus Hamarenſis Archi-

dere, qvi genere nullum jus hæreditatis ad Norvegiam habet. Hæccine ſunt qvæ nobis proximo autumno huc in regnum venientes, Domine Archiepiſcope! ſcripſiſtis, nullam ſcilicet vos, Canonicos, & omnes reliqvos, mutuam intercedere amicitiam? ſed mulus mulum ſcabit, & correpunt fædifragi, qvod vos ſocii jam impletis, qvocunqve autem modo ſe res habeat, Deus inter nos (regni poſſeſſionem) *diſpertietur, neqvaqvam vero Epiſcopi.* Eandem illi inconſtantiam objecit ipſius cognatus Erlingus Liodhorn. Conf. *Vita Haconis Haconidæ* ad Annum 1226.

Archiepiſcopatum adiit, qvi anteqvam Romam relinqveret, duos Epiſcopos, Petrum Hamarenſem, & Richardum Hæbudenſem, ordinavit, mortuus Anno 1254. Cal. Maji.

§. 13.

Saurlio *Einarus Smiorbakus*, (qvi tum temporis, muſis Pariſienſibus militavit) Gunnari Grionbaki, celeberrimi qvondam Thrundheimenſium Nomophylacis, filius ſubſtituitur. Hic qvoniam Rege inſcio electus eſſet, & in patriam reverſus, ejus conventum declinaret, prudentiores diſcordiam inter ipſos orituram, timuerunt. Sed brevi ea ſuſpicio evanuit, nam Regi ſe nunqvam oppoſuit, & tandem inter eum & Magnum Principem, ſumma coaluit amicitia: Hunc enim Anno 1257, jubente patre, Regem proclamavit. Eodem anno expeditioni Danicæ interfuit, & inter bellantes Daniæ & Norvegiæ Reges, pacem amicitiamqve conciliavit. Anno 1261. Magnum Regem cum Principe Danica copulavit, & peractis nuptiis, aſſiſtente Rege patre, novos conjuges coronavit. Poſt mortem Henrici Epiſcopi Holani, Brandum Jonæ filium elegit, eundemqve Anno 1263. una cum Gilberto Epiſcopo Hamarenſi ordinavit. Obiit Anno 1264 (a).

CAP. IV.

De duobus Cardinalibus Romanis, qvi commoda Eccleſiæ Islandicæ hoc tempore promoverunt.

§. I.

Tandem hic ſibi locum vindicant duo Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Nicolaus & Vilhelmus. *Nicolaus* fuit natione Anglus, pauperibus natus

(a) Plura de Archiepiſcopis Nidaroſienſibus, qvi hac tempeſtate floruerunt, huc pertinentia non occurrunt. Hæc etiam ad oſtendendum qvalem qvisqvis horum eccleſiæ Islandicæ Inſpectorem geſſerit, ſufficere videntur.

natus parentibus. Hic monasterium primo ingreditur patre in eodem famulante, matre autem ex eleemosynis Ecclesiæ Cantuariensis vitam ducente; qvo non obstante, ab Eugenio Tertio, Cardinalis & Episcopus Albanus creatur, Legatusqve, ut ajunt, a latere (a), in Daniam & Norvegiam mittitur. In Norvegia Archiepiscopatum Nidarosiensem erexit, eiqve Jonam Birgeri filium præfecit, qvod deinde Anastasius Qvartus Anno 1154. confirmavit, cui noster Nicolaus eodem anno in Pontificatu Romano succeslit, & Adrianus Qvartus nominari voluit. Civibus Romanis, qvibus invitis electus fuerat, qviqve ipsi, non minus qvam prædecessoribus refractarii fuerunt, sacris interdixit, Ovetumqve concessit. Ab Imperatore Friderico Barbarossa sedi restitutus, eundem coronavit; sed paulo post ob intercedentes simultates, aut excommunicavit, aut ut qvidam volunt, cogitatum facinus exeqvi non potuit. Siciliam Romanis subjicere frustra tentavit, nam a Rege Vilhelmo fugatus, captusqve, omni in Siciliam Apuliamqve juri renunciare adigitur. In Norvegia egens, fratres, Sigurdum, Ingum, & Eisteinum, in concordiam ad tempus reduxit, ibidemqve armorum intra oppida, gestationem prohibuit; forte & ex ejus mandatis aut auctoritate, eorundem usus & gestatio in Islandorum Comitiis universalibus biennio post interdicta fuit. Præter hæc aliaqve gesta, scripta non pauca adornasse, tandemqve Anagniæ Anno 1159. muscam gutturi inhærentem, vitam ei eripuisse, ferunt.

§. 2.

(a) Legati Pontificis in tres distingvuntur Classes, Natos, A latere & Missos. *Nati* dicuntur, ad qvorum officium aut sedem pertinet vicariatus Pontificis Romani, ut sunt qvidam Archiepiscopi & Metropolitani; talis primo fuit Archiepiscopus Bremensis, per tria hæc borealia regna, Daniam, Sveciam, & Norvegiam, & post eum Lundensis in Scania. Nunc in Germania Salisburgensis, in Bohemia Pragensis, &c. eodem officio funguntur. *Legati a latere* vocantur Cardinales & summæ dignitatis Antistites, qvi in regna ad Reges & Principes diademate insignitos, ob maximi momenti negotia ablegantur, tantusqve iis tribuitur honor, potestas & dignitas, acsi ipse adesset Pontifex. His in publico Consistorio legatio mandatur, & officii insigne Crux traditur, qvam sibi præferri curant, qvæ & postqvam absoluta est legatio, publicis cæremoniis est restituenda. *Legati Missi* vocantur Ministri & Prælati inferioris dignitatis, qvi ad Respublicas, Duces, Principes, & tales potestates mittuntur. Hi seculo 16. Nuntii seu Internuncii vocari cœperunt, ea tamen differentia, ut qvi continue ordinarii Legati loco alicubi resident, aut ad capita coronata mittuntur, *Nuntii*, qvi vero ad reliqvos ablegantur, *Internuntii* vocantur.

§. 2.

Vilhelmus, cujus natale folum fuit Pedemontium, ab Honorio Tertio in Boruffiam & Livoniam ad convertendum infideles, & epifcopatus conftituendos circa annum 1220. miffus, indeqve reverfus, Romanæ Ecclefiæ Vicecancellarius & Epifcopus Modinenfis factus. Gregorius Nonus eum denuo in regna borealia ablegavit, qvo iter parans, ne fua abfentia Ecclefia Modinenfis aliqvid detrimenti caperet, Epifcopatum abdicavit. Hac legatione fungens, Concilium Schettingæ in Svecia celebravit, in qvo qvosdam abufus & Cleri inordinatam vitam corrigere operam dedit. Pofthac Innocentius Qvartus eum Cardinalem & Epifcopum Sabinum creavit, tertiumqve iter ad regna borealia fufcipere adegit. Tunc ex Anglia in Norvegiam veniens, a Rege Hacone Haconis filio honorifice exceptus, eundem folenniter coronavit. Cumqve Conftitutiones nonnullas, qvæ ad Islandos tandem pervenerunt, in Norvegia feciffet, ad Pontificem revertitur. Tandem exantlatis tot laboribus, & Ecclefiæ borealium regnorum perutili navata opera, Lugduni in Gallia 5. Non. Martii Anno 1251. mortuus eft.

§. 3.

Inter Conftitutiones Vilhelmi Cardinalis *prima* eft, qva fœnum & frumentum diebus facris, neceffitate urgente colligi permifit (a), *fecunda*

(a) Conftitutionem Vilhelmi Sabinenfis, qvæ No. 1. 2. 4 & 5. continet, una cum ejusdem a Papa Innocentio Qvarto Confirmationem, vide ad finem hujus Sectionis fub Litr. I. K. Hanc conftitutionem Rex Haqvinus Sextus Anno 1314. Islandorum legibus inferi juffit, his verbis: " Þat capitulum fkal oc wera í bók ydvarri fem " ftendr í rettarbótum þeim er Vilhiálmr kardinalis gaf öllum mönnum í Noregs " kóngs ríki. oc þetta er upphaf. *Ef virka daga má ei vinna faker vedráttu.* Þat " annat er fua hefr. *Fyrer faker naudfynia landzins oc ýmisligrar vedráttu* —— " Þetta bref var giort í bergnin þrim náttum fyrer bóthólfsvöku á fimtánda ári ríkis " wárs. herra biarni audunarfon innfigladi. ión murti ritadi. " ɔ: *Illud etiam capitulum Codici veftro inferetur, qvod in Conftitutionibus eft, qvas Vilhelmus Cardinalis omnibus Norvegiæ regni incolis conceffit, & cujus hoc eft initium:* Si profeftis diebus propter conftitutionem tempeftatis, labores fieri neqveant &c. *Aliud etiam* (capitulum) *cujus hoc eft initium:* Propter terræ indigentiam & aëris variabilem tempeftatem &c. ——

Scriptæ

cunda qva vacantium prædiorum ſacerdotalium reditus Epiſcopis abjudicavit (a). *Tertia* uſitatam illa ætate viſitationis mercedem ſolvi vetuit iis, qvi parœciam non rite viſitaverint, excepto ſi vel morbo vel occupationibus a Rege aut Archiepiſcopo ſibi demandatis, impliciti a viſitando prohibeantur (b). *Qvarta* templorum bona, nulla ex parte imminui, ſed ſarta tecta ſervari jubet. *Qvinta* decimas templis debitas ab Epiſcopis

Scriptæ ſunt hæ literæ Bergis, tribus noctibus ante vigiliam Botolphi, regni noſtri anno decimo qvinto. Dominus Biarnius filius Auduni ſigillum appoſuit. Jonas Murtus ſcripſit. Duo iſta capitula inſerta ſunt *Juri Eccleſiaſtico Arnæano.*

(a) Secunda hæc Conſtitutio oppoſita eſt Annatis, unde patet, Bonifacium IX. harum primum Authorem non eſſe, qvippe qvi Anno 1389. Cathedram Romanam aſcendit; ſed multo eſſe antiqviores, cum Anno 1247. in Norvegia abrogatæ & prohibitæ fuerint. Erant autem *Annatæ* unius anni cujusvis beneficii eccleſiaſtici reditus, qvem Pontifices Romani ex epiſcopatibus & ditioribus abbatiis, Epiſcopi autem præbendis ſacerdotum ſibi vindicabant. Diſputatum de iis dicitur in Concilio Conſtantienſi Anno 1414. & omnino abrogatas fuiſſe in Concilio Baſilienſi, qvidam tradunt. Sed illius Concilii decreta nunqvam executioni data ſunt.

(b) Tertia Conſtitutio *Cathedraticum* impetere videtur. Sub hoc nomine venit tributum Epiſcopo ob annuas viſitationes pendi ſolitum, cujus hæc erat ratio. Cum in templis, recens ædificatis, anteqvam ab epiſcopis conſecrarentur, ſacris operari nefas haberetur, eorundem conſecratio ſumme neceſſaria ducebatur, ad qvam ſolennitatem ingens mortalium turba confluebat, qvorum nemo ſine inſigni aliqvo dono apparuit. Hujus portiuncula Epiſcopo tanqvam præmium laboris cedebat. Sed cum in hujus ſolennitatis memoriam natalis templi qvotannis celebraretur, epiſcopi cum tempore ſibi earundem oblationum portionem vindicabant, qvæ *Cathedraticum* dicebatur. Erat & tributum, qvod *Xenium* ſive *Hoſpitalitatem Epiſcopi* vocabant, cujus hæc erat origo: Epiſcopis diœceſin viſitantibus, hoſpitium gratis & ſine pretio conceſſum fuit. Sed procedente tempore, hoc non contenti, pecuniam ſeu dona exigebant, tandemqve ſive viſitarent, ſive non, ſub nomine *Hoſpitalitatis Epiſcopi* tributum poſtulabant. Hac de re Conſtitutio ex Membrana Bibliothecæ Magnæanæ ſub No. 186. in Qvarto ita ſe habet: „ Þá er Viiiálmr cardinalis kom til Noregs. oc millum annara hluta „ kærdu bændr miok um at biſkupar tæki tíunder af kirkium: oc jóku med veitſl- „ ur ſínar. edr tóku ſiálfir til ſín. En Cardinalis ſagdi þat vandliga upp. oc „ kuad kirkiur þeirra friálſliga hallda ſkylldu eignum ſínum. tíundum. oc ödrum „ tekium. ſo ſem biſkup ſínum: Þá kærdu lærder monn at biſkupar tæki veiſlur „ edr lauſner af preſtum, þó at þeir kæmi eigi í fylkit. Cardinalis ſagdi at þat „ veri bædi í móte guds logum ok manna. ok heilagrar kirkiu. ok ſagdi at þeir „ ſkylldu aungar taka. ef þeir færi ei. nema þuíat eins at þeir vere ſiúker edr fare „ epter bode kóngs til hanns. edr til erkibiſkups. Ohæft taldi hann vera at taka fe „ at erfdum. nema fyr ſe ádr golldnar allar logligar ſkullder. ſo ſem abbacuch ſpá-

ſ" madr

pis ſibi vindicari, laïcisqve aut templorum patronis eripi vetat (a). *Sexta* ordalium ſeu probationes & juramenta per ferri candentis portationem, ut chriſtianis omnino indigna, penitus tollit & abrogat (b). *Septima* raptum violentum coërcet (c), & *Octava* jubet, ut hæreditatem adeuntes nomina prius defuncti expediant (d). Neqve ſilentio involvendum, qvod hic Cardinalis, Regi Haconi ſvaſor authorqve exſtiterit, ut Islandos ſibi redderet tributarios, ne præter reliqvarum gentium morem, nullius Regis aut principis imperio ſubjecti, ſuopte nutu aut arbitrio viverent.

" madr mælte. *upplýkr þú munni þínum ſo ſem ſolltinn. oc etr þú óbeimilt i fylſnum.* " Þenna ſullt ſagdi hann þat merkia. er erfinge tekr fyrr til erfdar. en hann leyſer " af hendi allar lögligar ſkullder hins andada. " Id eſt: *Cum Vilhelmus Cardinalis in Norvegiam venerat, coloni inter alia etiam graviter conqverebantur, Epiſcopos decimas templis adimere, & bis ſuos reditus adaugere, vel etiam ſibi addicere. Cardinalis vero diſerte aſſeruit & edixit, templa eorum ſuas poſſeſſiones, decimas & reditus, æqve ac Epiſcopos ſuos* (reditus), *libere retinere debere. Clerici tum qverebantur, Epiſcopos, qvamvis in toparchiam non venerint, circadas & penſionem pro immunitate* (a viſitatione) *ſacerdotibus extorqvere. Cardinalis hoc legibus Dei, & hominum, & ſanctæ eccleſiæ contrarium eſſe aſſeruit, & nullas iis, ni viſitaverint, competere dixit, niſi ægrotarent, vel juſſu Regis aut Archiepiſcopi iter ad iſtos ſuſceperint. Nefas eſſe dixit hæreditatem adire, niſi ſolutis antea legitimis nominibus, juxta Prophetæ Habacuchi verba:* Tanqvam famelicus os tuum aperis, & injuſte parta clanculum comedis. *Hanc famen denotare dixit, ſi hæres hæreditatem prius, qvam ſolutis antea omnibus defuncti legitimis nominibus, adierit.*

(a) De Ordalio legenda qvæ ſupra Sect. 1. cap. 1. §. 52. notavimus.

(b) Vid. *Vitam Haconis Haconidæ* & infra Per. 3. Sect. 1. cap. 1. ubi iſte Regis conatus fuſius narratur.

(c) Conſtitutio illa ex nuper citato Codice talis eſt: " Þá er Vilhiálmr Cardinalis var " ſendr til noregs med herra pávans bode ok legáta valldi. þá giörde hann þær " ſkipaner. at huerr ſem med afle geingr inn í annars manns faſtaeign. edr rettinde. " af ſiálfs ſíns vallde ok vilia. af þuí ſiálfu verkinu er hann giördi. ſe hann med " bannſetningarbandi bundinn. Þat fylger ok til þeſſ. at æi ſkuli ránsmadr af flærd " ſinne ok rángindum þarfinde taka. Ef þeſſer luter eru kirknaeign. edr klerka. " edr þeirra uolld. þá ſkal ránsmadr dæmaſt af kirkiunnar dómara. " Id eſt: *Cum Vilhelmus Cardinalis ex Domini Papæ mandato, & poteſtate Legati inſtructus, in Norvegiam miſſus eſſet, ſtatutum ſanxit, ut qvicunqve vi in alterius prædia vel jura ſponte & ultro ſe ingeſſerit, ipſo facto vinculo excommunicationis obſtrictus ſit: Accedit, qvod violentus ille de dolo ſuo & injuſtitia nullum emolumentum capere debeat. Si res iſtæ ad templum, vel clericos, aut illorum tutelam pertinuerint, violentus ille a judice eccleſiæ judicandus eſt.*

(d) Vide paulo ante not. (u) pag. præced.

Lit. A.

(a) Eysteinn Erkibiskup sendir qvediu biskupum á Islandi, oc so öllum ödrum ágætis mönnum, oc allri alþýdu, guds oc sína. Eg veit at ydr mun kunnigt vera, at ek á ydvars máls at gæta vardveitslo af gudz hálfu, oc væri mer fagnadr á, ef ek gæta sva tilgætt, at gudi þætti vel, oc oss væri öllum gagn í. Enn þótt ydr þyki sem bardagi hafi verit nú um hrídir lengi á landi ydru, þá fylgir þó miskun gudz bardaga: því at frekari er ydar tilgiörningr vid gud, enn hanns hefnd se vid ydr. Veit ek at fiölldi gódra manna er á landi ydru, oc þó at þeir vildu vel um sinn hag vera, þá med því at ei verdr þessa heims grein giör medal ens góda oc illa, þá gialldi ydoliga margir gódir ens illa, oc eins dáligs um þessi heims áföll. Mer er þat til eyrna komit, at her sitia sumir þeir menn, er kennimenn hafa barit, suma særtt enn suma drepit: sumir hafa konur sínar látid, oc hórkonur undir þær tekit. Sumir hafa hvarttveggio innan hús ser, oc lifa so ágæsku lífi, er alla kristna menn dregr til synda. Enn ef biskupar vilia slíka menn ressa, oc draga menn frá eylífum dauda, þá skal þat fremd þykia, at hallda kappi vid þá oc láta ei af órádi sakast. Enn hverki er rett trúa ne kristni, oc ei þau verk er til hiálpar megi draga, nema sönn trú búi undir. Nú veit ek at muni allir þat segia, er at ero spurdir, at retta kristni fái, enn hver er sá at því trydi, at eftir gód verk skylldi eylífann fögnud taka, enn epter ill verk elld brennanda oc kvöl eylífa, at hann skyldi ei hyrtast órada sinna, ef hann væri áminntr um þau verk er til eylífs dauda draga, med því at engi mundi kaupa

---

(a) *Id est*: Eysteinus Archiepiscopus, Episcopis Islandiæ, & omnibus aliis optimatibus, & omni universitati salutem suam & Dei mittit. Scio vobis notum esse, mearum, Dei loco, vestras res curare, partium esse, qvod mihi lætitiam adferet, si ita curare possem, ut Deo placeret, nobis autem omnibus utile foret. Ast qvamvis terram vestram aliqvandiu malis pressam fuisse reputetis, malis tamen illis clementia divina comes adfuit; majora siqvidem vestra in Deum delicta sunt, qvam ejus in vos vindicta. Scio multos bonos viros in vestra terra esse, qvi qvamvis suas res curatissime peragere discupiant, tamen cum in hoc mundo discrimen inter bonos & malos fieri non possit, multos bonos malorum, & unius improbi ergo, hujus mundi casibus jugiter affici acerbis. Ad meas pervenit aures multos hic securos agere, qvi sacerdotes verberavere, qvosdam sauciavere, qvosdam occidere; qvidam uxores suas deseruere, sed adulteras earum loco adscivere; qvidam utrasqve in eadem domo

kaupa allrar veralldar ríki, er ei mætti þola eins dægrs kvöl í helvítis píslum. Nú verdr fyre því at siá ógipta so lengi á landi ydru, at þeir bera höfdingia nafn her, er slíko fylgia; sumir lærdir enn sumir ólærdir. Nú kann eg marga at nefna þá er í stórglæpum standa; enn ec vil enn ei hrópa þá at sinni fyri alþýdu; enn þó vil ec vanda ydvarn ei lengr bera, því mer er nú glæpr manna kunnr, oc sva nöfn þeirra kunnig, er giördt hafa. Nú kennimenn allir þeir, sem menn hafa drepit, þá fyribýd ec þeim guds þiónustugiörd frá hinni fyrstu vígslu til ennar efstu oc framleidis. fyribýd ek öllum kennimönnum sóknarmál á hendur ser at taka, nema örvösum frændum sínum, edr börnum födurlausum, edr konum verndarlausum, oc þó felausum, oc fyri guds sakir; oc til einkis annars hlutar, hvörke er ásæst. Því at þat er í móti gudi oc helgum setningum at annan veg se; oc hefir margr madr her med slíkum sveitardrátt oc ofkappi lífit látit, bædi þessa heims oc annars. oc skyldi vid slíka hluti kennimenn miög varast; því at þeir eiga mikla vægd vid ólærda menn at hafa, oc so allir menn vid þá. oc því meira vandrædi er eftir þad gengr ef þeim verdr misþyrmt; þeim mun meir skyldo kennimenn vidsiá til slíks at haga, er hvörum tveggia má koma til eylífra meina, því at hvör er sá i guds banni og páfans, er misþyrmir kennimanni med heiptugri hendi; oc má hvergi lausn taka um dráp edr afhögg kennimanns edr múnks, nema

---

domo secum habent, & ita vitam vivunt voluptuosam, qvæ omnes christianos peccatis immergit. Qvod si episcopi tales castigare & æternæ extrahere morti præsumant, his ne minimum cedere, & desipientia nullam sibi contrahere castigationem, honori (*qvosdam*) sibi ducere (*percepi*). Sed nec recta esse potest fides, nec religio christiana, nec opera qvæ salutem conferre possunt, nisi vera adsit fides. Scio eqvidem omnes responsuros, si interrogati fuerint, rite illos christianos factos esse, qvis autem, *qvæso*, erit, qvi se ob bona opera æterna gaudia, sed propter maleficia ignem ardentem & cruciatus æternos reportaturum crediderit, & de operibus æternam mortem adferentibus monitus, a malo non deterreretur proposito, cum præsertim totius mundi regna duodecim horarum cruciatibus infernalibus perferendis nemo emere desiderarit? Ideo autem malum istud terram vestram taindiu premit, qvod qvi talia sectantur, tam clerici, qvam laici, primatum homine ibidem insigniuntur. Multos eqvidem delictis atrocibus detentos nominare possem, sed illos coram universitate adhucdum prostituere nolo, periculum tamen vestrum diutius non participabo, cum scelera, & nomina eorum qvi commiserant, mihi nota sint. Jam omnibus sacerdotibus qvi homicidia commiserunt, omne sacrum ministerium ab infima ordinatione ad supremam usqve, & in intermediis interdico. Omnibus sacerdotibus actiones in se suscipere

nema þar ſem pápinn er, enn af oſs fyri ſár oc loſt edur bardaga. Nú ſitia þeir menn her med ydr í ſlíkum naudum, oc láta ſem ei vardi. Nú ſtefni eg þer oc öllum þeim utan, er í banni ero fyri þeſſar ſakir, er nú hefi eg tínt, oc fyribýd eg mönnum at vera vid þá ſamviſtum at ſama bordi, edr at kyrkio med þeim at vera, edur heilſa þeim, fyri utan þá er þeir eru fluttir til lauſnar. Enn ef menn vilia þrá ſitt vidleggia, oc vilia helldr í banni vera enn lauſn taka, þá eru bædi þeir, er fyrſt hafa tilverkaſt, oc ſo hinir er netiaſt ſídan í bandi med þeim af ſamviſt þeirra, þá ero allir í eino banni upp frá Olafsmeſſo degi, þeim er nærſtr er eftir þat miſſeri, er þeſſum bodordum hafa flutt verit um landit innan. Ef ei vilia menn víkiaſt til hiálpráda þeſſara, þeir ſem hlut eiga þeſſa máls. þá af hlýdni þeirri er biskupar ego at veita, býd ek þeim af guds álſu, at þeir letti allri þiónuſtugiord er byriar vígſlu þeirra, ſídan ſiá Olafs meſſa lídr er nú nefnda ek. Enn ef þeir megu ei at þeſſu dveliaſt fyrir heimskra manna ágáng, ſæki á kóngs fund oc vorn. Enn ef menn vilia til heilráda víkia, þa læknid mál ydvart vid gud í þann veg ſem nú er mælt,

---

ſuſcipere prohibeo, niſi in gratiam cognatorum eorum inopum, aut orphanorum, aut fæminarum tutela deſtitutarum, aſt inopum, & hoc qvidem Dei cauſa, ſed nullius alterius emolumenti ergo. Oppugnat enim Deo & ſanctis ſtatutis, ſi aliter obtinuerit, qvibus factionibus & violentiâ, multi vitam & hujus & futuri ſeculi amiſerunt. Qvare ab iſtis qvam maxime ſibi cavere ſacerdotes oporteret, decet enim hos laïcis magnopere parcere, & omnes alios itidem iſtis; & qvanto majus malum, ſi lædantur, hos exinde manet, tanto magis cavendum eſt ſacerdotibus, ne occaſionem ſuppeditent damni æterni in utrosqve redundaturi; eſt enim qvisqve, qvi ſacerdotem vi violenta lædit, a Deo & Papa excommunicatus, & nullibi cædis aut mutilationis ſacerdotis vel monachi commiſſæ abſolutio, niſi apud Papam ipſum, ſed vulnerum, ictus vel læſionis, (*niſi*) a nobis acqviri poteſt. Sedent autem qvidam his malis implicati apud vos, & nihili intereſſe reputare videntur. Nunc igitur te & omnes ob antea commemorata delicta excommunicationis reos peregre huc cito, & qvibuscunqve cum illis ad eandem menſam, vel idem templum, convictum interdico, excepto eo tempore, qvo ad abſolutionem vehuntur. Qvod ſi contumacia opponatur, & excommunicatio abſolutioni præferatur, tunc tam illi, qvi ſuis factis primi excommunicationem inciderunt, qvam qvi poſtea eorum convictu illaqveati ſunt, inde a feſto Sancti Olai, qvod dimidium annum proxime ſeqvitur, ex qvo hæc ſtatuta per totam promulgata ſunt terram, una omnes detinentur excommunicatione. Qvod ſi his implicati, ſalutaria hæc neglexerint conſilia, tunc per obedientiam ab epiſcopis præſtandam, Dei vice illos jubeo, ut poſt antea a me commemoratum feſtum Sancti Olai, ab omni officio, qvod vi ſuæ ordinationis præſtandum erat, deſiſtant. Si vero ob

mælt, bædi um þyrmſlur oc misþyrmſlur vit kennimenn, oc ſo um hórdóma, þeir menn er í því ero bundnir. So oc þat ſem þer hafit afgiört vit Kónginn oc vid lands lýd hanns, þá leidrettiſt þat vit hann, þótt margir verdi vid bótina ſkipaſt, þar ſem fáir hafa misgiördt. biſkups koſninge, ef þer vilit á heilu rádi ſtanda, þá freſtit ei, oc látit hann utankoma at ſumre at víſu, því bædi þrotar Kláng biskup miöd oc mallt, (*forte rectius* mód oc mátt) oc ſkulo þer ei lengr þar ætla til þiónuſtugiördar. Enn þer ſiáit vandliga fyri koſningi ydrum, þann til höfdingia, er þer ætlit heldſt muni ſálu ydvarri vilia til guds ſtýra, hvörki er þeir leggia í móti heilrádum hanns er misverka hitta. Valete.

Lit. B.

(b) Guds rettr er til þeſs, oc allra guds eyrindreka bodord, oc ſidr í öllum löndum, þar ſem kriſtni er, at guds hús ſe tignat, oc meiri vægd vid þá ſtadi borin, er ſú þiónuſta er í unnin, er ver þiggium eyliſt líf af, helldr enn öngvann ſtad annann, hvör tign at á er, oc heidnir menn

ob ſtultorum inſultus hæc peragere non potuerint, Regem & nos conveniant. Sed ſi ſalutaria ſeqvi placuerit conſilia, cauſam veſtram, ut ante dictum eſt, de ſacerdotum obſervatione & læſione, ut & adulteriis, qvi eorum ſunt rei, erga Deum expietis. Ita & qvod in Regem deliqviſtis ejusqve ſubditos, ei ſatisfiat, qvamvis multi certe expiationis participes fuerint, ubi pauci deliqvere. Electionem epiſcopi, ſi ſalutaria ſeqvi vultis conſilia, ne procraſtinetis, & ſeqventi æſtate ut (electus) certo adveniat, curate, tam enim Klango Epiſcopo mulſum qvam polenta (*animus qvam vires deſunt*) deeſt, nec ab illo adminiſtratio officii in poſterum eſt ſperanda. Vos autem veſtram electionem exqviſitiſſime curetis, ut talem eligatis antiſtitem, qvem animas veſtras ad deum dirigere potiſſimum velle præſumatis, qvicqvid criminum rei, ſalutaribus ejus conſiliis obloqvantur. Valete. *Ex his verbis eluceſcit epiſtolam datam eſſe Anno 1176. anteqvam mors Klangi in Norvegia fuit inaudita. Cæterum hæc & reliqvæ Eyſteini & Erici Archiepiſcoporum epiſtolæ mox inſerendæ, ex antiqvo manuſcripto chartaceo, collato cum Codice membraneo antiqvo in Collectione Magnæana ſub No. 186. in Qvarto, exhibentur; Videtur tamen exemplar illud chartaceum eſſe membranei apographum.*

(b) *Id eſt:* Jus Canonicum & omnium dei miniſtrorum ſtatuta, ac omnium terrarum in qvibus chriſtiana religio viget, conſvetudo ſecum ferunt, ædes divinas coli, & majore obſervatione loca illa haberi, in qvibus officium qvod vitam æternam nobis confert, peragitur, qvam ulla alia loca, qvocunqve demum honore afficiantur; ethnici præterea,

menn er í villu ero ſtaddir, hallda med þeirri virding ſína blóttſtadi, at þar ſkal engu granda í, er í kemr, hverki fiárhlutum ne manne, ne öngu kvikfe er í kyrkiur flýr, oc hefer ádr margt ſtórligt bann á farid af pápans hendi, oc hvör pápi endrnýat eftir annann of ſína daga, oc helldſt þat enn. Oc þó at fólk í landi þeſſo, fyri ófródleiks ſaker ſe blindari um rád ſitt helldr enn fleſtir menn adrer, þá ſkulo þeir þó þat vita med ſönnu, at hvör þeirra er misþyrmir kyrkiofridi, hefer fyregiört hiálp ſinni eylífri oc ſálu ſinni vid gud, oc er hann í ſönnu banni fyre guds dómi, þótt ei ſekiſt madr á hönum ſem hitt oc at banni er lýſt. Oc med því at leynt ſár má ſkiótt til ſpella koma, oc ſo glæpr ſá til eylífs dauda, at ei er opinberlig hirting at, þá verdum ver oc viliom, eftir pápans ſendibodum, er eiga gudi ſvör at veita fyre tión þeirra, oc látum ver því opinberliga bann á þá færa, alla þá menn er rán veita kyrkio oc kyrkiogardi vígdum, hvert ſem úr verdr tekit helgat edur óhelgat, edr verdr madr úr kyrkio dreginn til meins, med hvers ófridi er þat verdr, ero allir þeir ſem rádandi ero oc valldandi ero í banni, oc ei kyrkiograefir, ef þeir verda í því teknir, fyrr enn þeir hafa lauſn tekit. Enn ef madr vill ſínu máli til miſkunnar víkia, ſá er í ſlíkt hitter, þá ſe þat upphaf hans yfirbóta, at hann gángi ei

---

præterea, errore detenti, tanta reverentia ſacrificiorum ſuorum loca proſeqvuntur, ut nihil, qvod eo venit, ibi lædi liceat, ſive ſint res inanimatæ, ſive homines, ſive animalia qvæ in ædes ſacras confugiunt; qvacum etiam (templorum violatione) multæ graves excommunicationes authoritate papali olim conjunctæ fuerunt, qvas Papæ ſinguli ſuo tempore ſucceſſive renovarunt, qvæ & hodiedum obtinent. Et qvamvis hujus terræ incolæ, ruditatis ergo plerisqve aliis, in iis qvæ ad eorum ſalutem ſpectant, cæciores ſint, certe tamen ſciant, qvod, ſi qvis jus aſyli templi violaverit, ſalutem ſuam æternam & animam apud deum perdidit, & in judicio divino vere eſt excommunicatus, qvamvis nemo ex ejus convictu excommunicationem incurrat, aut ejus excommunatio non ſit promulgata. Cum igitur vulnus occultum malignitatem contrahere, & ſcelus publice non caſtigatum æternam qvantocius adferre mortem qveat, ex nuncio itaqve a Papa accepto, cumqve deo animæ eorum perditionis reddenda ſit ratio, nos adigimur & volumus, & publicam omnibus excommunicationem impingimus, iis qvi templa vel cœmeteria conſecrata deprædantur, ſive res ſacræ, ſive profanæ, inde auferantur, ſive homo e templo, ut lædatur, extrahatur, qvacunqve violentia id factum fuerit, omnes qvi conſilio vel facto id promoverint, excommunicati ſunt, & ad templum non ſepeliendi, ſi ante abſolutionem deceſſerint. Si qvis autem his implicatus cauſam ſuam clementiæ committere deſideraverit, ejus pœnitentiæ principium hoc eſto; nec templum intrato, nec cereviſiam bibito, nec carnem

ei í kyrkio, ne drecki muungát, ne eti kiöt, fyrr enn hann taki laufn, bædi at kennaft oc fo vid glæp finn, oc hann megi med flíkri áminning fkunda til mifkunnar, at hann fe ei týndr eilíflega þá er gud krefr hann andar. Enn med því at ei ero allir jafnir málavextir, þá verdr bifcop at lida, fá er fundinn verdr, fem háttr er á völldum þefs er giördi, edr hvör fyre verdr fkadanum, edr med hveriom hætti þat fe var fengit er í kyrkiona kom, því at rettfengit allt á kyrkian at veria fem hun má. Enn þar fem þiófr ber inn fóla í kyrkiu, edr ófridar madr ráns fe þá á ei kyrkian at fkyldaft um vörn þefs fiár, ne vid hefnd þeim á hendr er þat fe tekr úr kyrkio, nema hann fe þiófr edr ráns madr. Enn ef fá kemr til fiálfr er á, edr fá er hönum til handa vill taka úr kyrkiu, þá fe þat ábyrgdarlauft. Enn fá madr, er brýtr kyrkiofrid, fo at hann vinnr þeim manni mein er þángat flýr á halld hennar, edr dregr úr kyrkio til meins, edr rænir þar úr kyrkio hennar eigu edr annars, þá fkal fylgia þat til hefnda vit hann med banninu, at þá fiau vetr medan hann er í fkriptum, þá komi hann hvörke í þá kyrkio ne önga adra at undir þeirre kyrkionni er, hvört fem er Erkibifkups ftóll, er allar hníga til, edr bifkups ftóll einhverr, at allir ero undir í því ríki, edr fylkis kyrkia, er allar kapellur hníga til í því fylki,

carnem ante abfolutionem acceptam comedito, & ita fcelus fuum agnofcito, ut hac admonitione (adductus) ad clementiam recurrat, ne in æternum, cum deus animam ejus popofcerit, perdatur. Cum vero non omnis caufa easdem habeat circumftantias, tum ex natura actionis ejus qvi fecit, & ejus cui damnum illatum eft, & modo qvo res templo illata parta fuerat, fententia epifcopo eft temperanda; jufte enim parta templum, qvam poteft ftrictiffime tueri tenetur. Ubi autem fur rem furto ablatam, aut latro fpolium templo intulerit, talia bona templum tueri non tenetur, nec auferentibus, nifi fur fuerit, vel latro, pænam infligere. Si autem (legitimus) poffeffor aut ejus mandatarius advenerit, & templo exportaverit, fine periculo fiet, sed qvicunqve jus afyli templorum violaverit, ita ut hominem tutamini templi fe commendantem læferit, aut ad læfionem templo extraxerit, aut templi vel aliorum bona e templo deprædatus fuerit, illum præter excommunicationem etiam ifta manet pœna, ut feptem annis, qvibus pœnas luere debet condignas, illud templum, & nullum aliud ei fubjectum intrare illi licitum fit, five fit cathedra archiepifcopalis, cui omnia reliqva (templa) fubfunt, five cathedra qvædam epifcopalis, cui omnia iftius diœcefeos (templa) fubjecta funt, five templum toparchiale, cui omnia in ifta toparchia facella, ex epifcopi mandato fubfunt; officia tamen facra (pœnitens) fub dio ftans audiat. Qvodcunqve vero templum, qvod hoc temporis fpatio intrare ei non

fylki, sem biskups er skipan til. hlýdi þó tídom so at hann standi úti. Enn sú kyrkia hver at hann skal ei í koma í þessari tíd, þá skal ei skylld vera at veita hiálp hans fiárhlutum, enn ef hann lætr þó þángat fara sína fiárhluti á hennar valld, innan þessarar tídar, og verdr sá fiárhlutr þadan út tekinn med ráni enn ei annars, þá se ei heilög kyrkia skylld til at bannfæra eftir þat mál. Enn ef madrinn siálfr er í sökum hefr verit vid kyrkiona, verdr naudstaddr innan þeirrar tídar, þá skal kyrkian, hvör er hann sækir, tilskylldast vid hanns hiálp, sem hann hafi vid enga þeirra misgiört, og reffing tilleggia ef hönum verdr þar misgrandad, sem engi sök se á hanns máli, ef hann hefer skrift tekit fyri þann óveg, sem hann giördi fyrr kyrkionni, oc heitit yfirbót, edr giöri þat þá þegar í þeirre, ef hann vill hiálp af henni taka, ef hann hefer ei fyrr giört, oc festi med eidi. Því at hvervetna þar er madr gengr til sætta vid kyrkio fridbrot, skal vinna eid fyrr enn hanns mál se losat, at hann optar skal ei kyrkiofrid brióta, oc helldr forstödu veita slíka er hann má vodalaust vid siálfann sig. Enn ef hann rýfr eid sín med sömu verki, þá se þat á Erkibiscops valldi eftir mála voxtum, hvert hann skal heima lausn taka, edr fara til pápans med riti biskups. enn lausn þessa máls alls þá liggr á pápans valldi, hvegi

non est licitum, ejus bona tueri non tenetur, si autem bona sua, templi tutamini committenda, eo transportari curaverit, & bona ista latrocinio, nec alio respectu ablata fuerint, illud factum excommunicatione vindicare sancta non tenetur ecclesia. Si ipse homo, qvi in templum deliqverat, dicto tempore in periculo fuerit constitutus, templum, qvicunqve eum persecutus fuerit, illum, ac si nullum (templorum) violaverit, tutari, & si ibi læsus fuerit, causam ejus tanqvam insontis pœna perseqvi tenetur, si modo pœnas ignominiæ templo antea illatæ condignas acceptaverit, & emendationem promiserit, vel etiam hæc (*enumerata*) statim in ipso isto templo fecerit, si inde auxilium nancisci voluerit, si non antea fecit, faciat, & juramento confirmet. Ubicunqve enim reconciliatio ob violationem juris asyli templorum ineunda est, prius qvam ulla causæ remissio fiat, juramentum (reus) præstabit, se jus asyli templorum non amplius violaturum, sed multo magis, qvantum absqve sui ipsius periculo fieri potuerit, illud conservaturum. Qvodsi jusjurandem eodem facto resciderit, penes Archiepiscopum esto, sive ex causæ circumstantiis domi absolutionem accipiat, an vero ad Papam, literis Episcopi instructus, peregrinari teneatur; Totius vero causæ dijudicatio penes Papam est, qvantulocunqve tempore pœnas condignas; ejus clementiæ se committentibus, exantlandas injunxerit. Qvicunqve corpus clerici, monachi, vel canonici, sive regularis fuerit, sive non, si modo vestitum habeat cœnobialem, violaverit, excommunicatus esto; ubi autem ad Episcopum, absolutionem (impetraturus) venerit, Episcopus sententiam, ita ut qvemvis damni redundantis causam extitisse

hvegi littla hríd í ſkriptum hefer verit vid hvern þann er til hanns miskunnar ſækir. Enn þeir menn at misþyrma lærdum mönnum, múnkum, edr kanúnkum, lærdum edr ólærdum, þeim er í hreinlífis búnadi ero á líkam ſiálfra þeirra, þá ſe þeir í banni. enn þá er þeir koma til biſkups lauſnar, þá ſkal biſkup med þeim hætti lida lauſnina, ſem hann finnr völld hvers tveggia hafa verit, um mein þat ſem í hefer giörſt. Sama mál er um þá er ræna þá menn er taka ſtaf oc ſkreppu oc fara til Jórſala, edr til Róms, edr til annra heilagra ſtada, utan lands edr ſo innan lands, til heilagra manna þeirra, er ver ſágum oc dýrdkum af guds álfu, ef þeir ero ei fundnir oc ſannir at ſvikrædum vit lands kóng oc hanns fridmenn.

Lit. C.

(c) Menn þeir er konur taka med herfánge, þær er med nýtu hafa iafnan verit, edr þær er gódir menn vitu at í návift hafa verit med þeim, at ſkiliſt hafa vit órad ſin, oc ſkriptir fyre tekit, oc því ſidan halldit med gódri atferd. þá hvor er þær tekr naudgar, hvört er hann feſtir naudgar edr ei, þá med því hann brýtr í því guds rett, oc frelſi þat er gud hefer tiád hverium, þá er ſá hvor, eftir fornri ſkipan í guds banni, oc pávans, oc allra heilagra manna, og ver endurnýum þat bann, at menn viti þat bann oc voda er vidliggr; og þó lægi vid, er ver þegdum yfir med voru meini, oc ſo hinna er óvitandi ero, oc felli í. Enn konum fyribiódum

tiſſe repperit, temperato. Eadem qvoqve valet ratio de ſpoliantibus eos, qvi pera & baculo aſſumtis, Hieroſolymas, Romam, aut ad alia loca ſancta iter faciunt, ſive in regno, ſive extra illud fuerint, ad ſanctos qvos dei ergo honoramus & colimus, dummodo (peregrinatores iſti) in proditione in Regem terræ, vel ejus ſocios deprehenſi vel convicti non fuerint.

(c) *Id eſt:* Qvicunqve fæminas rapuerit, qvæ ſemper integræ fuerunt (famæ), aut qvas boni viri, in earum vicinia degentes, a vita ſua diſſoluta receſſiſſe, abſolutionem accepiſſe, & integram poſtea famam conſervaſſe, ſciunt, has fæminas ſi qvis invitas rapuerit, ſive illas invitas deſponſaverit, ſive non, cum hoc facto jus divinum, & libertatem a deo unicuiqve conceſſam violet, qvilibet (talia perpetrans) ex veteri mandato, in Dei, Papæ, & omnium Sanctorum excommunicationem incurrit, qvam excommunicationem & nos repetimus, ut notæ ſint periculum & excommunicatio qvæ tales manent, & manerent qvoqve, ſi & nos noſtro, & eorum qvi ignorantes in id inciderint, damno taceremus. Mulieres autem, qvæ integram conſervare famam cupiunt, dei nomine prohibe-

biódum ver í guds nafni þeim er í ſkilum vilia vera, at veita addrátt til ſlíkrar ónytiu med veiſlum, þíngum edr ödrum hlutum, oc egna ſer ſo út undir vald hins, at ei er forſiáll þegar ſlíkt valld hefer í hendi.

Lit. D.

(d) Eyrikr Erkibiſkup ſendir kvediu Brandi biſkupi, og Þórláki biſkupi, brædrum ſinum, guds oc ſina. Mikils hugda eg at áfátt væri med ydr, enn ei hefer mer ſo birtſt fyri augum fyrri ſem nú, oc ſe ec af því, at nú hefer ek heyrt at her er mikil þörf guds vina. Því at annat tveggia er her gódr madr til mikilla nyta, bædi ſer oc þeim er hann á til at gæta, edr til þúngligs tións bædi ſer oc ödrum. Nú þó at ver megum ei allann ydar varnat teá ydr innilega, þá þau mál er frekleguſt ero bodin, ſem er um hiúſkap edr kennimanna athæfi, er ver heyrdum at meſt væri ávant med ydr, viliom ver ydr teá med nockrum ordum; því at annat tveggia verdit þer því at fylgia oc adra med bodordum til fylgdar flytia, ella eigi þer ei biſkupar vera yfir þeim er ei vilia vit þeim bodordum taka. Enn þó at þeir menn er gud hefer veldi led ſer til hiálpar oc ödrum, er þeir ero yfirſettir, vili helldr ſíno megni oc álytum til ónýts ſnúa, helldr enn

prohibemus, ne occaſionem talis corruptionis conviviis, arcta familiaritate, vel talibus ſuppeditent, & ita ſeſe illaqveatæ iſtorum poteſtati ſubmittant, cum talem poteſtatem nacti, illa non ſapienter (utantur).

(d) *Id eſt:* Ericus Archiepiſcopus Brando Epiſcopo, & Thorlaco Epiſcopo fratribus ſuis ſalutem Dei & ſuam mittit. Multos defectus vobiscum eſſe autumavi, nunqvam autem illos antea, tam bene ac nunc, perſpexi, & ex jam auditis pervideo, Dei amicorum hic maximopere opus eſſe. Aut enim vir bonus multum ſibi & illis qvorum curam gerere debet emolumenti, aut (malus) ſibi & aliis grave damnum hic adferet. Aſt qvamvis omnia neceſſaria exqviſite vobis ediſſerere non vacet, paucis tamen præcepta ſtrictiſſime injuncta, de conjugio & vita ſacerdotum, in qvibus maximum inter vos defectum eſſe percepimus, exponere animus eſt, qvæ aut obſervare, & alios ad obſervandum juſſu adigere, aut eorum qvi præcepta iſta acceptare recuſant, epiſcopi non eſſe debetis. Aſt qvamvis illi, qvibus poteſtatem in ipſorum & aliorum ſalutem deus conceſſit, vires & auctoritatem ad noxia potius, qvam proprium aut aliorum emolumentum adhibere velint, & ſi talia audiverint (præcepta), novitates clament, horum verborum cauſa veritatem retrudi ne ſinatis. Cum igitur ego præcepta impertiturus utriqve præfectus ſim, tum qvatenus Deo, & Sancto Petro, & mihi

enn til gagns ser oc ödrum, og kallist nýmæli heyra er slíkt er frambor-it, þá verdit þer at láta ei sannindi rakna fyri orda þeirra sakir. Nú med því at ek em til bodorda settr yfir bádum, þá so sem þit egut gudi hlýdni at veita, oc hinum helga petro, oc mer, so taket þit vit þeim bodordum oc teiz at bádir. Enn ef so er at menn rísi med öllu á móti, oc vilia so á fyrnsku hallda, at bodord ydar ega öngann stad, þá sækist heldr á fund minn, enn þit týnit yckr bædi oc ödrum þeim er þit eigut til at gæta. Því at slíkt sem ver höfum til greida at leggia med yckr, þá skal þat fyre guds saker heimillt vera. Nú ef madr fyrilætr konu sína oc tekr adra konu, þá skal hann vidskilast þá konu er hann tók sídar, enn taka hina fyrri, edr se í forbodum. Enn ef madr tekr vitandi frændkonu sína edr sifkonu at fimta manni eda gudsifio sína, þá kemr þar forbod fyre ef æi lætr af. Og ef annat tveggia hióna giörir hórdóm, þá skal annadhvört sættast aptr eda hreinliga hallda medann bædi lifa. enn ef annadhvert vill ei til sættar gánga oc ei hallda vid, þá skal þad þeirra í forbodum er æi vill sættast. Enn ef madr leggst med frændkono kono sinnar, oc er leynt, þá skal ei hiú skilia, hvege náenn at frændsemi er, þó systir se. Enn ef uppkemr, oc er so náit at skemd at görir fyri mönnum samvistu þeirra, þá skal skilia þau, oc hvörki fyrileitast medan bædi lifa. Enn siálft leyst því þeir-

& mihi obedientiam debetis, illa acceptate, & uterqve communi opera agitote. Qvod si totalis obvenerit contumacia, & antiqvus mos tam pertinaciter conservetur, ut vestra mandata nihil valeant, me potius convenite, qvam & vos, & alios, qvorum curam agere debetis, perdatis, nam qvantumcunqve in vos boni conferre potero, dei causa in vestra erit potestate. Si qvis uxorem suam dereliqverit, & aliam fœminam assumserit, a deinceps assumta separator, & priorem resumito, alias ei (excommunicatione minore) interdicitor. Si qvis sciens cognatam suam vel affinem suam in qvinto gradu, aut spirituali cognatione conjunctam duxerit, ei, usqve dum (eam) reliqverit, interdicitor. Si conjugum alteruter adulterium commiserit, aut reconcilietur (pars lædens), aut, qvo usqve uterqve vivunt, cælebs agat. Si alteruter reconciliationem abnuerit, nec tamen (cælebs) agere voluerit, ei qvi reconciliari recusat, interdicitor. Si qvis cum uxoris suæ cognata congressus fuerit, & id clam habeatur, conjuges non sunt separandi, qvantumvis propinqva fuerit cognatio, qvid? qvod soror fuerit. Ast si palam fiat, & cognatio tam propinqva sit, ut ex istorum cohabitatione scandalum oriatur, tum eorum conjugium rescindatur, & neuter, qvousqve uterqve vivit, conjugium ineat. Ei conjugum qvi non est in culpa incestus, nec occasionem dat, si supervixerit, conjugium inire ipso jure licitum est. At (incestu) palam facto, & iis ab invicem separatis, neutri, dum uterqve in vivis est, conjugium contrahere licet.

ra fyri at leitast, sem ei verdr eda veldr meinum, ef þat lifir lengr. Enn þá at þau skiliast sídan er uppkemr, þá mega þau ei fyrileitast medan bæde lifa. Enn ef madr villist í kvanfángi, þá giorist þat á fiórar lundir, annat tveggia, at annar er madr enn til er hugt, er sá er þú veizt hvör er, oc reinist sá at þræli er þú hugdir at friáls væri. þridia er þat er þar sem þú hugdir audæfi væri, þá er þar fátækt. fiórda er þat, ef madr hygst taka góda konu, oc vitra, oc vel heila, oc reinist at odru. Nú þeir tveir hiner fyrstu villur persone oc hegdanar þá megu þeir slíta hiúskap, ef madr bindst æi med samþycke sídan hann vard var vid. Enn þeir tveir hinir sídari villur audæfi oc maktarleike megu ei slíta hiúskap Eigi skal heilviti madr fá ærrar konu, þó at audig se. Enn ef fengit er, þá skal oc (ei) skilia hvört er hann vissi hana æra edr ei. Enn um fastnadar mál, þegar madr fastnar ser konu med jákvædi hennar siálfrar, oc er samþyckt af nálægd, oc ei af ókomnum, þá er þat fast, so sem fullr hiúskapr ef vottar vitu. Nú fullnast þetta at guds lögum, enn þó er hitt bodid, at þat skal giöra med frænda rádi. enn þó at því bregdi nockut, þá er þad fullt þegar vitne fæst af samþycki. Enn allt þat er ver lærdir menn megum draga til þess at forrád frænda se á giftingum kvenna, þá er betra til þess at draga, því at optast er þat, at þeir siá betr fyre enn þær siálfar. Enn þat

licet. Si qvis in conjugio contrahendo errorem commiserit, qvadrifariam (id) evenire potest, aut enim alius est homo qvam reputabatur, aut alterius (conditionis) qvam tibi notum erat, (exempli causa) si qvem liberum credebas, servus esse deprehendatur. Tertio ubi opes esse præsumebas, paupertas est. Qvartus (error) est, si qvis uxorem bonam, sapientem, & perfecte sanam ducere cogitat, qvam secus (se habere) experitur. Duo priores errores, personæ & conditionis, conjugium rescindere valent, si homo, postqvam de illo certior erat factus, consensu non fuerit alligatus. Sed duo posteriores errores, divitiarum & valetudinis, conjugium rescindere neqveunt. Nemo mentis compos uxorem insanam, qvamvis sit opulenta, ducat, si vero duxerit, eam non dimittat, sive illam dementem esse noverit, sive non. De sponsalibus si qvis illa cum muliere, accedente ejus assensu de præsenti, & non de futuro contraxerit, æqve ac matrimonium, si testes id noverint, valida sunt. Hæc ex legibus divinis perfici (possunt), ast jubetur simul ista e cognatorum consilio contrahi; sed qvamvis aliqvid defuerit, tamen valida sunt, si testes consensus (desponsatorum) exstant. Qvicqvid autem nos clerici in patrocinium desponsationis mulierum ad consangvineos pertinentis adferre possumus, id adtulisse expedit, nam sæpissime illi melius, qvam illæ ipsæ, prospiciunt. Sunt autem sponsalia de futuro, ubi sponsalia promittuntur, qvæ nos *handfest* appellamus. Sed sponsalia de præsenti, qvæ nos *fastnadarrett*

þat er ſamþycke ókomit er heitid er faſtnadar málum, er ver köllum *hand-feſt*. Enn ſamþycke af nálægdum er þad er ver köllum *faſtnadar rett*, er hvort tveggia þeirra játaſt ödru til hiúſkapar med vottum eftir þeim lands ſid er her gengr, þat má ei riúfa. Þeirrar konu má engi fá nema ſá er faſtnat hefr medan þau lifa bædi. Enn hvörttveggia má kióſa hreinlífi ef vill, þótt annat banni fyri ſamgáng þeirra, oc þat fyri leitaſt er ei kýs hreinlífi. Enn ef annar fær, þá ſkal reſſa ſem fyri hórdóm. Enn allt þat er her er nú ſett, þá er jafnmæli medal karls oc kono, fyre utan þad er, at ei má kona ſo vegna bónda ſínum, ſem bóndi konu ſinni, til ſkilnadar fyri hórdóm. Enn ef madr nemſt kono oc ſamþyckiaſt þau ſidan, þá má hann hafa hana at eginkonu med frænda rádi oc hennar vilia, oc ſkal hann vera í ſkriptum fyri námit. Enn ef madr legſt med konu manns, medan bóndi hennar lifir, þá má hann fá þeirrar konu eftir fráfall hinns, ef þau vilia bædi, ef hann hefer ei rádit hönum bana, edr unnit henni nockur faſtindi til þeſs, at hann ſkyldi fá hennar ef hinn felli frá. Enn ef madr má ei ega lag vid kono ſína, þá verdr þat annadhvört med giörningum eda med kynfylgio ſpelli. Enn ef med giörningum er, þá verdr at hiálpa láta med bænum oc ölmuſugiördum vid gud, oc ef þad ſtodar, þá er vel, enn ef ei ſtodar, þá má hún frá rádaſt, oc er hún ei neydandi til aptr
hvarfs,

nadarrett appellamus, ſunt, ubi uterqve matrimonium teſtibus præſentibus ex hujus terræ communi conſvetudine ad invicem ſpondent; illa reſcindere non licet, & illam mulierem, utroqve (deſponſato) adhuc in vivis, ducere nemo poteſt. Utriqve vero (deſponſatorum) ſi libitum fuerit, qvamvis alteruter propter eorum conjugium proteſtetur, cælibatum eligere, ei autem qvi cælibatum non eligit, matrimonium contrahere, licet. Si autem alter (deſponſatam) duxerit, adulterii inſtar pœna eſt injungenda. In omnibus hic ſancitis æqvale jus mari ac fæminæ competit, præterqvam qvod uxor in maritum ob adulterium non habet tantum jus divortii, qvantum maritus in uxorem. Si qvis fæminam rapuerit, & poſtea conſenſerint, accedente (fæminæ) conſangvineorum & ipſius conſenſu, eam ducere illi licet, pœnas vero raptus condignas luat. Si qvis cum uxore aliena, vivo adhuc ejus marito, rem habuerit, marito defuncto, ſi in id conſentiunt, illi hanc ducere licitum eſto, ſi hic illum (maritum) neci non dedit, nec ſe illam poſt (prioris) mariti obitum ducturum fidem fecerat. Si qvis uxori ſuæ conſveſcere non potuerit, aut in cauſa eſt magia, aut de genio familiæ vitium. Si magia in cauſa fuerit, precationibus & eleemoſynis in Deum iſti medendum eſt, qvod ſi ſucceſſerit, bene eſt, ſi vero non ſucceſſerit, illi (uxori) ſecedere licet, & ſi conjugium (e novo poſtmodum) iniverit, qvamvis maritus ejus ad poſſibile commercium reſtituatur, ad reverſionem non eſt cogenda. Si autem
vitium

hvarfs, ef hún hefer fyrileitaſt, þótt bóndi hennar komi til möguligs ſamneytis. Enn ef kynfylgiu ſpell kemr at manni, ſo at hann má ei eiga lag vid kono ſína, þá mego þau ſkiliaſt, ef þat ſannaſt med ſex manna vitni eftir já ſiálfum þeirra. Enn ſá ſkal vera eidr bædi hiónanna, oc þeirra enu nánuſtu manna í beggia ætt, at alldri höfdu þau líkama ſinum ſamanblandad í ſinum hiúſkap. Enn ef kona ſegir annat enn karlmadr, þá ſkulo hanns ord meira mega enn hennar. Kennimenn beri ei vopn, oc ſkulo vera fridſamir vid ólærda menn, því at ólærdir menn ſæta miklum ſtórmælum ef þeir vinna á kennimönum, oc taki ei þær ſakir óſkyldar á hendr ſer, er þeir ſkulu annat tveggia med odd edr egg ſækia. taki þeir þær einar, oc þó ſkylldar ſakir á hendr ſer, at ei þurfi vopn vid. Enn ef kennimadr verdr hirtr af ödrum hvörium yckrum, oc vill ei láta eftir því, ſem eg hefi ted yckr fyrr í riti minu, þá ſe fyrſt á hönum forbod, enn ſídan bannſetning ef ei vill at láta. Enn þó at þer finnit á móti þeim málum herdu oc þrá mikit, þá er úfallit, at þer látid fyri þat guds eyrindi fallaſt, oc þyrſt hinna, er þer egut at gæta, fyri því, at med því er batans von, ef ſtadfeſta kemr á mót þeirra (*forſan* þrá) heimſkra manna, oc ſú áſt er til guds vilia lýtr enn ei til hins, hveria naud hann þolir fyri guds ſaker. enda krefr ei gud af yckr frammkvæmdar ſinna bodorda, nema ſtarfs oc gód-

---

vitium de genio familiæ cuiqvam acciderit, ita ut rem cum uxore ſua habere neqveat, divortium facere iis licitum eſto, ſi ſex hominum teſtimonio & ipſorum eorum aſſenſu confirmetur. Hoc autem erit tam conjugum, qvam in utriusqve familia maxime propinqvorum conſangvineorum juramentum, iſtos durante matrimonio nunqvam corpora ſua commiſcuiſſe. Si vero fæmina aliud aſſerat, aliud mas, hujus verba plus qvam illius valento. Sacerdotes arma ne geſtanto, & erga laïcos pacatos ſe præſtanto, laïci enim ſi ſacerdotes lædant, gravium delictorum reatum ſibi contrahunt, nec actiones vi violenta perſeqvendas, ad qvas non obligantur, & eas ſolum (actiones), qvamvis jure ad illas obligati ſint, (ſacerdotes) ſuſcipiunto, qvæ arma non reqvirunt. Sed ſi paſtor a veſtrum alterutro caſtigatus fuerit, nec tamen in ſcripto (hoc) meo antea dictis parere voluerit, primo excommunicationi minori, majori poſtea, ſi obſeqvi nolit, ſubjectus eſto. Aſt qvamvis contra hæc præcepta iſtorum permagnam offendatis duritiem & contumaciam, non tamen eſt conveniens, Dei negotium, & illorum, qvorum curam gerere debetis, neceſſaria negligi, ſperanda enim eſt emendatio, ſi ſtultorum (contumaciæ) conſtantia opponatur, & pluris amor voluntatem dei obſervans æſtimandus eſt, qvam calamitas Dei cauſa perferenda. Nec tamen Deus exſecutionem ſuorum mandatorum, præter operam & ſtudium, a vobis

gódvilia. Því at í guds er valldi at ſnúa hverium, þegar hönum þykir fallit vera. enn eftir ſtarfi oc vilia er hverium ummbun búin. Valete.

Lit. E.

(e) Eyrekr Erkibiſkup ſendir kvediu Þórláki biſkupi. Eyrekr Erkibiſkup ſendir qvedio Jóni Loptsſyni, Bödvari Þórdarſyni, Ormi Ivarsſyni, Oddi Gifſursſyni, Giſſuri (Hákonar) Hallsſyni. Spurt höfum ver þat velldi, er gud hefer ydr gefit yfir því fólki er land þetta byggir, oc af því þykiumſt ver vita í hvörri ábyrgd þer erut vid gud bundnir, er hvör á ſinni vitſku at ſvara, oc þá ſkyn fyri at giallda, at engi er koſtr leidrettingar, oc er því hvörium rád vit at taka, at koſtgæfaſt medan völdin hefer á hendi. Vitum ver at her ero virrir menn í landi þeſſu, oc væri þá ſannvitrir, ef þann ſtad tæki vitſka þeirra, enn vid þá rædu er guds lög kunna, oc vitu ydra misferd, oc er þeim mál hættaſt, ſem ſína misſerd ſiá oc annarra, oc mego leidretta. Kunnugt er yckr Jón og Gizur, at naudſynia mál rædum ver vid ydr bædi ydvart oc vort. Kriſtinna manna nafn beri þer, enn ſkírit þit er ſkilit guds lög, hvat er þit hafit kriſtinna manna athæfi um enu hærſtu bodord, eda ei, af því ver höfum heyrt þá er

---

a vobis reqvirit, nam penes Deum eſt, qvemvis ubi ei placuerit, convertere, ſed ſecundum operas & ſtudium cuivis merces eſt præparata. Valete.

(e) Ericus Archiepiſcopus Thorlaco Epiſcopo ſalutem mittit. Ericus Archiepiſcopus Jonæ filio Lopti, Bödvaro filio Thordi, Ormo filio Ivari, Ottoni filio Giſſuri, Giſſuro filio Halli (Haqvini), ſalutem mittit. De poteſtate vobis a Deo in incolas terræ hujus conceſſa inaudivimus, qva ex re qvantum periculum veſtrum apud Deum ſit, concludimus, cui omnibus ſapientiæ ſuæ ratio eſt reddenda, nec optio emendandi (ulterius) conceditur, qvare dum poteſtas adhuc obtinet, conſultiſſimum eſt operam navari. Scimus qvidem viros ſapientes in iſta terra eſſe, ſed vere ſapientes eſſent, ſi ſapientiæ eorum fructus exiſteret, (aliter autem videtur) iis qvi leges divinas callent, & defectus veſtros pervident, qvorum & periculum hac ex re maximum eſt, qvi & ſuos & aliorum defectus perſpiciunt, & emendare poſſunt. Notum eſt vobis Jona & Giſſure, nos, tam nobis, qvam vobis, neceſſarias res, eloqvi. Nomine appellamini Chriſtianorum, vos autem, qvi leges divinas intelligitis, ediſſerite, *qvæſo*, qvid de ſummis præceptis Chriſtianorum morum habeatis, multos enim veſtros defectus in iis percepimus, qvæ reliqvi Chriſtiani obſervant & acceptarunt, & magna reverentia

er margs vard ydr áfátt þat er kriſtnir menn adrir ſylgia, oc haſa vittekit, þó at höfuct hafa þyki, oc ſága med mikilli virding. Enn of engann hlut ſýniſt oſs meira áfátt helldr enn um óhreinlífi manna her, oc kvennafar, er ecki þarf fyri yckr at ſkíra um, hverſu ſtadfeſt bodord er, af guds ſiálfs munni bodit. Enn þer hafit þat med ſvívirding firſt ener ágætuſtu menn, lifat búſiár lifi, rekit ei hiúſkap ne þat helga ſamband er ecki má ſlitna nema kona manns hóri undir hann, oc þó med þeim einum hætti, at hvörtveggia halldi ſer frá ſaurlifi medan þau lifa bædi er ſamanbyggiaſt. Enn med því at höfdingiar hafa ſlíka óhæfu í ſamvitſku ſinni, oc af því treyſtaſt þeir ei hirtingar ord at hafa fyri alþýdu, þá er þar komit, at allra rád hallaſt í einn ſtad ens meira oc ens minna. So er oc kennimanna mál um kappſemd þeirra oc vopnaburd, at þat er úr þeim hætti ſem annara manna mál, eda þeirra ſem í gódum ſidum ero. Nú giörit þat fyri guds ſakir, fyrimunit yckr ei þeirrar gæſku, at um yckar daga mætti nockur umbót leggiaſt á rád manna. Sæll er ſá at ſvo lánga nyt ſkyldi vita eftir ſína ſýſlu, ſem þer víſit, at þer leggit nú hug á, at þer ætlit eylífliga ydvars ſtarfs, ef um ydar daga ſkyldi guds vili meir framgiör vera, enn hér til hefer verit, þá væri ſo ſem í hvers manns hiálp, er framleidis væri hólpinn af ydar órádi, væri ydr nyt oc ávöxtr. Og ef þer ſkulut ydvart

mál

---

tia colunt, qvamvis gravia reputentur. Nullis autem in rebus majores credo defectus iſtic obtinere, qvam in libidinibus & mulieroſitate, qvas, qvam ſtricte ipſius Dei ore prohibitæ ſint, non opus eſt vobis explanare. Vos autem ſummi optimates hæc (Dei præcepta) ignominioſe neglexiſtis, vitam brutorum vivitis, nec conjugium, nec ſanctum illud vinculum curantes, qvod reſcindi non poteſt, niſi uxor mœchata fuerit, & hoc tamen unico illo pacto, ut uterqve, dum ambo ſuperſtites ſunt, a libidinibus abſtineant, qvi cohabitavere. Cum igitur principes talium nefandorum ſibi conſcii ſint, & ideo vulgus caſtigare non audeant, eo eſt perventum, ut unius cujusqve, tam magnatum qvam vulgi mores eodem recidant. Eadem de ſacerdotibus, qvoad horum violentiam & armorum geſtationem, ratio eſt, eorum mores ab aliorum, bene ſcilicet moratorum vita longe diverſi ſunt. Dei igitur cauſa illud veſtrum bonum ne renuatis, ut veſtris diebus (*incolarum*) morum emendatio fieri qveat. Beatus eſt qvi tantum operæ ſuæ fructum ſciverit, (qvanto vos in præſentia ſtudio incumbitis, ac ſi labores illos veſtros æternos eſſe reputetis) ut veſtris diebus voluntas dei magis qvam hucuſqve factum eſt, perficiatur, ſalus tunc in plurimos redundabit, qvi exin ad meliorem frugem pervenerint, & veſtrum erit, ubi viam (deſerueritis) perverſam, emolumentum & fructus. Si veſtram aut aliorum cauſam ad meliorem, qvam huc uſqve fuit, frugem redigere cupiatis, vos ipſos primum caſtigare,

& Epi-

mál eda annara til betri hlutar flytia, enn her til hefr verit, þá munut þer fyrst verda at hirta siálfa ydr, oc styrk at veita biskupum ydrum til hegningar undir lýdni, oc giöra nockra skipan á, at sektir se settar til biskupa soknar um kristnispell, þá hefer hann handfestning til hegningar. Enn þó at þer megut ei af ydr í fyrstu geta þann stirkleik athæfis ydvars, er þurft ydvari gegndi, þa egit þer minni ábyrgd at svara fyri eina ydr, helldrenn bædi fyri ydr oc alla adra þá er af ydvari vanrækt fyrifarast, því at þer erut skylldugir til at draga menn frá óradi, þar sem ydr hefer gud forsiána gefit oc velldi. Nú stirkit þer rád biskupa, oc setit so fyrnsku ydar, at ei takit þer vid hiálpradi er þer vitod siálfir, Gizor oc Jón, at engi er fyri því at helldr nýmæli, er her þycki nýtt at heyra, er meir hefer ríkt siálfrædi enn sannindi. Nú giörit nockra þá skipan á móti fiandans velldi, med því áliti sem gud mun tilsetia med yckr, oc biskupa ásýn, at gud skipi ydr til þeirra hluta, er bædi megi adrer ydvarra hiálpa nióta, oc so siálfir, á þeirri tíd er allt reynist at hegóma, nema þat eitt er gudi er þicnat. Valete.

Lit. F.

(f) Eyrikr Erkibiskup sendir qvediu, Þórláki biskupi, lærdum mönnum oc ólærdum, oc allri alþýdu á Islandi, guds oc sina. Rit Þórláks

biskups

* & Episcopis vestris ad castigationem in obedientiam opem ferre; atqve statutum, de religionis christianæ læsæ actione Episcopis (competente) sancire oportebit, tum in manibus habet castigationem. Sed qvamvis tantam initio morum firmitatem non monstretis, qvanta opus esset, minori tamen periculo de vobis duntaxat reddi potest ratio, qvam & de vobis, & de omnibus aliis, qvi vestræ ergo socordiæ pereunt, alios etenim a vita dissoluta deterrere debetis, cum (in eos) tutelam & potestatem Deus vobis concesserit. Fertote igitur opem Episcopis, & ita antiqvi temperate tenacitatem, ut salutare consilium recipiatis, qvod, vos Jona & Gissure ipsi probe nostis, nullam ideo esse novitatem, qvod istic auditu novum fuerit, ubi licentia veritati prævaluit. Jam ergo contra potentiam inimici, secundum rationem qvam Deus vobis conferet, & Episcoporum consilium, statutum qvoddam sancitote, ut Deus vobis iis adhibeat rebus, qvibus & alii vestra fruantur ope, & vos ipsi, illo tempore, qvo omnia vana esse deprehendentur alia; qvam qvæ Deo præstita sunt. Valete.

(f) *Id est:* Ericus Archiepiscopus Thorlaco episcopo, clericis & laïcis, & toti Islandiæ universitati salutem Dei & suam mittit. Literæ Thorlaci Episcopi, gratis cum verbis,

tam

biſkups kom til mín med þeckiligum ordum, bædi af guds álſu oc ſo ydvarri. Kvedſt hann med voru rádi hafa flutt guds bodord fyri ydr, oc qvedſt ydr hafa vegliga undir tekit, oc ſegir ávæni, at guds ord oc dýrd muni fremd taka af vorum tilmála, oc hans framburd, oc ydvarri hlýdni oc gódvilia, oc vili gud at ſo ſe, fyri því at þat má alla oſs draga til eylíf-ra fagnada, oc unni gud oſs þeirrar giptu, at vor áhyggia oc embætti megi med ydr nockra nyt vinna, hvorumtveggia til ſáluþurfta. Enn ef nockrer varda vor bodord, edr hanns, fyri því at helldr til nýmæl, at forn oc onýt ſidvenia hvör er her til hefir þeim affkeidis hrundit, oc hafa menn ei þá vidtöku veitta, ne gæſlu, ſem verdugt væri, þá felli menn þat úr ſkapi ſer, oc ſe hvat er ſatt er. og engi mundi vid kriſtni tekit hafa her ne í ödrum ſtad, ef engi ſkyldi vit þa óſidu ſkiliaſt, er fyrnſka hellt er forelldar fágudu. Enn þó at ydr-þycki nýmæli, því at hugar herda oc ódiarſt (*forte* ofdiarſt) ſiálfrædi hefer her móti gengit vidtöku þeſſara bodorda, þá mælum ver þó oc ſo hann þat eitt vit ydr, er vorir landar hallda, oc láta ſer vel líka, oc eigum ver undir einum lögum gudz at búa, oc þau ein bodord höfum ver hönum á hendr fólgit, fram at bera, í hlýdni vid gud, oc í ábyrgd vígſlu ſinnar vid oſs, gæti hann til ef hann vill, er jafnalldra eru vit kriſtina menn, oc ſídan hafa gengit, at kriſtni hófſt

---

tam a Deo, qvam vobis ad me pervenere, in qvibus ille meo ex conſilio præcepta divina vobis ſe promulgaſſe refert, qvibus vos apprime reſpondiſſe, & verbum dei (ejusqve) gloriam, noſtris monitis, ejus elocutione, & veſtra obtemperatione & benevolentia promotum iri, ſpem eſſe aſſerit, qvod ut ita obtineat, faxit Deus, cum id omnibus nobis æternum allaturum ſit gaudium, qvam nobis o! Deus concede felicitatem, ut noſtra cura & officium vobiſcum, in utriusqve noſtrum ſalutem fructum ferant. Aſt ſiqvis noſtra vel illius præcepta ideo aſpernatus fuerit, qvod nova ſint, & antiqva ac noxia conſvetudo huc uſqve ſeduxerit, ita ut hæc ex condigno non acceptarint, nec obſervarint, mente illud excidat, *qvæſo*, & veritas *firma* remaneat; nemo etenim, nec hic, nec ullibi alias religionem chriſtianam amplexus fuiſſet, ſi nemo cacoëthes qvod antiqvitas admirabatur & majores colebant, reliqviſſet. Qvamvis autem (*hæc noſtra*), eo qvod durities animi & temeraria licentia horum præceptorum acceptationi obluctatæ fuerunt, nova vobis videantur, nos tamen & ille nihil aliud vobis annunciamus, qvam qvod noſtrates obſervant & approbant, cum ſub communibus Dei legibus (*utrisqve*) nobis vivendum ſit, & iſta tantum præcepta illi (*Thorlaco Epiſcopo*) ſub obedientia Deo debita, & ordinationis ſuæ diſpendio a nobis infligendo, promulganda commendaverimus. Hæc ille (*præcepta*) ſi (*ſalutem ſuam*) diſcupierit, obſervato, ſunt enim chriſtiano nomini æqvalia, & inde ab illo tempore obſervata

hófst medal allra bestu manna med öllum kristnum þiódum. enda munu ei hiner bestu menn hellst hendi vitdrepa þeim bodordum oc siálfra sinna þurftum. Því at því einu midlom ver med ydr, er pápinn hefr til af heilagra manna setningum tekit, enn ver af hönum, oc vildum ver at þau tæki med ydr eylífa nyt oc gæslu, enn ei þriggia vetra einnra, sem ek spyr at sumir færi í ord oc ætlan, oc er betr fallit, at so sem þer vilit eylífa hiälp eftir taka, so setid þer oc eylífa gæslu bodordunum, oc eylífa sætt afbrigdunum, eftir þeirri midlan er biskup leggr til med ydr. Enn gud gefi honum þá áhlýdni oc framkvæmd, at hvörum tveggia gegni best.

Lit. G.

(g) Eyrikr Erkibiskup sendir qvediu Brandi biskupi, og Þórláki biskupi, Jóni Loptssyni, oc öllum ödrum höfdingium, búendum oc búþegnum, oc allri alþýdu á Islandi, guds oc sína. Land vort hefer undir bardaga legit miklum um hrídir, oc vitum ver vor völld til þess vera, enn ei guds vilia, at hann mundi oss naudsynialaust beria, ef ei gengi sakir til. Enn þá er ver biskupar höfum fund vorn haft, oc höfum eftir sökum fregit, þá höfum ver þat fundit í, at hvörrirtveggio ero ei med

 öllu

observata fuere, a qvo religio christiana inter omnium gentium christianarum viros optimos obtinuit; sed his certe præceptis, & propriæ suæ saluti, viri optimi haudqvaqvam obluctantur. Hoc enim duntaxat vobis tradimus, qvod Papa e decretis sanctorum desumsit, sed nos ab eo accepimus, qvod ut æternam vobiscum observationem & fructum obtineat vovemus, non autem trium tantummodo hyemum, ut qvosdam præsumere & eloqvi certior factus sum; Ast magis est consentaneum, ut cum æternam exinde salutem desideretis, æternam qvoqve præceptis obedientiam, & æternam, ex Episcopi præscripto, delictorum expiationem præstetis. Deus illi (Episcopo) dexteritatem & successum, utrisqve maxime proficuos donet.

(g) *Id est:* Ericus Archiepiscopus Brando Episcopo, & Thorlaco Episcopo, Jonæ Lopti filio, & omnibus aliis magnatibus, incolis & colonis, & omni Islandiæ universitati salutem Dei & suam mittit. Terra nostra aliqvantisper admodum afflicta fuit, cujus rei nos maxime in causa esse novimus, non autem Dei voluntatem, cum absqve necessitate & reatu nos minime afflixerit. Cum autem nos Episcopi synodum habebamus, & causam sciscitabamur, neutros, nec clericos, nec laïcos penitus insontes reperimus, alios qvidem temeraria in Deum audacia, alios vero silentio & negligentia curæ, qvæ clericis cæterorum est gerenda. Cum autem laïcorum permulti magis ignorantia causarum excommunicationis in gravia prolapsi sint delicta, qvam malo, si peri-

öllu ſaklauſir, lærdir oc ólærdir, adrer med ónýtri diörfúng á móti gudi, enn adrir med þögn oc órægd þeirrar gæſlu, er lærdum mönnum hefer á fólki at hafa. Og med því at fiölldi ólærdra manna qvazſt meir med óvitsku í ſtórmæli hafa fallit um banns mál, helldr enn med illvilia, ef þeir hefdu vitat á ſínom málum ábyrgd; þá fyre þat færdum ver þat í lýſingar, er ver ſáum meſta misferd á, oc gudi er meſtr óſómi í, oc letum bann eftir fara, V. biſkupar ſaman, oc ábótar, oc fiölldi kennimanna; oc ſtendr þat bann ſo vída, ſem vort er ríki, yfir öllum þeim ſem til þeſs gera. Nú er þat eitt mál ef menn brióta kyrkio frid, hvört er þeir taka helgat edr óhelgat, oc grand veita manni innan kyrkio eda kyrkiugards med heiptugri hendi, edr konur taka naudgar, edr vinna menn á líkama lærds manns, edr múnks, ſem á ſkránni er, at ver höfum út híngat ſendt, oc um allt vort land innan fyrir. Enn oſs minnir at ver höfum ſendt út híngat ſkrá nockura um varnat lærdra manna, oc hógværi þá, er þeim biriar at hafa vit fólk, oc vilium ver enn vora nad ábreida, oc þat látum ver fylgia, at þeir menn, er í guds þiónuſtu hafa bundit ſig, oc ſubdiákn er at vígſlu, edr hærri, taki ei fóknar mál á hendr ſer, þau er med kappi oc vopnum verdr fram at hallda. Enn ef vardar ſkylldumanni lærds manns, edr fátækum manni, þá giöri kauplauſt at veita fullting til rettz, enn hvörgi um fram, oc ſiá þar til umbuna at gud er. Enn metord þat þer kallit ſýſlu út her, þá ſýniſt oſs eì ſiarri vera, ſem greinaſkattr (*rectius* greiuaſkattr) á út-

ſi periculum præſciviſſent, peccandi propoſito, tum qvinqve ſimul Epiſcopi, & Abbates, & permulti ſacerdotes, ea in qvibus maximos defectus, & in Deum minime decentia, deprehendimus, promulgabamus, & excommunicationem infligebamus, qvæ excommunicatio, tam late ac noſtrum patet imperium, omnes premit adverſus facientes. Harum cauſarum una eſt violatio aſyli templorum, ſive inde res ſacræ, ſive profanæ auferantur, ſive qvis in templo vel intra cœmeterium animo nocendi lædatur, aut etiam raptus fœminarum, aut læſio corporis clerici vel monachi, ita ut ſcriptum habet, qvod peregre iſtorſum, & per totam noſtram provinciam, miſimus. Meminimus & nos ſcriptum olim de obſervatione clericorum, & moderatione, qva illi cæteros proſeqvi debent, peregre iſtorſum miſiſſe, ſed adhuc noſtram adhibere volumus gratiam, cui addimus, viros officio divino obſtrictos, & gradu ordinationis ſubdiaconi, vel altiore præditos, actiones vi violenta vel armis perſeqvendas ſuſcipere non debere. Si autem actio fuerit neceſſarii cujusdam iſtius clerici, vel hominis inopis, auxilium ad juſtum, nec amplius, (clericus) ferat, & a Deo (ſolum) retributionem exſpectet. De dignitate vero, qvam *ſýſla* iſtic appellatis, qvæ nobis haud diſſimilis videtur Comitivæ in exteris, & Præfecturæ hic apud noſtrates. Cum igitur ſecularium

á útlöndum, edr lends manns rettr med ofs. Og med því ei má bædi þióna fenn veralldar ívafan, oc rettiliga kennimanns nafn bera, oc þá fkyldu inna, er kennimenn ega vit gud at hafa, þá er þat aftekit at hinn fami madr fe yferfóknarmadr oc kennimadr, oc fyribiódum ver bifcupum at vígia þá menn er godord hafa, nema þeir feli upp þat nafn, þángat fem fallit þykir, oc gánga frelftir frá ívafan til gudz embættis oc til vígflutoku.

Lit. H.

(h) Þórer Erkibifcop fendir hörmúngar ord oc heilrædi; Arnori Tummafyni, Sigurdi Ormsfyni, Þórvalldi Giffursfyni, Jóni Sigmundarfyni, Halli Kleppjárnsfyni, Þórvalldi Snorrafyni, Sighvati og Snorra Sturlufonum. Sannliga þykir ofs at byria bref vort oc eyrindi af hörmúng oc heilrædum, því at fo fem ver egom at fagna ydrum fagnadi, fo eigum ver at ófagna ydrum ófagnadi: því at fýfla vor og Petr Poftuli fkipa ofs at fagna þeirra fagnadi er fögnud giöra gudi, enn gráta hina er vid hann gremiaft. Enn eftir guds ordum fiálfs, þá gremft fá vid gud, er vid hans eyrindsreka gremiaft, þat er bifkupa oc prefta. Hann fegir fínum poftulum: hvor ydr hlýdir hann hlýdir mer, enn hvor ydr er óhlýdinn, hann er mer óhlýdinn.

---

rium negotiorum cura & nominis facerdotalis recta ac facerdotum in Deum debiti officii obfervatio, fimul effe neqveant, abrogatum eft, eundem effe & prætorem & facerdotem. Prohibemus qvoqve Epifcopis, homines præturam habentes ordinare, nifi dignitatem illam, cui libitum foret, antea tradant, & ita a curis (*fecularibus*) liberi officium & minifterium divinum adeant.

(h) *Id eft:* Thorerus Archiepifcopus mittit triftitiæ verba & confilia Arnoro Tumæ filio, Sigurdo Ormi filio, Thorvaldo Giffuri filio, Jonæ Sigmundi filio, Hallo Klepjarni filio, Thorvalldo Snorronis filio, Sighvato & Snorroni Sturlæ filiis. Confentaneum nobis videtur, epiftolam, mandataqve noftra a triftitia & confiliis ordiri, nam ficut veftra lætitia nos exhilarat, ita etiam veftra triftitia nos contriftat. Officium enim noftrum & Petrus Apoftolus, ex eorum lætitia, qvi Deo lætitiam faciunt, lætitiam capere nobis injungunt, eos autem deplorare & iis irafci, qvi Deo irafcuntur. Sed fecundum ipfius Dei verba, is Deo irafcitur, qvi ipfius legatis, epifcopis fcilicet & paftoribus, irafcitur. Ipfe Apoftolis dixit: qvi vobis obedit, obedit mihi, qvi vobis refiftit, refiftit mihi, qvi vos contemnit, contemnit me. Hæc verba ad nos pertinent, nam noftri fuerunt patres, nos autem eorum fumus filii, ut ait Propheta. Eandem docemus doctrinam, qvam illi docuerunt, certis fubfeqventibus præmiis, fi fideliter

instamus,

óhlýdinn. hvor ydr fyrilítr, hann fyrilítr mig. Sömu ord taka til vor, af því þeir vóru vorir fedr, enn ver þeirra fynir, fem próphetinn fegir. Þá kenning kennum ver, er þeir letu ofs, med fonnum umbunum ef ver flytium vel, med fönnum giölldum ef ver flytium illa. Hálcitr er vor vandi ef ver þegium, edr heftum ei glæpa þeirra er giör vitum. Þá er týnd fála hins fynduga, enn gud heimtir hana af ofs, oc er ólíkr koftr, at falla í nockra grimd vid mennina, hve máttugir edr grimmir þeir eru, helldr enn hedan fpyrft hörmuligr grimmleikr oc fáṭidr, gudi oc öllum guds lögum gagnftædiligr, er Gudmundi bifcupi er veittr, ef fo er vöxtr fem margir fegia, at ólærdir menn hafi hann fordæmdann, þar fem engir ega dóm á hönum, nema Páfinn, oc ver af Páfa hendi, oc nú fettr af fínu bifkups ríki, drepnir af hönum nockrir menn oc preftar. Enn þenna vanda á engi at leyfa, nema Páve fiálfr. adrir oc í móti teknir. Nú er fo komit, at þeffi mein verda alldrei flökt med ordfendingum. Vær hofum þefs freiftat, enn hafa yfirbætur freftaft, oc velldr því vanfi trúar, ofkapp, oc þrályndi þeirra er í illu þrályndaft, enn þá er ver leitum vid þetta at ranfaka, hvadan þeffar fakir rífa, edr hvorier med kappi leita vid, helldr at næra þeffi mein enn flöckva, þá vífa fumir fokum í einn ftad, fumir í annan, oc fiáum ver ecki annat heillt í þeffu máli, enn bifkup fæki á vorn fund, oc þeir med hönum er her ero ánefndir. Þat biódum ver oc ydr í hlýdni vid

---

inftamus, & certis pœnis, fi male rem gerimus, magnum eft noftrum periculum fi tacemus, aut non ea arguimus fcelera, qvæ nobis innotefcunt, tunc enim perditur anima peccantis, qvam Deus a nobis pofcet. Qvam multo fatius eft hominum odium incurrere, qvamvis fint potentes & crudeles. De vobis rara & deteftanda, Deo & omni divino juri contraria, in Gudmundum Epifcopum commiffa crudelitas fertur, modo vera fint, qvæ multi loqvuntur, fcilicet, qvod laïci ipfum condemnaverint, & ab imperio epifcopali fufpenderint, qvosdamqve ejus affeclas & facerdotes occiderint, cum nullius jurisdictioni, nifi Pontificis Romani, & ejus loco, noftræ fubjectus fit, qvod piaculum nemo, præter folum Papam, condonare poteft. In tantum itaqve veftra excreverunt pericula, ut internunciis & epiftolis tolli minime poffe videantur. Id enim fæpius, fed fruftra tentavimus; nulla autem fecuta eft pœnitentia, cujus caufa eft, defectus fidei, temeritas & contumacia eorum, qvi in malis confenuerunt. Cum enim unde hæc mala proveniant, & qvinam ea temere potius augere qvam exftirpare conarentur, expifcari vellemus, ille hæc, hic illa cauffatur. Qvapropter hujus mali optimum putamus remedium, ut Epifcopus & reliqvi, qvos nominavimus, coram nobis compareant, id qvod nos vobis, fub Dei obedientia, in commodum ecclefiæ, animarum veftrarum falutem, & univerfi populi emolumentum mandamus, ut

vid gud, heilagri kristni til frelsis, sálum ydar til lausnar, oc öllum lands lýd til þurftar, at þeir sæki ad sumri á vorn fund. Enn ver skulum alla stund kapp á leggia, at ósátt falli, sátt rísi, sálir hiálpist, og lángr fridr halldist í landi þessu. Til lángra meina mun standa, eftir því sem gud kennir oss, ef þetta rád er fyrilitit. Enn þer Arnór, oc þeim ödrum er þú hefer yfir guds eign oc biskups stól setta, þá bíódum ver þeim fastliga af guds álfu, í hlýdni, at fá hönum so mikit af stadarins fe, sem hann megi sæmiliga utanfara, so hverki kenni hann hneysu í utanferd edr aptrhvarfi. Enn ef þer afrækit þetta vort bod, þá eykst ydar vandi margfalldliga.

Lit. I.

(i) Vilhiálmr Sabinensis (med gudz miskunn) biskup legatus oc cardinali páualigs sætis (valldz). sendir aullum maunnum þeim sem þetta bref siá edr heyra í noregs kóngs ríki. heilsu oc hamingiu í nafni Jesu christi. þá er vier skildum oc sáum opinberligar nauder oc naudsyniar fólksins í noregi. þá iátudum vier oc leyfdum eftir bænar stad gausugs herra hákonar kóngs oc annara gódra manna. þessa hluti. Sílld skal taka í leyfe

---

ut proxima æstate vos nobis sistatis. Nos autem ut discordia exstirpetur, concordia coalescat, animæ salventur, & longa pax in regione vestra stabiliatur, bono cum Dei auxilio, serio fore allaboraturos sancte promittimus. Magnum certe malum patria vestra erit expertura, si consilium hoc contemptui habebitur. Tibi autem Arnore, iisqve qvibus Dei peculium & sedem episcopalem commisisti, Dei nomine, & sub obedientia, severe mandamus, ut Episcopo ex sedis episcopalis proventibus tantum pecuniæ tradas & numeres, qvantum, ad citro retroqve decenter commeandum opus habet, qvod nostrum mandatum si contemnetis, vestrum periculum multum augebitur.

(i) *Id est:* Vilhelmus Sabinensis, (Dei gratia) Episcopus, Legatus & Cardinalis sedis (imperii) Pontificiæ, omnibus in regno Norvegiæ has literas visuris & audituris salutem & felicitatem in nomine Jesu Christi mittit. Cum publicam miseriam & necessitatem populi Norvegiæ vidimus & perspeximus, rogatu nobilis Domini Haqvini Regis & aliorum bonorum virorum seqventia approbavimus & permisimus: Halec, sive festis, sive profestis diebus occasio fit, licite capiatur. Fœnum, frumentum & omnis generis fruges cogente necessitate, qvalicunqve itidem die recondetur, episcopus vero necessi-

í leyfe hvort sem hún geingr at á helgum daugum edr sýknum. Heyi oc korni oc alzkonar sáde skal biarga med sama hætti hvat degi sem er ef naudsyn krefr. en biskup skal naudsyniar miskunsamliga meta. svo oc ef nockr kirkia verþr persónu laus edr fie (prestz) laus. Þá skal biskup ei taka skylldr hennar edr tíunder, edr aunnr saung til sín snúa. oc þad fyrirbióðum vier hverium manni. Enn rádz mann oc ræktar skal hann fyrir setia. þann er gæti oc geyme trúliga þeim til handa er til kann at koma, edr siálfri kirkiunne til handa. Hinn fiórda hlut tíundar sem kirkiunne er einkadr (einkannadr) þá skal fyrer henni hvergi skerda. hvorki til veitzlu upphalldz sier edr annara hluta. hvat sem hier til hefer verit. Eingi biskup skal ok dirfa sik þess. at leggia undir sik edr sinn stað ódul edr eigner kirknanna (edr þat frá annari til annarar). oc þar sem þat kann gioratzt edr hefir giort verit. þá skolo eigner kirknanna til þeirra aptr gánga. oc þat allt uppgialldazt er þar hefer verit af tekit. fyrir utan þat er biskup hefer tillagt húsa umbóta eignarinnar (hennar umbóta eignernar. oc þó med því móti hann siái henni adra nytsamliga hluti). Kann oc kirkia nidr at falla, þá skulu eignir þær er kirkian átti leggiazt til þeirra kirkna sem næstar eru oc fátækaztar at upphalldiz eftir biskups ráþe oc annara gódra manna. Enn alla þessa hluti skipudum vier af því valldi sem gud oc (vor) herra Páfvinn gaf oss. oc viliom vier oc bióðum at hver madr hafe oc hallde alla

---

necessitatem clementer censeat. Si & templum persona vel pecunia (sacerdote) orbetur, ejus reditus vel decimas episcopus ne depeculetur, aut alia ejus bona sibi vindicet, qvod cuicunqve etiam prohibemus; Dispensatorem vero & curatorem (*episcopus*) ei præficiat, qvi omnes accessiones illis vel templo cedendas fideliter conservet & custodiat; qvarta vero decimarum pars templo specialiter dicata, nullo modo imminuetur, neqve in hospitalitatis sibi (*episcopo*) præstandæ, nec aliarum rerum gratiam, qvicqvid huc usqve (*hac de re*) obtinuerit. Nullus præterea episcopus præbendas, prædia vel bona ecclesiarum sibi vindicare (vel ab una ad aliam transferre) sustineat, qvod si alicubi obtineat, aut obtinuerit, bona ecclesiarum iis postliminio reddantur, & omnia qvæ inde demta sunt, rependantur, exceptis iis qvæ episcopus erogavit in prædiorum ejus ædificia reparanda (prædia templi in meliorem statum redigenda, & hoc eo solummodo pacto, ut de aliis ei rebus utilibus prospiciat). Si & templum intercidat, ejus bona templis proximis & maxime egenis in sustentationem, ex episcopi & aliorum bonorum virorum consilio, cedant. Hæc autem omnia potestate a Deo & domino (nostro) Papa nobis concessa mandavimus, qvæ cuncta, ut omnes & singuli per ævum & ætatem stricte observent, volumus & præcipimus, si qvis autem contra facere audeat, veræ inobedientiæ in Dominum Papam (Deum) & nos.

alla þeſſa hluti eftir vorri ſkipan um alldr oc æfi obrigdiliga. Enn ſá ſem dirfizt þeſſu í móti at gánga þá er ſannliga í óhlýdni vit herra páfvann (gud) oc oſs. Þetta brief var giort oc gefit í biörguín níu (elleſu) nóttum fyrir (epter) Egidius (meſſu) á fimta áre páfvadóms vors herra páfans Innocencii qvarti.

Lit. K.

(k) Innocencius Páfvi þión þióna gudz ſendir virduligum brædrum ſínum Sygurdi nidaróſs erchibiſkupi oc aullum hanns lýdbiſcupum. qvediu gudz oc ſína poſtuliga blezan. Almáttigr gud heims oc himins herra hefer oſs med ſinni heilagri forſió um fram verdleika vora lien ſitt í hendr feingit hier á iardríki. oc ſkipat oſs yfer allan lýd kriſtinna manna. Enn vor virduligr bróder Vilhiálmr Sabinenſis biſkup legatus páfaligs ſætis. er vier ſendum til ydar. þá vard hann þeſs vís epter því ſem kiært var fyrer honom. at allr lýdr í noregs kóngs ríke hafdi optliga naud oc ſkylldu af því. at laugbók þeirra býdr ſvo freckliga at hallda helga daga. at eingi ſkyldi líkn edr lina. hvat naudſyn er á hendr kunne koma. oc reynde hann oc ſá á ſiálfr. þá er hann var í ydru landi ſtaddr. Enn af því at allr

 lýdr

nos (*crimen incurrit*). Literæ hæ datæ ſunt Bergis novem (undecim) noctibus ante (poſt) feſtum Egidii, anno qvinto pontificatus Domini noſtri Papæ Innocentii Qvarti.

Præcedens Conſtitutio hic exhibetur ex Codice membraneo Collectionis Magnæanæ in Bibliotheca Univerſitatis Havnienſis ſub No. 138. in Qvarto, collata cum alia Membrana ſub No. 186, ſed variantes ex hac lectiones circinis includuntur. Confirmatio mox ſeqvens ſub Lit. K. *ex eodem Codice No. 138. exſcripta eſt, qvi Codex exeunte ſeculo decimo qvarto ſcriptus eſſe videtur.*

(k) *Id eſt:* Innocentius Papa ſervus ſervorum Dei, reverendis ſuis fratribus Sigurdo Nidaroſienſi Archiepiſcopo, & omnibus ejus Suffraganeis, ſalutem Dei & ſuam, & Apoſtolicam benedictionem mittit. Omnipotens Deus cæli & ſoli Dominus, ſancta ſua providentia, præter noſtrum meritum, ſuum hic in terra imperium nobis commiſit, & nos omni chriſtianorum univerſitati præfecit. Sed venerandus noſter frater Vilhelmus Sabinenſis Epiſcopus, Legatus ſedis Pontificiæ, qvem ad vos miſimus, ſecundum id qvod (*multi*) coram illo qverebantur, reſcivit, omnem Norvegiæ Regis ditionem ſæpe miſeria & neceſſitate premi, eoqvod Codex legum illorum obſervationem dierum feſtorum tam ſtricte injungat, ut nulla, qvantacunqve acciderit neceſſitas, mitigatio vel relaxatio obtineret, qvod & ipſe, dum in veſtra præſens erat provincia, expertus

lýdr bad hann at hann ſkylldi nockura líkn edr lauſn á giora um heilagra daga halld. þá leyfdi hann oc ſtadfeſti med ydar ſamþyckt. at ef virka daga má ei vinna fyrir ſaker vedráttu vondrar. þá ſkyldu menn í gudz leyfi oc heilagrar kirkiu ſílld at taka. heyi ſínu hiálpa oc korni. oc audrum búſaungum. oc aullu aldini á helgum daugum ſektalauſt. þó at laug oc landzins vane hafi hier til í móti ſtadit. hann giordi oc naudſynliga ſkipan oc hagliga. bædi um kirkiu tíunder oc hennar eigner. rentr oc ſkylldr. bíódandi oc enn fyrerbíódandi af páfvaligu valldi er vier feingum haunum. at ſkipa þat er lýdnum væri gagn í. bíódandi rettinde. enn fyrerbíódande ránginde. þau er hann fann í landinu. eftir því ſem hans bref þar um gior votta. er hann giordi oc gaf allri þióđ til þurfta oc hugganar. Oc nú med því at vier viliurn oc eigum at vorkynna. oc verduliga líkn at veita. naudum oc naudſynium allra kriſtinna manna. oc ſkipa med faudurligri áſtſemd. at ſkadalaus ſie hvervetna heilog kirkia oc hennar rettr óſkaddr. þá ſtirkium vier med faudrligri áſtſemd oc páfvaligu vallde allt þat ſem hann giordi oc gaf. lofadi oc leyfdi ſkylldugum. oc ſkynſamligum. oc ſtadfeſtum med þeſſu voru brefi alla þá hlute óbrigduliga. Enn um heilagra daga leyfi giorum vier þeſſa grein. at þat leyfi ſkal hafa oc hallda ſem naudſyn ſtendr til. oc nytſemd er í. oc þó hinar ſtærſtu hátíder undanteknar. Enn nú fyrerbíódum vier at brióta þetta hanns leyfi

expertus eſt & vidit. Cum autem totus eum populus, ut obſervationis dierum feſtorum mitigationem vel remiſſionem ſanciret, rogavit, tum veſtro conſenſu permiſit & ſanxit, ut ſi profeſtis diebus propter injuriam aëris laboribus vacare non ſit poſſibile, venia Dei & ſanctæ eccleſiæ halec capere, fœnum & frumentum, & vitæ neceſſaria, ac omnes fruges, impune diebus feſtis, conſervare, licitum fore, qvamvis leges & conſvetudo terræ hucuſqve obſuerint. Neceſſariam qvoqve & utilem tam de templorum decimis, qvam eorum poſſeſſionibus, reditibus & acceſſionibus, ex poteſtate Pontificia, qvam illi, ut qvod populo utile eſſet ordinaret, conceſſimus, diſpoſitionem præcipiens & prohibens ſancivit, juſtitiam præcipiens, at injuſtitiam prohibens, qvam in terra deprehendit, ut Conſtitutio ejus, qvam in totius populi indigentiam (ſublevandam) & ſolatium tulit & ſanxit, fuſius teſtatur. Cum itaqve miſeriæ & indigentiæ hominum chriſtianorum miſereri, & convenientem concedere mitigationem, atqve amore paterno ita ordinare nos deceat, ut ſancta eccleſia ejusqve jus illæſum conſervetur, tum amore paterno, & poteſtate Pontificia, omnia qvæ juſte & rationabiliter ſanxit, dedit, permiſit & conceſſit, ſtabilimus, & hac noſtra bulla in omnibus irrefragabiliter confirmamus. Sed de feſtorum dierum indulgentia hunc præcipi-

leyfi oc ſkipan. edr í móti at ſtanda voru ſtadfeſtingar brefi med ofmikilli ofdirfd. En ef nockr dirfiz þetta at giora med ſínu offvæſe oc ofbelldi. þá vite hann víſt at hann ſkal ſtórmælum ſæta oc gudz reide. oc hins heilaga petrs oc páls. oc allra gudz heilagra manna á ſik taka. Þetta bref var giort oc gefit í leons borg. mariumeſſu aptan hinn ſídara. á ſiauunda áre vors páfvadóms.

---

præcipimus articulum, eam tantum indulgentiam concedi, qvam neceſſitas urget & qvæ utilitatem adfert, exceptis tamen feſtis ſummæ ſanctitatis. Præterea hanc ejus indulgentiam & conſtitutionem violare, aut nimia temeritate noſtræ huic Confirmationi reſiſtere, prohibemus; Qvod ſi qvis temere vel violenter facere ſuſtinuerit, graves certe pœnas incurret, & Dei & ſancti Petri & Pauli, & omnium Dei Sanctorum iram in ſe excitabit. Datæ ſunt hæ literæ & conſcriptæ in Caſtro Leontino pridie feſtum beatæ Virginis poſterius, anno pontificatus noſtri ſeptimo.



SECTIO III.

De Epiſcopis Skalholtenſibus.

Cap. I.

De Isleifo, primo totius Islandiæ Epiſcopo.

§. I.

Islandi a recepto chriſtianiſmo, ultra qvinqvaginta annos propriis & genuinis epiſcopis caruere. Hac igitur tempeſtate, unoqvoqve, qvod ipſi placebat, faciente, prudentiores, ne recens & nuper plantata religio chriſtiana penitus exſcinderetur, barbaries vero & gentiliſmus denuo introducerentur, non ſine cauſa timentes, Isleifo Giſſuri filio Islandorum tum temporis generis nobilitate, vitæ integritate, & eruditione facile primo, epiſcopalem dignitatem obtulerunt, ipſumqve unanimi conſenſu ad id muneris electum, ut Romani Pontificis conſenſum acqviſiturus & epiſcopalem conſecrationem accepturus, ad exteros abiret, exorarunt (a).

§. 2.

(a) Patrem habuit Giſſurum, cognomento Album, cujus ſupra ſæpius non ſine encomio mentio facta eſt; Avum vero paternum Teitum Ketilbiörni filium, qvi primus villam Skalholtenſem ædificavit, locumqve ex vili ſtabulo & mapaliis, in nobile prædium transmutavit. Uxorem habuit Teitus Olufam Bodvari filiam. Bodvarus vero fuit frater Erici, patris Aſtridæ, matris Olai Tryggvini, celeberrimi Norvegiæ Regis. Conf. *Landnama* pag. 175. Mater vero Ketilbiörni fuit Aiſa Haconis Griótgardini, celebris in Norvegia qvondam Comitis filia. Mater vero Isleifi fuit ſoror Skapti Nomophylacis, qvi inter ſuos majores Kiarvalum Hiberniæ Regulum numerabat, (ibidem pag. 172.) unde ex nobiliſſimo ſtemmate Iſleifum oriundum fuiſſe ſat ſuperqve conſtat. Qva corporis animiqve dotes, fertur fuiſſe formoſus, decens, facundus, juſtus, pius, largus, licet nunqvam eſſet pecunioſus. Hinc Jonas Ögmundi, Holenſis Epiſcopus, qvotiescunqve ejus mentionem fecit, aut ab aliis factam audivit, dicere ſolebat: *Isleifus omnium hominum formoſiſſimus, facundiſſimus, optimusqve eſt.* Regerente vero qvodam neminem jam Iſleifi mentionem feciſſe, reſpondebat: *Ejus ſemper inter optimos mentio facienda eſt.* Conferantur *Hungurvaka* & *Vita Jonæ Ogmundini.*

§. 2.

Hunc, cui Anno 1006. naſci contigerat, pater, qvam primum per ætatem licuit, ſecum (a) ad exteros abduxit, & piæ cuidam Abbatiſſæ Erfordiæ in Saxonia, vel Weſtphalia potius, educandum & erudiendum tradidit. Hic diu bonis literis & artibus ſedulo operam navans, patriam non prius, qvam adultus & ſacerdotio initiatus reviſit. Uxore deinde ducta, Skalholtum, prædium paternum, inhabitavit, ibiqve ſchola qvalicunqve aperta, non paucos optimatum filios erudiendos accepit, qvorum poſtea multi viri piiſſimi & patriæ utiles evaſerunt. Duo autem, *Kolus* Osloënſis in Norvegia (b), & *Jonas Ogmundi* Holenſis in Islandia Epiſcopi olim facti ſunt.

§. 3.

Qvinqvageſimum annum cum ageret, communibus populariumſuffragiis totius Islandiæ Epiſcopus eligitur. Horum deſideriis licet primo obniteretur, probe cernens, qvantum laborem, moleſtiam & curam venerabile hocce officium ſecum ferret, qvamqve arduum foret & difficile barbarum & petulantem populum in ordine continere; Tandem tamen parentis in promovenda & ſtabilienda religione exemplum ſecutus, ceſſit, oblatumqve aut obtruſum potius onus ferendum ſuſcepit. Sed hac excuſatione ſeu cunctatione effeciſſe videtur, ut communi conſenſu ſancitum & in leges relatum fuerit, *ut jus ſeculare* id eſt civile *juri divino* ſeu eccleſiaſtico *ſemper & ubiqve poſtea cedere deberet;* qvod ſtatutum non parum auctoritatis epiſcopis eorumqve jurisdictioni adjiciebat (c).

§. 4.

(a) *Hiſtor. Chriſtian.* cap. 12. & *Crymog.* pag. 105. aſſerunt Giſſurum filium Iſleifum Erfordiam ablegaſſe; Sed *Hungurvaka* ipſum Giſſurum cum eo profectum fuiſſe. Perinde autem eſt utrum hac in re ſtatuatur.

(b) *Kolus* hic Iſleifi cognatus, qvem noſtri Annales Vikenſium in Norvegia Epiſcopum extitiſſe ferunt, videtur eſſe *Kallr*, *Kald*, vel *Carolus*, qvem *UNDALINUS* qvintum in catalogo Epiſcoporum Oſloënſium numerat vid. *Deſcr. Norv.* pag. 33.

(c) Meminit hujus ſtatuti *ARNGRIMUS Crymog.* pag. 110. alibiqve, idqve ad Annum 1050. refert. Sed *Jus Eccleſiaſticum*, qvod habemus manuſcriptum, in margine habet a viro docto (νυν εν αγιοις) annotatum, factum hoc eſſe anno 1053. Vid. ſupra Sect. 1. cap. 1. §. 12. pag. 133.

§. 4.

Patriam itaqve, circa Annum 1055. Romam petiturus reliqvit. Germaniam transiens, Imperatorem Henricum Nigrum convenit, ipsiqve album ex Grönlandia advectum ursum dono dedit, qvem Imperator litteris commendatitiis, gratuitoqve per totum imperium concesso hospitio remuneravit. Salutato deinde Pontifice Romano (a), a qvo blande exceptus & collaudatus, ad Adalbertum Bremensem Archiepiscopum ordinandus remittitur (b). Seqventem annum Isleifus in Norvegia transegit, tandemqve Anno 1057. in Islandiam reversus Skalholti sedem fixit (c).

§. 5.

(a) *Schedæ* cap. 9. Isleifum ad episcopatum pervenisse, sedente Leone Septimo asserunt, sed insigni errore; Nam Leo Septimus Anno 939. obiit, teste *BARONIO*, aliisqve magno numero. Propius ad veritatem accedit *Histor. Christian.* dicens id factum sedente Leone Nono; Sed non tamen, ut puto, rem acu tetigit; nam hic Anno 1054. 19 Aprilis obdormivit, successorem nactus Victorem Secundum, cujus Pontificatus Anno primo, id est: 1055. Islandiam Isleifus reliqvit, secundo autem seu 1056. Romam venit. Sed res, ni fallor, in vado erit, si statuamus mendum, in *Schedas* irrepsisse, & pro VII. legendum esse IX. & mentem utriusqve auctoris *Sched.* & *Histor. Christ.* esse: de electione Isleifi in Islandia cœptum esse agi, sedente adhuc Leone Nono; id qvod non in momento, seu unis comitiis dictum simul factumqve esse, sed pluribus annis de re tam magni momenti consultatum fuisse valde probabile est. Conf. supra Sect. 1. cap. 2. §. 7. pag. 195.

(b) *Hungurvaka* dicit Isleifum, ita jubente Pontifice, ipso Pentecostes festo ordinatum fuisse; eadem etiam vult Isleifum in patriam æstate qva consecratus fuit, ɔ: 1056. reversum esse. Sed nos *ARIUM* & *Hist. Christ.* seqventes, id in Annum 1057. rejicimus. Conf. *ARNGRIMI Crymog.* pag. 106. & *PONTANI Rer. Dan.* lib. 5.

(c) Notanda hic veniunt *ADAMI BREMENSIS* verba de Alberto Archiepiscopo & Islandis ita scribentis: *De qvibus noster Metropolitanus immensas Deo gratias retulit, qvod suo tempore converterentur, licet ante susceptam fidem, naturali qvadam lege, non adeo discordarent a nostra religione. Itaqve petentibus illis, ordinavit qvendam sanctissimum virum Isleph, qvi ab eadem regione missus ad Pontificem aliqvamdiu apud illum retentus est, cum ingenti prorsus honore, discens interea, qvibus noviter conversos ad Christum populos salubriter posset informare.* Hactenus ille. Vid. qvæ supra ad Sect. 2. cap. 1. §. 5. notavimus, qvibus jam addimus, videri Albertum Deo gratias egisse, non tam de Islandorum ad Deum conversione, qvæ dudum facta erat, qvam qvod suo tempore Episcopum petierunt; qvod ei de eorum a se aut suo ministerio facta conversione falsæ gloriationis ansam præbuit.

§. 5.

Primo ſtatim officii anno diriſſima fames incidebat, qvæ multos mortalium miſere ſuſtulit; Ad hanc avertendam, & commeritam Numinis iram mitigandam, in comitiis generalibus multitudini auctor fuit, ut per proxime ſeqvens triennium, dies certus precibus, jejunio & pœnitentiæ dicaretur. Et qvoniam facto hoc voto, communis conditio in melius mutari cœpit, anno ſeqventi, ut hoc pietatis exercitium perenne eſſet, eiqve ipſæ Nonæ Januarii aſſignarentur, in leges referri curavit (a).

§. 6.

In officii adminiſtratione multas pertulit moleſtias. Nam non ſolum cum populo duro & barbaro nuper ſine ulla informatione aut vera mentis mutatione, ore tantum & ſuperficie tenus converſo, ipſi plerumqve res fuit (b); Sed extranei etiam epiſcopi, aut epiſcopalem dignitatem jactantes, qvi multo mitiora & malis gratiora docebant, viamqve ſalutis non anguſtam ſed latam monſtrabant, ei qvaſi ſudes in oculis fuerunt (c). Domi præterea ei ſemper res anguſta fuit; nulli enim hoc tempore reditus deſignati Epiſcopis, & ne decimis qvidem eorum officio proviſum

(a) *Hungurvaka* eum hac in re Erfordenſium exemplum ſecutum eſſe vult, qvi in ſimili caſu ſimile qvid tentarint; Hæc etiam Iſleifo donum miraculorum adſcribit, ut mente captorum reſtitutionem, potionis venenatæ ſanationem, aliaqve.

(b) Qvam male morati qvidam noſtratium tunc temporis fuerint, inde liqvet, qvod Nomophylax qvidam, Iſleifo ſynchronus, cujus officium erat aliorum refrænare libidines, ſubditisqve bonis exemplis prælucere, ipſe primo matrem, deinde filiam in matrimonio habuerit; Nomophylaces autem Iſleifi ſynchroni fuerunt: Gellerus Bolverki annis 9. Gunnarus Sapiens 3. Kolbeinus Floſi 6. Gellerus iterum 3. Gunnarus iterum 1. Sighvatus Surti 8. Qvem autem horum *Hungurvaka* nefandi hujus inceſtus, inſimulet, dictu non eſt facile. Sunt, qvi Gellerum indigitari putant, idqve in priori officio.

(c) Legenda qvæ de his notavimus Per. 1. cap. II. pag. 86. Per. 2. Sect. 2. cap. 1. §. 4. Hic itaqve actum agere nolumus; id ſaltem monendum, horum qvosdam ante epiſcopatum Iſleifi huc veniſſe, qvosdam vero ipſo ſedente. Qvosdam eorum viros bonos & eccleſiæ utiles fuiſſe, qvosdam vero ſecus.

provifum fuit. Patrimonium autem ftudiis & peregrinationibus in patriæ ufum & ecclefiæ emolumentum fufceptis impenderat, & valde imminuerat.

§. 7.

Sed hoc non obftante, ecclefiæ perutilem operam navavit. Nam non ipfe tantum pietate & eruditione claruit (a), fed multos etiam alios in vario pietatis & eruditionis genere inftituit & promovit. Ex ejus enim fchola non pauci pii pariter ac docti viri prodierunt, qvi ipfius exemplo Galliam, Germaniam, aliasqve regiones, majoris acqvirendæ eruditionis gratia freqventarunt (b). Certum itaqve eft, Isleifum omnium primum literas & eruditionem Islandiæ intuliffe. Num autem ipfe annales & hiftorias fcripferit, valde incertum; qvod fi unqvam fecit, dudum ejus opera deperdita funt (c). Plura ejus gefta in luce non verfantur, fcriptorum magis

---

(a) *Húngurvaca:* " Ifleifr var vænn madr ad áliti, oc vinfæll vid alþýdu, oc alla æfi rett-" látr oc rádvandr, giöfull oc gódgiarn, enn alldrei audigr. " Id eft: *Isleifus vir erat formæ venuftæ, popularis, femper juftus & vitæ integer, liberalis & benevolus, nunqvam autem opulentus.*

(b) Qvales fuerunt Haukdalenfes ipfius, & Oddenfes, Sæmundi Polyhiftoris, pofteri, aliiqve, qvorum fubinde in dicendis mentio fiet.

(c) Ifleifum primum inter Iflandos, hiftoriæ aut annalium fcriptorem ftatuunt viri doctisfimi. *UNDALINUS Defcript. Norv.* pag. 167. *ARNGRIMUS Spec. Islandiæ* pag. 79. *BIORNUS de Skardfa*, qvæ & ex parte ipfe *TORFÆUS*, tam in *Serie* qvam *Hiftor. Norv.* Prolegomenis, aliiqve; Sed ut iis affentiam a me non poffum impetrare; obftant enim antiqviffimi & clariffimi Auctoris *SNORRONUS STURLÆI* verba in Præf. ad *Chron. Norveg:* ita fcribentis: *Presbyter Arius Polyhiftor, primus omnium Islandorum Hiftorias antiqvas & novas lingva Norvegica fcripfit* &c. Et iterum in vita Olai Craffi: *Arius Presbyter Thorgilfi filius hanc hiftoriam primus confcripfit* &c. Si jam *ARIUS* ut affirmat *SNORRO*, primus omnium Hiftoriam Olai Sancti aliasqve novas & antiqvas lingva Norvegica confcripfit, qvomodo Ifleifus, ut afferit *UNDALINUS* l. c., & qvi eum feqvuntur, Haraldi Pulchricomi ejusqve fucceſſorum hiftoriam, usqve ad Magnum Olai Sancti filium, contexere potuit? Præterea *ARIUS*, auctor candidus, nunqvam mentionem facit Ifleifianæ hiftoriæ, qvod, ni fallor, argumento eft, eam nunqvam exftitiffe; mecum faciunt Celeberr. *WORMIUS* in Præf. ad *chron. Undalini*, ut & ipfe *UNDALINUS*, fui aut oblitus, aut parum conftans. Conf. *chron. Norv.* pag. 284. Sed licet Annales Iflandorum, aut Hiftoria Norvegica Ifleifum auctorem non agnofcant, nimis tamen iniqvum & temerarium eft,

BIORNI

magis inopia, qvam qvod mandari possit litteris, exstaret nihil. Fabulas enim & incertas traditiones consulto omittimus (a). Tandem Thingvallis, sacris operans, tam violento morbi genere capitur, ut ea perficere neqviret, unde Skalholtum devectus, 3 Cal. Julii, Anno ætat. 74. officii 24. Christi 1080. placide obdormivit.

CAP. II.

De Gissuro Isleifi filio, secundo totius Islandiæ Episcopo.

§. I.

Optimo patri haud degener filius Gissurus successit, qvi positis domi primis litterarum fundamentis, Erfordam ad maturitatem in studiis acqvirendam, a parente ablegatur, unde sacris initiatus, in patriam reversus, uxorem duxit, prædiumqve Hof in tractu Vopnafiörd, qvoad pater in vivis fuit, inhabitavit; qvo tempore peregrinationibus sæpius susceptis, plurimas urbes, regionesqve invisit (b), semelqve una cum uxore Romam profectus est.

BIORNI STURLÆI, Gudbrandi Holensis Episcopi encomiastæ de Isleifo judicium, in *Panegyrico*, *Gudbrando* circa Annum 1620. *dicto*, ubi Isleifum ut idiotam & rudem traducit, qvo nihil aliud, qvam ut suam aut invidiam aut inscitiam proderet, effecit.

(a) Emortualem Isleifi, *Schedæ* cap. 9. faciunt diem dominicam, sextiduo post Petri & Pauli. Similiter omnes antiqviores, ut *Historia Christ. Hungurvaca* & *Vita Jonæ Ögmund. ARNGRIMUS* vero in *Comm. de Islandia* habet 4. calend. Julii, sed qvibus nixus rationibus, nescio.

(b) *Húngurvaca:* " Gissur var mikill madr vexti, biarteygdr oc nockut opineygdr, tígugligr í yfirbragdi oc allra manna gódgiarnastr, ramr at afli oc forvitri. Gissur var algiör at ser um flesta hluti þá er karlmadr átti ad ser at hafa. Hann var farmadr mikill hinn fyrra lut æfi sinnar medan Isleifr lifdi. oc var jafnan mikils metinn hvar hann kom, oc var þá tignum mönnum á hendi er hann var utanlands. Haralldr Kóngr Sigurdarson var þá Kóngr í Norege, oc mælti þeim ordum vid Gissur, at hann qvad so sýnast til, at hann mundi best tilfallinn at bera

" hvert

§. 2.

Cum pater obiret, Giſſurus in Islandia præſens non fuit; ſed revertens, audito parentis obitu, non in terram deſcendere, multominus comitia, qvæ tum habebantur, epiſcopatum refugiendi ſtudio, adire voluit, donec Gutthormum qvendam Finnolfi filium, Epiſcopum a popularibus deſignatum eſſe novit Hic autem qvam primum Giſſurus ſui copiam fecit, oblatum munus conſtanter recuſavit, palam profeſſus, Giſſurum omnium conterraneorum hoc honore digniſſimum & officio maxime parem eſſe (a); qvo factum eſt, ut ad id ſuſcipiendum a civibus tantum non invitus adigeretur; facto antea, Giſſuro id exigente, voto, ſe in omnibus, qvæ ex legum divinarum præſcripto, iis præciperet, obſeqvuturos. Hinc ordinationem accepturus peregre abiit; ſed Germaniam intrans, Liemarum, nobis Leimarum Archiepiſcopum Bremenſem a Papa excommunicatum audivit (b); qvapropter altera vice ad ſalutandum Gregorium Septimum Romam petere neceſſum duxit, qvi eum ad Hardevicum Magdeburgenſem Archiepiſcopum remiſit (c). Hic ipſum, ætate qvadragenarium, Anno 1082. pridie nonas Septembr. totius Islandiæ Epiſcopum ordinavit (d).

§. 3.

„ hvert tignarnafn er hann henti. „ *Id eſt: Giſſurus vir erat ſtatura magna, oculis lucidis & aliqvantulum patulis, vultu auguſto, omnium benevolentiſſimus, viribus robuſtus, ſapientia præpollens. Giſſurus qvoad plurima, qvæ virum ornant, perfectus erat. Priori ætatis parte, qvoad Isleifus vixit, longe lateqve peregrinabatur, ubicunqve conſtitutus erat, magni æſtimabatur, & peregre agens in virorum Principum familia victitabat. Rex Haralldus filius Sigurdi, tunc temporis Norvegiæ Rex, Giſſurum talibus allocutus eſt verbis; qvicunqve ſcilicet ei dignitatis gradus obtigerit, ei illum perfecte parem fore videri.*

(a) Huic natura plurimas corporis animiqve dotes conceſſerat; fuit enim robuſtus, procerus, ſed decentis ſtaturæ, doctus, pius, benignus. De ipſo tale fertur Haraldi Norvegiæ Regis judicium: *Giſſurum ad tria aptum eſſe, ſcilicet ut vel Regem, Ducem, vel Epiſcopum ageret; Sed ad ultimum aptiſſimum, idqve futurum;* qva in re non vanus fuit vates. *Hungurvaka* in vita Giſſuri. Vid. ſupra §. 1. not. (b).

(b) Leimarus partes Henrici VI. Imperatoris ſeqvens, Gregorii ſeptimi offenſas incurrit, a qvo excommunicatus fuit.

(c) Conf. ſupra Sect. 2. cap. 1. §. 5. pag. 222.

(d) Giſſurus ſeqventem hyemem partim in Dania, cum Canuto Sancto, partim in Gothia trans-

§. 3.

Gissurum Anno 1083. in patriam reducem, cives honoratissime, & qvasi angelum de cælo exceperunt, qvi honor cum summo obseqvio & amore ipsi ad finem vitæ duravit. Et sane mira ejus auctoritas apud novitios christianos, homines effrænos, nullisqve antea, tributis aut pensionum erogationibus assvetos, inde apparet, qvod leges de decimis, primus omnium, nemine refragante, per Marcum Skeggonis tunc temporis Nomophylacem ferri curaverit (a). Hæc Constitutio ad hunc usqve diem apud nos vim legis obtinet, exqve ejus præscripto decimas solvendi ratio viget Primis episcopatus annis dimidium tantum fundi Skalholtensis possedit; mater enim Dalla, reliqvum qvoad vixit, retinuit. Ea autem defuncta totum fundum publico donavit, sedemqve episcopalem, qvo ad Islandia habitaretur, & christianam religionem profiteretur, Skalholti mansuram lege caveri fecit (b). Antea enim cathedra nulli certo loco affixa fuit.

transfegit, ibiqve ab incolis Gisrodus fuit appellatus, ut ipse postea retulit. *Sched.* cap. 10. vid. supra Sect. 1. cap. 2. §. 6. pag. 195.

(a) Hac de re ita loqvitur *ARIUS Sched.* cap. 10, *Gissurus ita omnium popularium amorem sibi conciliavit, ut nemo nostratium pariter unqvam deperiretur: Nam tam ex amore in ipsum, qvam svasu Sæmundi & Marci Nomophylacis, in leges relatum fuit, ut universi incolæ numerum possessionum tam mobilium qvam immobilium inirent, easqve certo pretio æstimarent, præstito etiam juramento, justam bonamqve æstimationem esse, indeqve decimas solverent.* Et paulo post: *qvæ res maximo est documento, qvantum obseqvium huic viro populares exhibuerint, qvod, ut omnia bona in Islandia jurejurando æstimarentur, decimæqve inde solverentur, neqvidem ipsa terra excepta, efficere valuerit, qvin etiam ita staturum qvousqve Islandia incoleretur, lege sanciri curavit;* Factum hoc est, ut habet ipsa Constitutio, anno episcopatus 16. qvi incidit in annum salutis 1098. Conf. supra Sect. 1. cap. 1. §. 11.

(b) Doctissimus *ARNGRIMUS Crymog.* pag. 106. de Isleifo Gissuri parente scribit: *Reversus in patriam 1057. cathedram episcopalem in prædio suo urbano & avito Skalholtia in Islandia meridionali sito fundavit.* Qvem & qvidam recentiorum seqvuntur. Sed contradicunt, *ARIUS*, auctor Gissuro coætaneus, *Sched.* cap. 10, & *Hungurvaka* in vita Gissuri; qvorum auctoritas nobis (qvod pace magni viri dictum volo) potior est.

§. 4.

Templum Skalholtense, qvam antea fuit, augustius exstruxit, vestibusqve ornatum pretiosissimis, adjectis etiam aliis, tam mobilibus, qvam immobilibus bonis, Divo Petro dedicavit, qvo suo in sacros piosqve usus munificentiæ exemplo, alios ad idem faciendum induxit (a). Inde templis & sacerdotibus, qvibus nulli antea stati reditus, & ne decimæ qvidem assignatæ fuerunt, sed vel summa egestate laborandum, vel precario & ex civium misericordia vivendum fuit, non parum lucri & emolumenti natum est.

§. 5.

Tempore Gissuri studia & litteræ efflorescere cœperunt, qvibus pleriqve Procerum non tantum gnaviter operati fuere, sed sacerdotio fungi, aut sacro ordini nomen dare, summo sibi honori duxerunt (b). Pro innata pietate, & eximia, qva pollebat authoritate, Gissurus, (qvandoqve enim potestatis rigore uti necesse fuit) civium malos mores correxit, variisqve abusibus pro virili obviam ivit; ad id efficiendum, præstantissimorum virorum, Sæmundi Polyhistoris doctrina, & Marci Skeggonis auctoritate utens, qvorum uterqve ipsi & ecclesiæ utilissimam operam navavit. Sedente itaqve ipso, seditiones, incendia, rapinæ, aliaqve enormia delicta, rara vel nulla audiebantur, qvæ tamen & ante, & post, freqventissima fuerunt (c). Licet comitiis anni 1117. præsens non adesset, morbo enim & senecta impediebatur, ipso tamen svadente (ut verisimile fit), rogationem tulit Bergthorus Nomophylax, ut leges, qvæ antea scriptæ non exsta-

(a) Exstant Tabulæ perantiqvæ, dicentes: Taunum qvendam & Hallfridam dimidium fundi Hraunensis in tractu Dirafiord, templo isthic sito donasse, svasu ac consilio Gissuri Episcopi.

(b) Ipsi enim synchroni fuerunt Sæmundus & Arius Polyhistores dicti, aliiqve, qvorum nomina recensentur in *Historia Christ.* cap. 13.

(c) Islandi antiqvitus ad comitia universalia, qvasi ad prælium exqvisitissime armati confluebant, unde haud raro cædes & vulnera illic accidebant. Sed perversum hunc morem ita correxerat Gissurus, ut in Annales qvasi novum qvid relatum sit, qvod biennio post ejus mortem in comitiis una tantum cassis conspecta fuerit, qvod tamen non obstabat, qvominus paulo post vulnera ibi infligerentur, cædesqve fierent. Conf. *Hist. Christ.* cap. 13. & 14.

exſtabant, ductu & conſilio ad id muneris delectorum virorum, certo libro inſcriberentur, qvibus, antiqvas emendare, novasqve, prout conducere viſum foret, addere, injunctum fuit, qvod non ſine laude præſtiterunt. Nam ſeqventis anni comitiis, qvi fuit Giſſuri emortualis, Codex, ab iis conſcriptus, *Vigſlóde* (a) nominatus, publice recitatus & ab omnibus acceptus fuit & approbatus.

§. 6.

Anno officii 23, ſalutis 1105, prout eum dudum borealis qvadrantis incolæ ſollicitaverant, qvartam diœceſeos partem alteri epiſcopatui erigendo aſſignavit; binos enim, qvam unicum, in Islandia Epiſcopos eſſe, & religioni conducibilius, & incolis commodius fore videbatur (b); accuratum tamen antea colonorum cenſum agi curaverat (c). Prius autem, qvam voti compotes fierent, primates qvadrantis, certam, eamqve melioris notæ ſedem futuro Epiſcopo ſe daturos ſancte promittere, oportuit. Qvo facto ſacerdotem Breidabolſtadenſem, Jonam Ogmundinum, Epiſcopum Holenſem electum, Oſſuro Archiepiſcopo Lundenſi conſecrandum commendavit.

§. 7.

In comitiis Anni 1107. ambo Epiſcopi una cum clero inſulæ convenerunt, multaqve eccleſiæ profutura ſanciverunt (d). Plures, easqve non

(a) *Vigſlóde* ſecundum litteram ſignificat *trabam necis*, nam componitur ex vocibus *Vig* cædes, & *ſlóde* traha. Senſus autem vocis eſt: *Lex multum & prolixe de cædibus & injuriis agens, deqve pœna, qvam ſecum trabunt.*

(b) Dicitur Giſſurus vaticinatus fuiſſe, hoc modo, Iſlandiam raro aut nunqvam ſine Epiſcopo futuram; in qvo tamen bonum Præſulem ſpes fefellit; Nam id, ab ejus ætate, usqve ad noſtra tempora, plus vicies factum eſt, & qvidem interdum per plures annos.

(c) In orientali qvadrante tunc temporis colonorum capita DCC. cenſa ſunt, in auſtrali M, in occidentali DCCCC; in boreali MCC; ſumma MMMDCCC, haud tamen per totam inſulam computatis, qvi tributo comitiis debito exemti erant, qvorum numerum non exiguum fuiſſe valde eſt probabile ex *Sched.* cap. 10.

(d) Conferenda, qvæ hac de re dicturi ſumus, cum ad Jonam Ögmundi ventum erit infra Sect. 4. cap. 1.

non inutiles conſtitutiones eccleſiaſticas venerandos hoſce Præſules, Isleifum & Giſſurum condidiſſe nullus dubito, licet temporum incuria aut injuria ad nos non pervenerint. Anno 1117. cum morbo & ſenectute præpeditus, comitia adire neqviret, eo Primoribus amicisqve nuntium miſit, ſvadens, ut Thorlacum Runolfi filium, ne gravaretur epiſcopale munus ſuſcipere, orarent, qva de re ipſe eum etiam multum ſollicitaverat, eiqve deinde ad Archiepiſcopum litteras perferendas dedit. Skalholti tandem anno æt. 76, officii 36, ſalutis rep. 1118, ætate & morbo feſſus 5. Cal. Junii placide obdormivit (a).

Cap. III.

De Thorlaco Runolfi filio.

§. I.

Hactenus de unico Islandorum epiſcopatu egimus. Sed eo jam in binos diviſo, nobis etiam forma & ratio operis dividenda videtur, deqve ſingulis ſeorſum agendum, ne interrupta toties rerum narratione, factoqve ſæpius ab uno ad alterum repentino transcurſu, hiſtoria noſtra, ſatis qvidem per ſe tædioſa & ſterilis, in confuſum & inconcinnum qvoddam chaos deformetur. Dabimus itaqve reliqvam hujus ſectionis partem Epiſcopis Skalholtenſibus, ſeqventem vero ſectionem Holenſibus, qvi tempore Ariſtocratiæ eccleſiam rexerunt.

§. 2.

(a) De morte ejus & morbi genere ita loqvitur *Hungurvaka: Caro putrefacta ita defluebat, ut nuda oſſa liceret conſpicere, eorumqve colliſionem, cum corpus moveretur, aſtantes audirent. Ab uxore interrogatus, numne vota pro reſtitutione ſua fieri vellet? Reſpondit: Vota qvidem pro animæ meæ ſalute ſuſcipi volo, ſed corporis incommoda, ſecundum Dei beneplacitum, qvoad ferre poſſum, creſcant. Abſit enim, ut hanc Dei caſtigationem recuſem. De loco ſepulturæ interpellatus, regeſſit: indignum ſe, qvi prope parentem humaretur.* Hæc ad monſtrandam viri pietatem, patientiam & humilitatem adnotavi.

§. 2.

Primus itaqve se jam nobis offert, Thorlacus Runolfi filius, natus Anno 1085, a parente, Teito Haukdalensi informandus traditus, tantum brevi profecit, ut non solum ad litteras aptum, qvasi & natum esse, sed etiam virum pium, prudentemqve futurum, magistro fidem faceret (a). Prout per ætatem licuit, ordines sacros iniit, perqve eos gradatim ad sacerdotium ascendit. Annum agens trigesimum secundum, svadente Gissuro Episcopo, a popularibus, ipse reluctans, & præter alia ætatem excusans, ad episcopatum vocatur; eorum autem precibus victus, præsertim vero Gissuri auctoritate inductus, Anno 1117. Lundensi Archiepiscopo ordinandum se sistebat.

§. 3.

Fuit Thorlacus natura taciturnus, & rebus, qvæ ad ipsum non pertinebant, se non intermiscens; unde ignoti eum ut tristem, rigidum, segnioremqve, qvam tantum munus exposceret, contemnebant. Sed cum ipsum, nec objecta negare, nec multum excusare, sed saltem regerere audirent, non bonorum penuriam apud Islandos in causa fuisse, qvod se potissimum ad hoc officium elegissent; sed qvod vitia & nævos suos magis coram hominibus, qvam coram Deo, celare studuisset, mentem mutarunt, eumqve magni facere cœperunt. Archiepiscopus eum qvidem benigne excepit, sed negans se caput capiti imponere aut velle aut posse, qvod tamen fieret, si ejusdem eum cathedræ Præsulem, cui Gissurus adhuc præesset, proclamaret, ordinationem distulit. Hunc scrupulum tollendi tale tandem remedium invenit (b): Jussit Thorlacum aliud qvod-dam

---

(a) Ejus genealogiam exhibent *Schedæ* cap. 10. *Histor. Grönland.* cap. 11. *Landnama* pag. 23. 54. Thorlacum hunc Runolfi filium, cum Thorlaco Thorhalli filio confundit *RESENIUS* Proleg. in *Eddam*; Illi enim, non huic convenit genealogia qvam exhibet. Doctissimus *BUSSÆUS* Arii verba cap. 10. non recte percepit, vocans Thorlacum fratrem Halli Haukdalensis. In textu est *Bródur*, vox secundi casus singularis numeri, vertendum itaqve fuit: Thorlacum Runolfi filium *nepotem Thorleiki*, *fratris Halli Haukdalensis* &c.

(b) Eximii Archiepiscopi nimiam scrupulositatem qvis sat potest mirari? Et sane videtur culicem

dam non ignobile prædium nominare, cujus episcopus, qvamdiu Gissurus superesset, salutaretur, licet jubente Gissuro Skalholti esset, ejusqve vices ageret. Hac conditione Thorlacus accepta, villam Borgfiordensem Reykholtum elegit, cujus, qvamdiu Gissurus in vivis esset, Episcopus vocaretur. Sublata igitur hac difficultate Anno 1118. 4 cal. Maji Thorlacus Reykholtensis Episcopus, sed Gissuro in Skalholtensem successurus ordinatur.

§. 4.

Patriæ autem paulo post restitutus Skalholtensem (nam Gissurus 5. cal. Junii obierat) cathedram ascendit, pium probum, & vigilantem Præsulem semper acturus; Nam in legendo, scribendo, docendo, aut scripturas explicando, adeo fuit assiduus, ut nunqvam otiosus offenderetur, neqve parum sub eo christianismus & bonæ litteræ profecerint. Multos enim ita erudivit, ut viri docti & præstantes evaderent (a).

§. 5.

Anno 1121, triennio postqvam cathedram ascenderat, summorum Islandiæ procerum Haflidi Mauri filii & Thorgilsi Oddi filii inimicitiæ & simultates in odium & apertum bellum eruperunt. Thorgilsus enim, qvi in comitiis, Anno 1120. celebratis, Haflidum uno digito mutilaverat, exilio mulctatus fuerat, sed nihilo minus jam ut insons & securus publicum conventum freqventare instituit, qvam contumeliam Haflidus nullo modo concoqvere volens, collectis 1200. armatis, manus cum eo conferere constituit; Thorgilsus autem 700. strenuis viris stipatus appropinqvavit. Parum absuit, qvin tanta multitudo in mutuam perniciem corruisset, ni Thorlaci auctoritas intervenisset. Hic autem collectis qvotqvot potuit clericis

culicem colasse, sed camelum deglutiisse, negando se caput capiti impositurum, qvod fieri putavit, si Thorlacum verbo Skalholtensem Episcopum proclamaret, qvod tamen opere præstitit. Prædii autem Reykholtensis, cujus nec ipse, nec Thorlacus minimam partem posséderunt, episcopum eum constituere, nullum ei scrupulum movit. Sed aliqvid genio & moribus seculi dandum.

(a) Qvorum celeberrimus fuit Gissurus Halli filius, Nomophylax; deinde doctissimus, de qvo supra Sect. 1. cap. 2. §. 8.

clericis & ſacri ordinis viris, aliisqve ſedatioribus, qvi neutri patri nomina dederant, Haflidum adit, amice primo rogans, monensqve, ne cum Thorgilſo confligere, aut civilis belli cauſa exiſtere vellet; ſed repulſam ferens, omnes clericos, qvorum permulti in exercitu Haflidi fuerunt, ab eo diſcedere juſſit, & ipſi militare prohibuit (a). Hoc cum etiam incaſſum caderet, tandem ſacro zelo accenſus, excommunicationem minitans, in hæc verba erupit: *Si modo hæc mea petitio æqva, ad monitioqve juſta & bona eſt; ſiqve mea vota coram deo aliqvid valent, oro & obteſtor, velit tuas petitiones & deſideria in die extremi judicii, eodem modo excipere, & exaudire. qvo tu jam meas accipis & exaudis, &c.* (b). His Epiſcopi imprecationibus motus, Haflidus receptui cecinit, & ad tabernacula reverſus eſt (c).

§. 6.

Præcipuum autem, qvod Thorlaco ejusqve collegæ Ketillo eccleſia Islandica debet, eſt *Jus Eccleſiaſticum* Anno 1123. evulgatum (d), ad qvod componendum opera & doctrina Sæmundi potiſſimum uſi ſunt; aliorum tamen doctorum virorum, qvorum tum copia fuit, non ex-

 cluſo

(a) Non mirum ſacerdotes & clericos apud Iſlandos armis inſtructos in acie conſtitiſſe; uſu enim id tunc temporis per totum orbem receptum fuit. Exemplo ſit unicum prælium Fodvicenſe, inter Nicolaum & Ericum Daniæ Reges hac ætate commiſſum, in qvo qvinqve Epiſcopi & ſexcenti ſacerdotes deſiderati fuere. Nobiliſſimus *HOLBERGIUS* in *Hiſtor. Dan.* Tom. 1. expreſſe dicit 600. ſacerdotes ibidem occubuiſſe. Sed *PONTOPPIDANUS* & *EWALD* hunc numerum, ut omnem excedentem veriſimilitudinem ad 60. reducunt, ſed, ut videtur, ſine cauſa; nam ſi 5. Epiſcopi ibi ceciderunt, non mirum 600. ſacerdotes una cæſos fuiſſe, cum epiſcopi, magna ſtipati cleri multitudine, prælia inire conſveverint. Conf. Not. ad Sect. 4. cap. 5. §. 12.

(b) Per diem judicii, de qvo hic loqvitur pius Præſul, intelligendus ultimus Haflidi vitæ dies, nam diem extremum non eſſe tempus precum & pœnitentiæ certe novit.

(c) Licet eo die prælium Haflidus intermiſerit, non tamen in gratiam cum inimico rediit. Eam demum conciliavit Ketillus Thorſteini de qvo infra Sect. 4. cap. 2. §. 2.

(d) Hac de re ita verba facit ipſum *Jus Eccleſiaſticum* cap. 26. *Hocce jus canonicum promulgarunt Epiſcopi Thorlacus & Ketillus, inſtinctu & conſilio Oſſuri Archiepiſcopi, Sæmundi & multorum aliorum doctorum virorum* Hic eſt Sæmundus ille Sigfuſſonius, a poſteris ob profundam eruditionem Polyhiſtor vocatus, de qvo plura ſupra Sect. 1. cap. 2. §. 11. & 12.

cluso consilio. Sed ad opus aggrediendum eos instigaverat primus Danorum Archiepiscopus Offurus (a); Hunc enim Pontifex Romanus trium borealium regnorum generalem inspectorem & causarum ecclesiasticarum supremum judicem nuper constituerat (b). Mors Thorlacum Anno Æræ Christianæ 1133. prid. cal. Febr. ætat. 47. officii 15. oppressit (c).

Cap. IV.

De Magno Einari filio.

§. I.

Thorlaco Magnus Einari natus Anno 1099. succenturiatur, vir variis, iisqve eximiis virtutibus ornatus (d), qvi felici litteris opera data, omni-

(a) Offurus hic fuit primus Danorum Archiepiscopus. Nam offensione inter Ericum Bonum Daniæ Regem, & Leimarum Archiepiscopum Bremensem exorta, Ericus plus simplici vice Romam profectus fertur, & id tandem apud Pontificem obtinuisse, ut Ecclesiæ Danicæ, a Saxonico jugo liberatæ, proprium Archiepiscopum acciperent; eiqve sedes in Ecclesia Scandinaviæ Lundensi assignata. Vide *PONTANI Rer. Dan.* lib. 5. Conf. & Celeberr. *HOLBERGII Hist. Dan.* Tom. I. pag. 196. qvi hæc ad Annum 1103. refert, & Leimarum vocat Archiepiscopum Hamburgensem.

(b) Continet Codex ille titulos seu capita 35. In eo licet multa seculi, qvo conscriptus fuit, genium redoleant, multa tamen habet, qvæ etiamnum nobis usui esse possunt: Vim legis apud Islandos obtinuit usqve ad 1275, qvo anno alium a se compositum, instinctu Jonæ Archiepiscopi Nidarosiensis, Arnas Thorlacius Skalholtensis Episcopus, Islandis obtrusit, de qvo infra dicendi locus erit.

(c) Thorlacus, ut plures veterum, tertiam Psalterii partem qvotidie recitavit, per qvod Davidicum intelligo, sed Latinum; Nam nulla Bibliorum, & ne unius qvidem libri versio, in lingvam Islandicam tum temporis facta erat. Scripturæ autem, qvas Thorlacus, aliiqve transtulisse dicuntur, fuerunt *vitæ Apostolorum*, & *Patrum*, horumqve nunnulla scripta, qvæ apud eos in magno fuerunt pretio. Hinc ipse Thorlacus moriens, sibi prælegi jussit librum Gregorii, qvi inscribitur: *Cura Pastoralis*. Gudmundus Holensis Episcopus, oculis captus, recitari jussit *Vitas Sanctorum*, Thorgilsus Bodvari *vitam Thomæ Cantuariensis*; Et hujus modi sexcenta exempla proferri possent.

(d) In Catalogo Episcoporum Skalholtensium ad calcem *Schedarum* impresso, noster non recte

omnibusqve facri ordinis muneribus, anteqvam facerdotio initiaretur, fufceptis, Anno 1133. a Skalholtinæ diœcefeos civibus Epifcopus electus, ad exteros, confecrationem petiturus, abire parat, fed fub autumnum repulfus, hyeme Skalholti tranfacta, feqventi æftate enavigavit. Inde per Norvegiam, bello civili tum temporis flagrantem Daniam, ab Offuro Archiepifcopo confecrandus, intrat; unde peracto negotio rediens, Norvegiæ ftatu pacatiore invento, Regem Haraldum Gillum adiit (a), cumqve eo aliqvantifper manfit. Hunc itineri Islandico cum accinctus effet, faluta-

recte dicitur Thorfteini filius, nam revera fuit Einari filius, Magni nepos, Thorfteini pronepos, Halli de Sida abnepos. De *Magni* autem nomine, talem *Hiftoria Olai Sancti* cap. 107. exhibet narrationem: Habuit Rex Olaus Sanctus concubinam nomine Alfhildem, qvæ nocte qvadam, partus doloribus correpta, mafculum peperit; Aderant autem parturienti, præter obftetrices, facerdos qvidam, Regisqve poëta & confiliarius Sighvatus natione Iflandus. Hic cum Regem de edito in lucem fœtu certiorem facere ipfiqve fomnum interrumpere non auderet, puer vero recens natus fpiritum ægre duceret, facerdotem eo perpulit, ut infantem, ne fine baptifmo decederet, facro ablutionis ritu confeftim inauguraret, Magni nomine ipfi impofito. Rex mane experrectus, factum primo improbavit, Sighvati temeritatem incufans, qvod fe infcio & inconfulto filium baptizari curaffet. At ille infirmam pueri valetudinem inqve mora periculum caufatur. Qvæfitus deniqve de impofiti nominis ratione, cum nec gentilitium nec patronymicum effet, refpondit fe de nomine Caroli Magni Regis optimi pariter ac maximi infantem appellaffe; Qvo Rex refponfo acqviefcens, Sighvati prudentiam multum laudavit. Qva autem occafione ejusdem nominis ufus in Iflandiam fit introductus, ex *Vita Magni Regis* abunde patet, qvæ hac de re ita teftatur: Cum Magnus cognomento Bonus Sancti Olai filius, Norvegiæ Rex, fatali morbo correptus ad Jutiæ oras in navi decumberet, vir qvidam nomine Thorfteinus, Halli de Sida filius, natione Iflandus; Regisqve Aulicus, ex itinere qvod Romam fufceperat redux, ipfum adiit petiitqve, ut fuum fibi nomen donaret. Qvod cum Rex petitum ex infucato amore ardentiqve affectu provenire intelligeret, voti eum compotem fecit. Poft mortem Regis Magni, Thorfteinus patriam repetivit, atqve ex uxore Ingvellda filium fufcepit Magnum appellatum. Hic ergo primus Iflandorum Magni nomen geffit, qvod parens dono acceperat. Alter autem ejusdem nominis fuit Magnus hicce Skalholtenfis Epifcopus, prioris (ex filio) nepos. Uberior ejus genealogia ex *Landnama* pag. 128. 161. peti poteft. *Hungurvaka* ei talem tribuit characterem: *Fuit vafto qvidem, fed decenti & qvo ad omnia pulcherrimo corpore, manfvetus, humanus, affabilis, facundus, fidus, largus, & femper inter diffentientes amicitiam contrahens, qvæ virtutes ei omnium amorem & venerationem conciliarunt. Hinc ipfo fedente, nullæ infignes inimicitiæ inter fubditos exftiterunt.*

(a) Noftro in Dania commorante, Haraldus Gillius, Magnum Sigurdi filium prælio victum ceperat, & excæcatum, monafterio incluferat. *Chron. Norv.*

falutaturus, aulam intrat, fed præter fpem, una cum Regina prandentem offendit Rex cognito eum jamjam abiturum, loci & temporum difficultatem incufat, qvæ regiæ munificentiæ participem fieri non finerent; attamen fcyphum qvo utebatur, una cum pulvinaribus, qvibus ipfe & regina infidebant, pretiofiffima fuperinductis purpura, ipfi dono dedit (a). Ex his cimeliis epifcopus poftea calicem & pallium epifcopale confici curavit (b), qvibus templum Skalholtenfe, una cum pulcherimis tapetibus variisqve ornamentis condecoravit.

§. 2.

Sedi epifcopali fundos & villas fuo ære comparatas adjecit, in qvibus fuit maxima pars infularum Veftmannicarum; Illic enim monafterium erigere conftituerat, fed morte præventus, perficere non potuit. Ipfum deinde Skalholtenfe templum, haud parum fuis impenfis ampliatum & refectum, poftridie nonas Julii 1145. confecravit (c); qvibus facris, ut & nuptiis Skalholti fimul celebrandis, Ketillus Holenfis Epifcopus a collega invitatus interfuit. Exacta feftivitate, ambo Epifcopi, animi delectandi & corporis recreandi gratia, thermulas Laugarafenfes, qvæ non longe a Skalholto diftant, accefferunt, ubi Ketillus, repentino correptus morbo exfpiravit; cui Magnus, collegæ cafum mœrens, magnificas fecit exfeqvias.

§. 3.

Qvæ plura gefferit, nos latet. Probabile tamen eft eum fæpius vifitationem Ecclefiafticam inftituiffe; Nam Anno 1148, cum ordinaria per qvadrantem occidentalem (d) vifitatione peracta, domum tenderet, Hytdaliqve

(a) Infigne exemplum munificentiæ Haraldi Regis. *Hungurvaka* in Vita Magni Epifcopi, ait fcyphum qvatuor ponderum argenti valorem habuiffe.

(b) Fuerunt qvi confulerent, ut pretiofa hæc venderentur, pretiumqve in pauperum fuftentationem erogaretur; Sed Præful fuam fententiam fecutus eft.

(c) Hic dies inde ut natalis templi celebrabatur, prioris autem qvod Giffurus confecraverat, natalis fuit feftum Crucis feu 4. Non. Maji.

(d) Siqvidem qvatuor Iflandiæ partium feu qvadrantum & fæpe facta eft mentio, & facienda erit, monendum femel, unum faltem qvadrantem borealem, ad Cathedram Holenfem

daliqve a domino fundi, Thorleifo Beiskaldo, ſplendido exciperetur convivio, villa de cœlo tacta conflagravit. Hoc non prius convivæ ſenſerunt, qvam omnis fere elabendi facultas occluſa fuit; In hoc igitur incendio ipſe Præſul, cum octo ſacerdotibus, & 60. aliis periit, Thorleifus vero cum paucis non illæſus evaſit (a). Epiſcopi ejusqve confeſſionarii, Trebonii Bodvari filii, ſemiuſtulata corpora Skalholtum non ſine pompa, a Proceribus, in Epiſcoporum ſepulchreto deponenda, convecta fuere. Acciderunt hæc, Anno ſalutis 1148, poſtridie feſtum Michaëlis, ætatis 50, officii 14. (b).

§. 4.

De Hallo Teiti filio ſacerdote Haukdalenſi.

Anno poſt mortem Magni proxime ſeqvente, Hallus ſacerdos Haukdalenſis Epiſcopus eligitur. Fuit is Teiti filius, Isleifi Epiſcopi nepos, vir magni nominis, & tum temporis Islandorum doctiſſimus. Tot enim calluit lingvas, ut in itinere Romano, interprete nusqvam egeret, ſed ut indigena cum qvibusvis obviis colloqvi poſſet, qvod ei tam Romæ, qvam alibi ſummi honoris cauſa fuit. In regreſſu, Ultrajecti, anteqvam epiſcopus ordinaretur, Anno 1150. fatis ceſſit.

---

lenſem pertinere; reliqvos vero tres, orientalem, auſtralem & occidentalem, ad Skalholtenſem, ex qvibus Epiſcopus qvotannis unum viſitare tenebatur.

(a) Hinc hoſtes Thorleifi poſtea occaſionem ſibi ſumſerunt ipſi exprobrandi, qvod dolo malo villam cum Epiſcopo & ſociis incendiſſet, vide *Sturlungam* Part. 2. cap. 28. qvod tamen puraputa calumnia fuit.

(b) Anno 1730, exactis fere 600. a villæ incendio annis, duo mortui ſimul in Hytdalenſi ſepulcreto auſtrum verſus ſepeliendi erant; ſed cum ſepulchri altitudo ad ſesqvi ulnam facta eſſet, ſecta ſaxa maximæ molis, & angulati lapides, una cum cinere, & abietinis carbonibus, ingentiqve ferreo clavo, affabre facto, obvenerunt. Hæc omnia præſens luſtravi, eſſeqve documenta ſeu reliqvias magni ejus incendii qvod Anno 1148. illic acciderat, collegi.



CAP.

Cap. V.

De Klango Thorsteini filio.

§. 1.

Cum a morte Magni, sedes Skalholtina triennio vacasset, Biörnus Holensis tandem Anno 1151. qvosdam diœceseos Skalholtinæ alumnos, ne ecclesia sacerdotum paucitate laboraret, ordinavit. Cumqve de Episcopi electione ageretur, multitudo in partes scindebatur, qvibusdam Gudmundum Brandinum, sacerdotem Hiardarholtensem, virum antiqvæ virtutis & fidei; qvibusdam vero, & in his Biorno Episcopo, Klangum Thorsteini Holensis ecclesiæ sacerdotem expetentibus; qvi tandem plurium votis electus, & Biorni literis Eskillo Lundensi Archiepiscopo commendatus, Skalholtensis Episcopus 8. idus Aprilis 1152. consecratur.

§. 2.

De genere qvo sit oriundus nil constat: In juventute sub Jona Ogmundino scholam Holensem freqventanti, & aliqvando *Amores & Epistolas Ovidii* legenti, ex improviso superveniens Episcopus, librum de manibus excussit, talesqve eum legere libros prohibuit (a). Deinde sub Ketillo & Biorno Holis vixit, Ketillumqve in plurimis imitatus est. Non tantum in sacris, ut Episcopum decuit, satis bene versatus fuit, nam semper aliqvid legendo, scribendo, vel rudiores erudiendo tempus traxit; scriba enim peritus, & poëta non infelix fuisse fertur (b), sed etiam juris sui temporis peritissimus habebatur. Hinc ipso Episcopum agente, non facile ulla fuit gravis vel majoris momenti causa, aut inter Magnates contro-

(a) Hæc ideo annotavi, ut appareat nostrates etiam tum temporis Classicos aureæ ætatis auctores familiares habuisse.

(b) *Hungurvaka* talia ei tribuit personalia: *Fuit mediocri statura, facie decora, affabilis, facundus, jucundus, & in qvibusvis agendis consultissimus, largus præterea & benignus; extraneis Magnatibus & Principibus non semel* (tantum) *pretiosa dona misit, qvæ virtutes ipsi, domi subditorum amorem & obseqvium, foris vero honorem & auctoritatem conciliarunt.*

controverſia, cujus non ab alterutra parte arbiter eligeretur. Secum etiam, & ſibi adſtipulantes, ſui ſeculi præſtantiſſimos & ſummæ auctoritatis viros, Jonam Lopti & Giſſurum Halli ſemper habuit; unde pars, a qva ſtabat, certam ſibi potuit victoriam polliceri, qvod præter alios Sturla Theodori, cum Einaro Thorgilſi (a) litigans, non ſemel expertus eſt.

§. 3.

(a) Klangum uxorem habuiſſe Ingveldam Thorgilſi filiam, Enari ſororem, pleriqve adfirmant, inducti auctoritate *Sturlungæ*, qvæ paſſim nominat Joram Epiſcopi filiam, ſed clariſſime tamen Lib. 3. cap. 38. " Eftir Einar Þórgilsſon áttu arf at taka ſyſtur " hanns. Þá hafdi Þórvalldr Giſſurarſon fengit Jóru, dóttur Klángs biſkups oc " Ingvelldar Þórgils dóttur; hún var þá med Þórvalldi, er Einar bróder hennar " var veginn, oc því ſókti hún Þórvalld at eftirmáli. " Id eſt: *Sororibus Einari filii Thorgilſi, hujus hæreditas competebat. Tunc Thorvaldus filius Giſſuri Joram filiam Klangi Epiſcopi & Ingvildæ filiæ Thorgilſi uxorem duxerat. Hæc tum, cum frater ejus Einarus occideretur, apud Thorvaldum egit, qvare & Thorvaldo vindicationem cædis commiſit.* Unde tantum patet, qvod Jora fuerit ejus & Ingveldæ filia. Sed de eorum nuptiis tam in *Sturlunga* qvam *Hungurvaca*, apud Authores fere coævos, altiſſimum eſt ſilentium. Taceo qvod *Sturlunga*, Lib. 1. cap. 8. filios & generos Thorgilſi ſollicite recenſens, nullam Klangi mentionem faciat. Et cap. 13. dicit: " Ingvelldur Þórgílsdóttir vard ei unnandi Halldóri bónda ſínum, enn þó vard " þad med nockurum hægindum medan fadir hennar var vid. ſídan nýttuſt þau ei " af. red þá Halldór til utanferdar oc dó á ſudrferd. " Id eſt: *Ingvelda filia Thorgilſi marito ſuo Halthoro non concordabat, qvod tamen præſente adhuc ejus patre modum non longe exceſſit, deinde vero cohabitationi nullo modo acqvievere. Halthorus tunc peregrinationem in ſe ſuſcepit, & in itinere Romano deceſſit.* Sed Thorgilſus Anno 1151. obiit, unde ſeqvitur Ingveldam cum marito cohabitaſſe uſqve ad hunc annum. Sed qvæ poſtea habuerit fata, refert *Sturlunga* cap. 14. qvam periocham, licet prolixior ſit, cum ad rem noſtram multum faciat, & acta Klangi haud parum illuſtret, hic inſerere inconveniens non videtur: " Nú ſkal taka þar til máls er Bödvar bió í Túngu í Sælingsdal. Þá redſt til búlags med hönum Ingvelldur Þórgílsdótter. hún var þá eckia. Þad vard þá tídinda, ad þeir ſynir Þórgeirs vóru med Sturla mági ſínum í Hvammi Þórvaldr oc Are. Þeir giördu ſer títt um fundi vid Túngumenn oc hittuſt optaſt ad laugum. Þat var um veturinn ad Þórvalldr hafdi farit til lauga í Sælingsdal, og er hann ſkylldi heim fara, fell hann af baki, oc ſkemdi ſig á fæti, oc mæddi hann blódrás, og færdu menn hann til Túngu og vard hann þar eftir og batt Ingvelldur um fót hanns. Um vorid var hann ýmiſt í Túngu eda Hvammi. Þat var mælt at þau Þórvalldr oc Ingvelldur mæltuſt fleyra vid enn adrer menn, enn vinir þeirra ſyniudu þeſſ. Enn um vorit eftir, rædſt Þórvalldr til Eyafiardar, enn Ingvelldur giördi þá bú ad " Ballará.

§. 3.

Ex Dania per Norvegiam revertens, materiam templo aptatam coëmit,

---

» Ballará. hún let ser búa svefnhús oc var þar laungum. hún hafdi fóta mein um
» sumarit, og geck litt um sýslr. enn um haustid kom kona, hún var Leifsdótter
» og het þórdís, hún var úr Eyafirdi. oc er hún hafdi þar litla stund verit, þá ól
» hún barn oc var nefnt Sigrídur, enn fadirinn þórsteinn Leifsson nordlendskr
» madr. Hún fór um haustit nordr til Eyafiardar, enn ei ad sídr giördu menn
» margordt um rád þeirra þórvallds og Ingvelldar. Enn er Einar vard þessa víss,
» leitadi hann eftir um málid vid þórvalld, enn þau svör kómu þar í móti af þór-
» vallds hendi at synia, oc var festr járnburdr fyrer, enn Klángr biskup skylldi
» um giöra, hversu sem skírsla gengi. Grímr het sá madr er járnit bar, nord-
» lendskr madr. enn er höndin var leyst, var þat atkvædi biskups at hún væri skír.
» þar eftir sneri biskup giörd oc giördi fe á hendr Einari, oc sleit so því þingi.
» þat sumar bióst þórvalldr til utanferdar í Eyafirdi. þá seldi Ingvelldur Sturlu
» fiárheimtur sínar allar, oc tók hann sókn oc vörn til allra hennar mála, so sem
» hann væri adili. Eftir þad rædist Ingvelldur á laun nordr til Eyafiardar, oc skar
» ser skrúdklædi, (*alii habent* skaur) sem karlmadr væri, oc med henni Steingrímr
» Kumballdi Onarsson. Og er kaupmenn lögdu út eftir firdi, hlódu þeir segli,
» skutu báti, oc reru yfir á Gálmars tiörn, og geck Ingvelldur þar á skip. oc fer
» burt med þórvalldi og kómu vid Noreg. þá var Inge Háconarson Kóngr, og
» rædst þórvalldr til hanns, enn Gregorius Dagsson tók vid halldi Ingvelldar.
» Enn er þad frettist, þá hefst ad nýu sá ordrómr, at Sigrídur mundi vera dóttir
» þórvallds og Ingvelldar, og þat med at skírsla hefdi villt verid, og at Sturla og
» Ingibiörg hefdu þessi rád vitad med þórvalldi, oc snýst nú Einar med fiandskap
» á móti Sturlu oc kvad hann hafa vafid sig í miklu vandrædi. oc næsta sumar
» hóf Einar þad upp fyri vinum sínum, at hann mundi málunum framhalda vid
» Sturlu um þenna óhæfu hlut. oc so giördi hann, oc fiölmenti miög, oc setti þau
» mál í dóm og hann hefdi rádit þau rád þórvalldi, at hann skyldi segia ad þór-
» steinn væri fadir Sigrídar, þar sem þórvalldr væri þórgeirsson, oc giört þar í mann-
» villu oc kristnispell, oc let varda fiörbaugsgard. enn Sturla baud eid fyri málit,
» at hann hefdi ei í þeim málum verid. Einar mælti: fá tólf menn med þer at
» sanna eid þinn, oc mun eg þeim málum ei framhallda. oc er eidar skyldi fram
» fara, þá skildi Sturla undir eidstaf sinn, at hann hefdi ei rádit þórvalldi ad
» giöra mannvillu. þá mælti Einar so undir máled: oc ei vitad med hönum. þá
» svaradi Sturla: Eigi hugda eg mig um þad mundi sekaun verda, þó eg segda
» ei óhapp teingdamanna minna medan eg var ei adspurdr. þá svaradi Einar, og
» kvad þad nú heyra mega, hvert Sturla hefdi ei vitad mannvilluna, oc sá ord-
» rómr lagdist á at hann mundi vitad hafa, var þá lokid sáttinni. enn med því at
» sekt var ógolldin, er biskup giördi á hendr Einari, þá stefndi Sturla eindaga um
» alþingis sektar halld oc let varda fiörbaugsgard, oc fóru hvörutveggiu málin í

» dóm

coëmit, qvam duabus navibus advexit, unde Anno 1153. templum Skal-
 hol-

" dóm oc höfdu hvörutveggiu mikid fiölmenni, oc gengu málin fram, oc urdu bádir
" fekir fiörbaugsmenn, Einar oc Sturla. Eftir þíngit ftefndu þeir bádir lidi til
" feránsdóma, oc þá fór Einar í Hvamm med hálft fiórda hundrad manna; enn
" hann let eftir í Saurbæ Hrólf Gunnálfsfon med hundrad manna. —— Nú fátu
" hverutveggiu í fekt þat misferi, enn at fumri búaft þeir bádir til þíngreidar,
" Sturla Lángavatnsdal, enn Einar Bröttubrecku, og er hann kemr fudr í Kálfs-
" dal, fkipti hann lidi finu oc mælti: Nú er þann veg um búid, at ver munum
" breyta rádum um ferdir vorar oc fnúa aptr í herad, enn Alfr fon Þórodds Jóns-
" fonar fkal taka vid godordi mínu. Mörgum mönnum kom þetta óvart, og þótt-
" uft fkilia at nockut ftórt mundi undirbúa. Einar fnere þá aptr med hálfann
" þridia tug manna. Þar var med hönum Gunnfteinn Þórisfon. Þeir áttu náttverd
" ad Saudafelli, og ridu um nóttina inn í Hvamm. Þá mælti Einar, ádr þeir ridu
" ad bænum. Nú em eg á þad viliadr, at vær elldum ófparliga í Hvammi þeffa
" nótt, oc mættu þeir reka minni til komu vorrar. Þeir vóru og fleftir med hön-
" um er ei löttu þeffa miög. Og er þeir tóku Hvamm, þá færdu þeir menn alla
" í kyrkiu, enn ræntu fe öllu; Brendu fidan bæinn oc færdu allt fed veftr til
" Saurbæar, oc fögduft ad finu gánga. Einar reid þá til þíngs med níunda mann.
" Og er menn komu á fund Sturlu oc fögdu hönum tídindin, fagdi hann at Einar
" mundi elldt hafa friulauft. Einni nátt fídar, var leitad um fáttir af beggia vin-
" um, oc ftefnur tillagdar. Þvíat mönnum þótti til vandræda búaft. Sídan var
" fóktr Klángr bifkup at hann mundi giöra um málid. Einar játadi því oc fo
" Sturla. og ádr þíngid var fett, var fættft á öll þeffe mál. enn ádr lykt væri á
" þeffum málum, qvadft Sturla vilia, at bifkup ynni fimtardóms eid, at hann giördi
" jafnfætti. Sídan var fundr lagdr í Bóndakyrkiu allfiölmennr. Þá mælti bifkup.
" Eg giöri fyrir brennu og bæar fkada fextiu hundrud. Enn fyrir fakir vid Einar
" fimmtiu hundrud í vöru, fkulu gialldaft aptr. Eftir þad vann bifkup fimtardóms
" eid. Þá mælti Sturla: So virdi eg eid bifkups fem páfkameffu. enn fatt er þad,
" at fleftir munu ei kalla giöldin mikil og giördir ei fefamar." Id eft: *Narratio jam id temporis tangit, qvo Bödvarus Tungæ Sælingsdalenfium habitavit, qvo cum focietatem villicationis Ingvelda filia Thorgilfi, qvæ tum temporis vidua erat, iniit. Eodem tempore accidit, ut Thorvalldus & Arius, filii Thorgeyri, Hvammi apud eorum affinem Sturlam agerent. Hi Tungenfes fæpe vifitabant, & fæpiffime apud* (balnæa) *thermarum conveniebant. Hyeme Thorvaldus thermas Sælingsdalenfes adierat, cum autem in revertendo effet, eqvo delapfus, pede leviter vulnerabatur, & fangvinis miffione langvefactus, Tungam vehebatur, ubi remanfit, pedem autem ejus Ingvelda obligavit. Vere Thorvalldus nunc Tungæ, nunc Hvammi egit, rumorqve fuit, Thorvaldum & Ingveldam mutuam monftrare familiaritatem, majorem qvam cum cæteris hominibus, qvod tamen eorum amici pernegavere. Vere feqvente Thorvaldus ad Eyafiordum demigravit, Ingvelda vero Ballaraaæ villicationem inftituebat. Ibi dormitorium fibi exftrui fecit, ubi jugiter fe continuit. Æftate illa apoftemate pedis detine-*

holtente, priori multo capacius & auguſtius magno niſu & impenſis ædificavit

detinebatur, & negotiis gerendis, non multum interfuit. Autumno illo mulier nomine Thordiſa, filia Leifi, de Eyafiordo oriunda, eo venit, quæ cum paulisper ibidem manſerat, infantem, cui nomen Sigrida inditum, enixa eſt, Thorſteinus vero filius Leifi, in qvarta ſeptentrionali degens, (infantis) *pater dicebatur. Hæc* (Thordiſa) *autumno ſeptentrionem verſus ad Eyafiordum revertebatur, nihilo etiam ſecius de commercio Thorvaldi & Ingveldæ rumor increbuit. Einarus de his certior factus, e Thorvaldo has res exqvirit, reſponſum nactus: Thorvaldum pernegaturum, factaque ab hoc ſtipulatio de ordalio ſubeundo, de ſucceſſu vero ordalii Epiſcopus Klangus cenſor eſſet. Grimus nomen erat viro, qvi ferrum portavit, is e qvarta ſeptentrionali oriundus erat. Manus autem ubi detegebatur, illæſam eam eſſe epiſcopus edixit. Sententiam exin epiſcopus invertit, ac Einarum multavit, & ita comitia illa finita ſunt. Hac æſtate Thorvaldus in Eyafiordo peregrinationem paravit. Tunc Ingvelda Sturlæ omnia nomina ſibi debita ceſſit, ille vero omnium ejus cauſarum actionem & defenſionem, ac ſi dominus eſſet, in ſe ſuſcepit. Ingvelda poſtea clanculum ad Eyafiordum iter facit, & viri inſtar veſtimenta aſſumit* (crines circumcidit), *comitem habens Steingrimum Kumbaldium filium Onari. Mercatores vero ſecundum ſinum navigantes, vela contraxere, ſcapham demiſere, & in lacum Galmarstiörn trajecere, ubi Ingvelda navem aſcendens, una cum Thorvaldo peregre profecta, ad Norvegiam appulit, regnante tunc temporis Ingio Rege filio Haconis, cujus ſatellitio Thorvaldus nomen dedit, Gregorius vero Dagi filius Ingvildam ad ſe recepit. Hæc cum rumore nota eſſent publico, Sigridam Thorvaldi & Ingveldæ filiam eſſe, ſed ordalium corruptum fuiſſe, & Sturlam ac Ingebiorgam omnium horum conſcios fuiſſe, fama iterum invaleſcit, qvare Einarus acri in Sturlam ira exæſtuans, hunc ſe periculoſis illaqveaſſe plagis dictitavit, & æſtate proxime ſubſeqventi Einarus ſe horum nefandorum actionem Sturlæ intentaturum amicis fidem fecit, qvod & peregit, & ingenti ſtipatus multitudine, hanc judicio cauſam judicandam commiſit, Sturlam Thorvaldo conſilium dediſſe, diceret Thorſteinum patrem eſſe Sigridæ, cum revera Thorvaldus hic ſit Thorgeiri filius, qva in re* (Sturlam) *errorem perſonæ & crimen læſæ religionis chriſtianæ commiſiſſe, qvod banni inferioris conſtare aſſeruit. Sturla contra, ſe, his non interfuiſſe, juramento ſe purgaturum obtulit. Einarus regeſſit: Duodecim conſacramentales aſſume, nec ego tum actioni ulterius inſiſtam. Sed cum juramentum proferendum erat, Sturla illud hac formula reſtringi voluit: ſe Thorvaldo errorem perſonæ committendi conſilium non dediſſe. Einarus tunc adjecit: nec ei hac in re conſcium fuiſſe Sturla reſpondit: Non ideo me proſcribendum fore rebar, qvod nondum interrogatus affinium meorum infauſta non revelarim. Tunc Einarus regeſſit, in propatulo jam eſſe Sturlam erroris perſonæ commiſſi conſcium fuiſſe, rumor qvoqve increbuit eum conſcium fuiſſe, tum & inter illos induciæ deſiere. Cum vero multa qvam Epiſcopus Einaro indixerat, nondum eſſet numerata, Sturla hunc multæ in foro generali indictæ retentionis in jus vocabat, utriusqve cauſa judicio committebatur, uterqve frequentia comitum erat ſtipatus, cauſæ judicabantur, & uterqve tam Einarus qvam Sturla banni inferioris reus peragebatur. Exactis comitiis, uterqve auxilia ad proceſſum exſecutionis*

ficavit (a); Tandemqve perfectum, præsentibus Biörno Holensi Præsule,
 Nicolao

nis cogebant; Einarus tum una cum viginti supra quadringentos viris Hvammum tendebat, Saurbæi autem Hrolfum filium Gunnalfi una cum centum viris reliqvit. —— Uterqve hunc annum proscripti peragunt, æstate vero seqventi uterqve iter ad comitia generalia parant, Sturla (iter fecit) per Langavatnsdalum, Einarus per Brattabreckam; qvi ubi meridiem versus in Kalfsdalum venit, exercitum bifariam dividit, dicens: Est mihi consilium propositum itineris mutandi, ego occidentem versus revertar, Alfus autem filius Thoroddi Jonæi, pretura mea fungatur. Hoc multis improvisum, cui magnum qvid subesset, videbatur. Einarus unacum viginti qvinqve comitibus revertebatur, cum illo Gunnsteinus erat, filius Thoreri. Apud Saudafellum cœnabat, nocte vero Hvammum pergebant, sed prius qvam ad villam pervenere, Einarus verba facit: Est mihi volupe, ut hac nocte Hvammi ignem haud parce suscitemus, & adventus nostri isti habeant qvo meminerint. Plurimi etiam ejus comitum tales erant, qvi hæc non multum dissvadebant. Ubi Hvammum pervenere, omnes homines templo inclusere, bona vero omnia deprædabantur, villam deinde concremabant, & omnes facultates occidentem versus Saurbæum transferebant, sua se asportare dictitantes. Einarus exin cum octo comitibus forum adiit generale. Ubi autem Sturlæ de iis qvæ facta erant nuncium referretur, Einarum haud perfunctorie ignem excitasse conjectabat. Die seqvente utriusqve amici reconciliationem tentabant, & conventum indicebant, multa enim hinc pericula enascitura suspicabantur. Klangus deinde Episcopus, ut causæ esset arbiter, appellabatur, in qvod & Einarus & Sturla consenserent, & de omnibus his causis ante comitiorum initia transactio sancita est. Sed priusqvam sententia promulgaretur definitiva, Sturla, ut Episcopus juramentum qvinti judicii de sententia ex æqvo ferenda faceret, urgebat. Conventus exinde freqvens in templo Colonorum indicebatur. Tunc Episcopus verba facit: Pro incendio & damno villæ illato sexaginta hundredarum multam censeo; Sed ob actiones Einaro competentes qvinqvaginta hundredæ mercium rependentur. Postea Episcopus juramentum qvinti judicii dixit. Tum Sturla: Juramentum Episcopi tanqvam missam paschalem veneror, certe tamen plurimi multas non ingentes, nec sententiam lucrosam esse asserent. Ubi habemus Ingvelldam Halldoro cuidam nuptam, cum eo discors egisse conjugium. Deinde a Thorvaldo compressam, ipsumqve in Norvegiam abscedentem secutam, cum Gregorio Dagi filio victitasse. Sed qvamdiu ibidem substiterit, non additur. Thorvaldum dicit *Sturlunga* Lib. 2. cap. 40. usqve ad mortem Ingi Regis, in ipsius satellitio hæsisse, sed deinde in Islandiam reversum, qvod Anno 1161. factum est. Verisimile itaqve fit, Ingvelldam tamdiu etiam in Norvegia mansisse; præsertim cum Gregorius eodem, qvo Rex, perierit anno. Unde seqvitur, Klangum senem sexagenarium, cujus valde adstrictam vitam laudat et miratur *Hungurvaka*, mulierem genere qvidem & forte forma conspicuam, sed parum pudicam, nec integræ famæ & multarum turbarum causam, tori sociam adscivisse: qvod inter alia documento est, solutiorem vitam, si aliæ adfuerint dotes, hoc tempore inter crimina non fuisse numeratam.

(a) Nostrates qvondam domos sacras sæpius refecerunt & ædificarunt; nam de Gissuro, Magno,

Nicolao Abbate, aliisqve primatibus, ab ambobus Episcopis, uno intrinsecus, altero vero extrinsecus consecratum, Abbate concionem habente, Divo Petro dedicavit (a). Peractis vero sacris, fere 800. convivarum splendidum convivium exhibuit (b), nullo Magnatum sine donis dimisso. Præterea aureum calicem pretiosis ornatum gemmis templo donasse, & Bibliothecam multis codicibus auxisse fertur. Cœnobia tria, aut ipse fundavit, aut ab aliis fundata confirmavit; *Hytdalense* Anno 1166. cui Reinum Abbatem, suum qvondam in schola Holensi condiscipulum præfecit; *Thyckvabæjense*, cujus Priorem Anno 1168, & deinde 1172. Abbatem, constituit Thorlacum Thorhalli; *Flateyense* Anno 1172, qvod 1184. Helgfellum translatum fuit. Ipso sedente, status ecclesiæ turbulentior fuisse videtur, nam hoc tempore Magnates, præsertim Einarus Thorgilsi & Sturla Theodori, mutuis cædibus, præliis, incendiis, & rapinis grassabantur (c).

§. 4.

Klangus multo durius vitæ genus, qvam qvisqvam prædecessorum sectatus est; Nam non solum jejuniis atqve vigiliis, sed etiam aperto capite

---

Magno, & Klango refertur, qvod omnes ædem Skalholtensem refecerint, unde insignis eorum pietas elucet. Nam templa qvam splendidissime ædificare, eaqve ditare primum & maximum præceptum tunc temporis habebatur.

(a) Qvanti Klangus Biornum, suum qvondam herum & Præsulem fecerit, hinc patet, qvod eum omnino tanti honoris participem esse voluerit, ut una secum cathedrale templum consecraret; Tantæ enim eum fuisse superstitionis, non est probabile, qvod crediderit, consecrationem efficaciorem fore, si a binis Præsulibus & Abbate, qvam si ab uno Episcopo perficeretur.

(b) Obstupeo, stantqve comæ, cum reputo unde Klango facultates ad tantas expensas tolerandas, qvantas verisimile est hæc omnia exegisse. Mecum etiam hac in re Auctor *Hungurvakæ* facit, vel etiam ultra progreditur, dicens: *Prudentiores non sine causa dubitasse, num omnia perficere posset, sed miro dei auxilio & providentia perfecisse* &c. Sed siqvid sapio, Klangus qvidem omnia sua, forte & amicorum bona his sumtibus impendebat. Sed nemo aut pauci convivarum vacuis manibus apparebant; suis enim donis & oblationibus sumtus omnes rependebant; & hinc natum forte tritum illud apud nos proverbium: " hrýtr ad Klænge. " Id est: *Klango multi multa dant.* Usurpatur autem cum de crebris & inopinatis largitionibus sermo est.

(c) Legenda *Sturlunga* Lib. 2. cap. cit.

pite nudisqve pedibus per glaciem & salebras transcurrendo, multum semet exercebat. In senectute valetudinarius, & præcipue podagricus factus (a), Gissuri exemplum imitans, Eisteinum Archiepiscopum, ut se officii cura levaret, aliumqve sibi episcopum substitueret, oravit; qvod eatenus impetravit, ut vicarium ad visitandas ecclesias eligere concederetur, ipse vero alias officii partes, qvo ad posset, obiret (b). Hac accepta potestate, Anno 1174. Abbatem Thyckvabajensem Thorlacum Thorhalli filium sibi vicarium & successorem elegit. Anno 1175. tantopere eum adversa pressit valetudo, ut lecto surgere neqviret, omniaqve, tam foris, qvam domi in deterius & ad interitum vergere viderentur. Ea propter Thorlaco, omnem rei domesticæ & officii administrationem tradidit, & tandem 1176, ipso Matthiæ festo, Anno ætatis 74, officii 24, vitam cum morte commutavit.

CAP. VI.

De Thorlaco Thorhalli filio.

§. I.

Sexto Skalholtensium Præsuli Thorlaco Thorhalli filio, nobili aboriginum stemmate oriundo, hanc lucem Anno 1133, videre, epheboqve adhuc in Ejulfi, Sæmundi Polyhistoris filii, contubernium adscisci contigit (c), qvod tandem doctus, pius & politus reliqvit. A Magno Einari diaconus,

---

(a) Non mirum, qvod tandem pedibus laborarit, cum nudus pedes saxa toties & glaciem conculcarit.

(b) Anno 1152. Nicolaus Cardinalis Archisedem Nidarosiensem instituit, eiqve primum Archiepiscopum Jonam antea Stavangrensem Præsulem præfecit; huic Eysteinus successit, qvi non tam scrupulosus fuisse videtur ac Öllurus Lundensis, de qvo supra cap. 3. §. 3. pag. 273.

(c) Genealogia ex *Landnama* pag. 150. 160. peti potest. Ejulfum Thorlacus postea tanti fecit, ut de moribus bonis aut re qvapiam magni momenti loqvens, addere soleret: *Sic dixit* aut *fecit Ejulfus nutricius meus.* Conf. *Vitam Thorlaci* a Monacho qvodam seqvioris seculi superstitionibus, ut videtur, non parum dedito, conscriptam, ex qva plurima nostra excerpsimus. Vid. supra Sect. 1. cap. 2. §. 13.

diaconus, ſed a Biörno Holenſi ſacerdos conſecratus, ad majorem eruditionis ubertatem acqvirendam, iter ad exteros ſuſcepit, primumqve Lutetiæ Pariſiorum, deinde Lincolniæ Anglorum literis operam dedit, tandemqve poſt ſexennii abſentiam, patriæ reſtitutus, nobilis (a) divitisqve cujusdam viduæ connubium expetere conſtituit; ſed pridie qvam animi ſenſa deſtinatæ ſponſæ aperire decreverat, in ſomniis (b), ne rem effectui daret, monitus, aliam enim ipſi ſponſam præviſam eſſe, nunqvam poſtea procum acturus, ab incepto deſtitit. Hinc cum Biarnhedino ſacerdote Kirkebajenſi, viro pio & probo, ſexennium vixit.

§. 2.

Tum temporis Thorkillus Geiri filius, vir itidem pius & bonæ frugis, ſed propinqvis hæredibus deſtitutus, & in ſenium vergens, cœnobium Thyckvabajenſe fundare animum inducens (c), Thorlacum, ut ſuo propoſito ſubſervire vellet, exoravit A Klango igitur 1168. primo Prior, & deinde 1172. monaſterii Thychvabajenſis Abbas conſtituitur. Cui officio tanta ſapientia & ſanctimonia præfuit, ut parem vix invenires (d); hocqve vitæ genere tantam ſibi famam acqviſivit, ut Anno 1174. Klango ætate & valetudine feſſo, Epiſcopus Skalholtenſis aliis poſthabitis (e) eligere-

(a) Non omnino immerito majores noſtri nobilitatem jactabant, fuerunt enim a *Jarlis*, *Herſis*, ſeu Comitibus & Baronibus Norvegicis, imo & a Regibus oriundi, qvod probat *Landnama* paſſim. Conf. *Laxdæla*, *Eyrbyggia*, *Vatnsdæla* &c.

(b) Qvantum pii veteres ſomniis, qvæ omnia plerumqve pro divinis habuere, tribuerint, enucleatiſſime tradit patriæ noſtræ decus Celeberr. *J. ERICI* in *Obſerv. ad Antiqvit. ſeptentrionales.* Obſerv. 1.

(c) Noſtrates pariter ac alii tum temporis ſolebant Chriſtum & ſanctos ejus, (ut loqvuntur Hiſtoriæ) hæredes ſcribere. Id eſt: Cœnobia fundare, hoc modo ſe religioni optime conſulere putantes.

(d) Thorlaci curam & ſapientiam, qvæ in inſtitutione & regimine monachorum eluxit, magnopere laudat auctor *Vitæ* ejus. Ait enim: *Non tantum conterraneos, ſed etiam extraneos, ad cognoſcendos ipſius mores & inſtituta undiqvaqve confluxiſſe* &c.

(e) Tres erant viri, pari pietatis & eruditionis laude cluentes, qvi huic officio pares, & tanto honore digni videbantur. *Paulus Solvi filius* ſacerdos Reykholtenſis, Abbatesqve duo, *Ögmundus* & *Thorlacus;* Sed annuente præſertim Thorkillo Geiri filio, magnæ auctoritatis viro, Thorlacus reliqvis prælatus eſt.

eligeretur. Sed neqve tamen hoc, neqve feqventi anno Norvegiam petere fuſtinuit (a).

§. 3.

Anno 1176, qvo Klangus ad plures abiit, Eiſteinus Archiepiſcopus inter alia per literas monuit, ne Epiſcopi electionem differrent, talemqve ſine mora ſibi ſiſterent, qvi verum animarum paſtorem agere, & poſſet & vellet (b). Hinc Thorlacus tandem 1177. iter Norvegicum ingreſſus, ab Archiepiſcopo honorifice qvidem excipitur; ſed ordinationem, usqve dum Regis & Comitis, regni tum temporis uſurpatorum, conſenſum impetrare poſſet, Archiepiſcopus abnuit. Hoc ægre tandem accepto, Thorlacus Anno 1178, 6. Nonas Julii, præſentibus, Erico Stafangrenſi, & Paulo Bergenſi, Epiſcopis, Præſul conſecratur (c).

§. 4.

Qvam primum cathedram aſcendit, omnia ad ſe, ſuumqve munus, qvodam modo pertinentia, rite ordinare & ſcite diſponere cœpit. Domeſticis ſtatim certam vitæ normam præſcripſit. Clericos pie viventes & officio digne fungentes in ſummo habuit honore, reliqvos, aut paterne monuit, aut pro re nata caſtigavit. Inſtantibus majoribus feſtis, qvotqvot domi ſuæ habuit, clericis ad ſe adſcitis, officium in memoriam revocavit; omnibus ipſe exemplum præiens (d). Nam non tantum cibi, potus

---

(a) Timens forte Erlingi Comitis iram, qvi tum temporis Iſlandis inimicus fuit, ut habet *Vita Thorlaci*, ſed inter Eiſteinum Archiepiſcopum & Erlingum Comitem arcta fuit amicitia. Conf. ſupra Sect. 2. cap. 3. §. 2. pag. 225.

(b) Author libri cit. refert Archiepiſcopum hanc addidiſſe rationem, qvod *Klangum jam, & muſtum & ſiligo deficerent, ut poſthac ipſis uſui eſſe non poſſet.* vid. ſupra pag. 239.

(c) De Thorlaco Eiſteinus dixit: *Neminem a ſe ordinatum eſſe epiſcopatu digniorem, ſuamqve ultimam vitæ horam qvotidianæ ejus vitæ ſimilem fore* optavit. De tempore conſecrationis confer *SCHÖNNINGIUM* in *Vita Eyſteini* pag. 436.

(d) Omnia enim, qvæ aliis præcepit, ipſe perfecit, diſſimilis plane hac in re, ſeqviorum ſeculorum ſanctulis, graviſſima onera aliis imponentibus, minimo autem digito illa attingere nolentibus.

tus & fomni parciffimus, fed regulæ cui olim nomen dederat, etiam qvo ad victum & veftitum tenaciffimus fuit; Aliis enim fomno indulgentibus, lectioni facræ & precibus invigilavit. Qvovis mane cum veftes indueret, *Credo in Deum*, *orationem Dominicam*, *Jefu noftra redemtio*, *orationem Gregorii*, primumqve *Davidis Pfalmum*; templum vero intrans, folitas monachorum preces, hymnosqve in laudem Sacræ Sanctæ Triados recitavit. Hinc Sanctos, præfertim templi, in qvo conftitutus fuit, patronum, Matremqve Dei honoravit, tandemqve coram altari pronum fe ftravit, qvotidie vero præter enumerata, trientem Pfalterii perlegit. Caufas perplexas aut dijudicatu difficiliores tractaturus, Salomonis verba, fapientiam a deo flagitantis, in ore habuit. Concionantem difficilis loqvela & durior vox qvidem impedivit, fenfus vero verborumqve connexio, femper dulcis decensqve fuit. In pauperes fuit munificentiffimus; Nam præter qvotidianas eleemofynas, fub majora fefta & folennitates, horum octo, decem vel plures Skalholtum vocavit, ad qvos bene paftos clanculum introivit, lotisqve propriis manibus eorum pedibus, neminem indonatum abire paffus eft. Pecuniam aut penfiones ex adulteriis aut inceftibus fibi debitas (a), fuis loculis inferri noluit, fed orphanis, aut domeftico aliqvo malo preffis diftribui curavit. Tempeftates, tonitrua, aliaqve, qvæ fui juris non effe novit, nunqvam impatienter tulit. Comitia anniverfaria & tempora qvatuor hebdomadum maxime fe timere profeffus eft. Illa ob caufas perplexas, & enormia delicta, qvæ ibi aut accidebant, aut dijudicanda erant. Hæc vero qvoniam tum potiffimum Clerici ordinandi erant, qvorum qvidam minus docti, qvidam minus morati apparebant. Omnes autem qvi ipfi minus placebant, ob meliorum penuriam, aliasqve prægnantes caufas, rejicere non fuftinuit. Teneræ femper fuit valetudinis, ideoqve medicamentis, qvæ ad manus fuerunt, crebro utebatur.

§. 5.

(a) Vim legis tum temporis in Iflandia obtinuit *Jus Ecclefiafticum* a Thorlaco & Ketillo compofitum, in qvo, qvale ad nos pervenit, de penfionibus Epifcopis ex adulteriis debitis, nihil legitur; unde patet, aut id jam mutilum effe; aut qvod vero fimilius, hunc morem, poft id compofitum, introductum effe. Ejusdem enim cap. 9. dicit: *Juftum eft Epifcopis a judicibus civilibus petere, ut de reatu inceftuoforum conftituant.* Et in vita Thorlaci Runolfi filii, inqvit Auctor *Hungurvakæ: Nullas alias* (ɔ: præter decimas) *penfiones tum temporis ad Epifcopum pertinuiffe.*

§. 5.

Hic primus Epiſcoporum Islandiæ, juſſu & inſtinctu Eiſteini Archiepiſcopi Nidaroſienſis, excommunicationem in Islandiam, ſi non introduxit, ſaltem exercuit, mulctasqve, ut videtur ex inceſtibus & adulteriis provenientes, Epiſcopis vindicavit. Clericis matrimonium interdixit. Primus etiam laïcos templorum patrocinio, & bonorum eccleſiaſticorum ſeu præbendarum diſpenſatione, omniqve earum uſufructu privare aggreſſus eſt (a). Hujus controverſiæ ſtatus & circumſtantiæ ut melius intelligantur, rem radicitus enarrabimus.

§. 6.

Vera religione in Islandiam introducta, ditiores pleriqve templa, qvam maximæ capacitatis & ſplendidiſſima ædificare certarunt, iisqve campanas, veſtes ſacras, aliaqve magni pretii ornamenta, ſuis ſumtibus compararunt Qvidam etiam alia, ut vaccas, boves, oves, eqvos, ſues, cæteraqve animantia, qvæ tum temporis lucroſiſſima fuerunt. templis & ſacro uſui ex ſuis facultatibus adſcribi curaverunt. Nonnulli & ipſum fundum totum, dimidium, vel ex aliqva parte, jam cum villis & minoris notæ fundis, piſcinis, aviariis, & talibus, qvæ fructum aliqvem ferrent, jam ſine iis, legarunt. Sed ſinguli ea conditione & cautione adhibita, ut ipſi, eorumqve poſteri, has in res tam mobiles, qvam immobiles, patronatus jure ſemper gauderent, omniumqve bonorum uſum fructum caperent. Interim tamen templa, eorum ornamenta & utenſilia conſervarent & augerent, perſonasqve ſacras, puta ſacerdotes, diaconos, eorumqve vicarios (qvorum hoc ſeculum & ſeqventia feraciſſima fuerunt) ſuſtentarent; Præterea unum aut alterum pauperum ex ſua familia gratis alerent. Hæc majorum non minus pie qvam ſapienter inſtituta, Thorlacus annihilare, aut (ut ipſe dixit & dici voluit) reformare in animum in-

(a) Hæ controverſiæ, de jure præbendarum & Clericorum conjugio, fax & tuba controverſiarum fuerunt, qvæ Thorlaco cum ſuis poſtea interceſſerunt, ut ex dicendis patebit. Conjugium interdictum Doctiſſ. *ARNGRIMUS Crymog.* pag. 109. *fructum militiæ qvam Pariſienſium Muſis militaverat*, vocat, qvod qvidem non diffitemur. Interim tamen ſomnium, cujus ſupra mentionem fecimus, altiſſimas in mente ejus radices fixiſſe videtur. Alias enim ipſe in patriam redux, dudum ſacris initiatus, propoſitum de connubio contrahendo non intermiſiſſet.

duxit (a); cujus rei anno episcopatus secundo, seu 1179. qvadrantem orientalem visitans initium fecit.

§. 7.

Tum temporis prædium Svinafell tenuit celebris vir Sigurdus Ormi filius, qvi templum suis sumtibus exstructum & ornatum, ab Episcopo consecrari petiit. Sed renuit Episcopus, ni prædium cum omnibus ad id pertinentibus, plenoqve patronatus jure sibi suisqve successoribus concederetur; id enim ipsis, non vero laïcis, legibus divinis & constitutionibus Apostolicis concessum esse, eisqve solum, ut omnium rerum sacrarum, sacrisqve usibus semel addictarum dispensatoribus, convenire; id etiam a Pontificibus Romanis, Apostolorum successoribus, per universum christianum orbem in leges divinas & humanas relatum, qvarum auctoritatem secutum Eisteinum Archiepiscopum Nidarosiensem, idem in Norvegia tentare, sibiqve ut eadem in Islandia faceret, severe injunxisse. Laïcos autem hac in re Episcopis contumaciter resistentes excommunicandos, & ad finem dierum a vita æterna excludendos esse confirmavit. His minis victus Sigurdus, juri patronatus renunciavit, & sibi suisqve posteris abdicavit, Episcopo autem & ejus successoribus addixit tradiditqve. Hujus exemplum omnes in orientali Islandiæ qvadrante proprietarii seu templorum patroni, præter Thvottaënsem & Hallormstadensem, secuti sunt.

§. 8.

Eadem tempestate in meridionali Islandiæ qvadrante floruit Jonas Lopti filius, vir sui seculi, generis nobilitate (b), eruditione, & divitiis facile primus, sacro simul diaconatus (c) officio, & plurium provinciarum

---

(a) Hujus causa, ut ipse Thorlacus fatebatur, fuit Eisteinus Archiepiscopus. Sed cum ille audiret, Eisteinum hac, reliqvaqve sua insolentia Sverrum Regem valde offendisse, & tandem in Angliam secessisse, ab incepto destitisse videtur. Archiepiscopum tale qvid a Papa in mandatis habuisse non puto dubitandum. Exstare enim de hac re Bullas Alexandri 3tii. ad Svecos & Gothlandos testatur *ORNHELM* in *Histor. Eccles. Svec.* pag. 503.

(b) Magni Nudipedis Norvegiæ Regis ex filia nepos; vide supra Sect. 1. cap. 2. §. 14.

(c) Id plurimis nostratium tunc, præsertim Magnatibus usitatum fuit, ut ex Ketilli Holensis, Pauli

rum politico prætoris munere fungens, patronumqve templi Hofdabreckensis agens. Hoc dejectum tempestate, sumtuose refectum ab Episcopo sacris initiari voluit. Sed abnuens ille, eandem, qvam supra tetigimus, telam texuit. Jonas autem utpote vir doctus, caussæ & viribus confidens, talem conditionem rejecit, non inepte qvædam de Episcoporum nimio rigore, exactionibus, & injustis excommunicationibus, addens. Hæc ejus verba Episcopo ita bilem moverunt, ut in hæc erumperet: *Omnino qvidem intolerandum esse, qvod per fas & nefas res sacras tractare & dispensare auderet, ejus tamen adulteria & fænerationes, multo esse intolerabiliora.* Cum vero inter eos ad supremum venturum esse, viderent amici, qvi utrinqve adstabant, tandem suis efficere potuerunt persvasionibus, ut acceptis, qvas primo Jonas proposuerat, conditionibus, Episcopus templum consecraret, atqve hac vice, amici, saltem verbo, discederent. Sed plurimis in pari casu Jonæ vestigia legentibus, Episcopus qvidem ab incepto destitit; Igniculus vero qvi semel fumare cœpit, tandem inter eos in apertum odii incendium erupit.

§. 9.

Jonas cæteroqvin, vir undiqvaqve magnus, mulierositati plus nimio deditus fuit; plures enim præter legitimam uxorem concubinas habuit, ex qvibus non paucos suscepit liberos. Inter has fuit ipsius Episcopi soror Ragneida, qvæ cum ipso a teneris ungviculis consveverat, qvod pium Præsulem pessime ussit. Hinc paulo post colloqvium illud de qvo nuper diximus, Jonæ, ut adultero, sacris interdixit, qvam ille non ferens ignominiam, Episcopi non modo inimicus, sed & hostis fieri cœpit, qvod odium malevoli qvidam, oleum igni addendo aluerunt, in qvibus primus fuit, Thorsteinus, adulterinus Jonæ filius. Qvomodo autem controversiæ serram duxerint, ex dicendis patebit (a). Præsuli aliqvando ecclesias visitanti, iter prope Oddam (Jonæ habitaculum) fuit, qvod præsciens Jonas, ad utrumqve faucium seu angustiarum latus, qva

 Episcopo

Pauli Skalholtensis Episcoporum, aliorumqve exemplis patet, qvi ante qvam Episcopi facti sunt, utroqve munere fungebantur.

(a) Jonam qvidem ut mulierosum, cætera vero ut doctum & undiqvaqve magnum virum, patriæqve utilem, reliqvæ omnes, præter *vitam Thorlaci* Manuscr. nobis describunt.

Epiſcopo transeundum erat, armatos diſpoſuit. Sed appropinqvante eo, ita illos nebula qvædam occæcavit, ut vix uni alterum, multo minus præſulem cum ſociis transeuntem cernere datum eſſet. Illi autem tot armatos ſe circumſtantes, & qvid ſibi iſta novitas vellet admirantes, intrepidi & illæſi tranſierunt.

§. 10.

Altera vice Epiſcopum per provinciam iter facientem Thorſteinus, patre nec jubente, nec omnino prohibente, cum valida manu inſeqvens, Storuvallis prandentem offendit; ſtatimqve foribus occupatis, minas mortemqve ſpirans, Præſulem, ut confeſtim exeat, adjurat. Ille vero exacto primum prandio, ſuis dehortantibus, & tantum non obluctantibus, intrepide exit. Qvod conſpiciens Thorſteinus, ingentem, qvam tenebat, ſecurim, lacertorum robore fretus, Præſulem confecturus elevat; ſed ipſi momento ita obriguerunt lacerti, ut nec ſurſum nec deorſum eos movere poſſet. Re itaqve infecta ad patrem revertitur, qvi poſtridie, ad anguſtias qvasdam ſeſe objiciens, pariter ac antea excæcatus eſſe traditur.

§. 11.

Tertio itaqve villam Skard, qvo Epiſcopum venturum cognoverat, occupat, ſuosqve ita ordinat, ut bina acies vicum ſeu fauces formaret, ipſe autem proxime ad portam templi conſiſteret; Hoc conſpiciens Epiſcopus, ſuis ſeqvi juſſis, confidenter armatas intrat fauces, & portæ appropinqvans, dum eqvo deſcendit, Jonam, *qva de cauſa ſe a templo arcere velit, rogat?* qvi, *qvoniam ſibi ab illo, pridem templi aditu interdictum ſit, ideo ſe jam ipſi jus talionis rependere velle*, reſpondet. Regerente Præſule, *ſacris qvidem ſe ipſi interdixiſſe; ſed ejus exſpectantem reſipiſcentiam, non omnino devoviſſe; cum vero, ut jam videret, ſpes ſe fefellerit, non ultra dilaturum, ſed qvam primum ſui juris fieret, illi diriſſimis imprecationibus malum optaturum.* Tunc Jonas: *Excommunicationis pœnam ſe qvidem meruiſſe fatebatur; Sed vera*, inqvit, *loqvor, tua maledictio & devotio me haudqvaqvam convertet. Sola dei gratia cor mentemqve mihi mutabit. Itaqve ſuo tempore volens, ſed minime a te coactus, ſororem tuam dimittam.* Tandem neutro minas remittente, Ormus Epiſcopi Confeſſionarius,

narius, utriqve amicus, ſuis perſvaſionibus & auctoritate, ut re infecta diſcederent, effecit. Jonas autem, Ragneida paulo poſt dimiſſa, abſolvitur.

§. 12.

Altera Thorlaco, huic non diſſimilis, circa Annum 1181, in prima qvadrantis occidentalis viſitatione, cum Svenone Sturlonio (a) controverſia interceſſit. Hunc Præſul privatim primo & amice monitum, ut ab inceſtuoſo adulterio deſiſtere vellet, cum talia fruſtra eſſe cerneret, diris tandem devovit. Qvod non ferens Sveno, cum armatorum cohorte Epiſcopum aggredi ſtatuens, nebula ſubito coorta, cum ſuis errabundus vagatus eſt, usqve dum diſcordes arma in mutuam ſtringerent perniciem, in qvo conflictu Sveno qvendam ſuorum occidit.

§. 13.

Tertia magno Præſuli cum Hugone Sacerdote Bajenſi lis fuit: Erant Hugoni duæ filiæ, qvarum primam Ejulfo Stafholtenſi elocaverat; ſecunda autem, editi in juventute partus, patrem, bubulcum parentis profitens, Theodoro deinde ſacerdoti Saurbajenſi nuptum data fuit; Sed longo poſt tempore, a Reino qvodam, Theodorum qvarto cognationis gradu tangente, imprægnatam ſe fuiſſe, profeſſa eſt. Hoc ubi Epiſcopo innotuit, eorum conjugium, ut inceſtuoſum, diſſolvendum pronuncians, divortium ipſis injunxit. Hoc cum illi ſuſqve deqve ferrent, ſacris eis interdixit, tandemqve ingenti ſtipatus cleri cohorte, pedaneorum in foro generali collegium accedens, jurejurando confirmari curavit, lege divina tale conjugium prohibitum eſſe (b). Liberos vero ex eo ortos, non

(a) Hic fuit filius natu maximus Sturlæ Theodori filii, cujus progenies *Sturlungi*, a parente denominati fuerunt. Sveno ut factioſus ſemper deſcribitur. Vide paſſim *Sturlungam.*

(b) Non qvidem ex legum Iſlandicarum ſeu Thorlaci & Ketilli, ſed Juris Canonici Romani præſcripto, unde illas pro lubitu horum ſucceſſores adaugebant & ſubditis tanqvam leges divinas obtrudebant. *Sturlunga* Lib. 3. cap. 3. " Þeſſi miſſeri urdu Bæar-" Högnamál, er hann gifti Sniálaugu dóttur ſína Þórdi Bödvarsſyni í tvöföldum " meinum. Þann rádahag bannadi Þórlákr biſkup med miklu guds traulti, at " hann

non tantum illegitimos, ſed ex inceſtuoſo congreſſu prognatos proclamans, ipſum Hugonem, ut conſcium & illiciti connubii ſvaſorem & authorem ab officio removit; Ejulſo autem non tantum mulieroſitatis, ſed etiam ſacrilegii, qvod prædium Stafholtenſe ſibi haberet, cauſas intentavit Hanc ſibi, ut putavit, illatam injuriam Ejulfus ulturus, Epiſcopum ad rivulum Geirſá, magno ſatellitum numero fultus adoritur, ab ipſo, ut pro duobus clericis, qvos ſecum haberet, totidem mulierculárum in Ejulfi clientela viventium conſtupratoribus, ex legum edicto ſatisfaceret, expoſtulans. Sed abnuente Epiſcopo conditionem, & Ejulfo mala minari incipiente, priusqvam ad extrema ventum eſſet, Thorleifus Beiſkaldus (a) intercedens, & pro Epiſcopo ſpondens, controverſiam ſopivit, non vero ſepelivit.

§. 14.

Prædictus Hugo, ex magna, qvam ex Norvegia advexerat, materie templum Bajenſe condiderat, cujus conſecrationem, ni ſuo arbitrio, pacta & conditiones pecuniariæ concederentur, Epiſcopus abnuebat. Sed hanc optionem Hugone reſpuente, ſatisqve ſcoptice minitante, id eqvile & ſtabulum in Islandia nobiliſſimum & celeberrimum futurum, domus diu conſecratione caruit. Tandem Hugo, Epiſcopum, Reykholto Saurbajum tendentem, circa amnem Grimſa, non longe a villa Bajenſi præterfluentem, ex inſidiis adoritur, & tantum non invitum reductum, templum, ſat qvidem amplis, ſed tamen qvibus ipſe voluit, conditionibus conſecrare adegit, qvo facto, ipſum cum comitatu ſplendido excepit

" hann geck til lögbergis med klerkaſveit ſína, oc lætr vinna eida, at ſá rádahagr " væri á móti guds lögum. Þá nefndi hann votta ad, ſegir í ſundr rádahaginn " oc forbodadi þá alla er rádit hofdu þeſſu. " Id eſt: *Hac tempeſtate cauſæ Hugonis Bajenſis inciderunt, is enim filiam ſuam Snialaugam Thordo filio Bödvari, duplici cum inceſtu, elocaverat. Conjugium id Thorlacus Epiſcopus, magna in Deum fiducia, contrahi prohibuit. Ille conſeſſum judicii univerſalis cohorte ſacerdotum ſtipatus adiit, & juramentis evinci curavit, conjugium tale legibus divinis eſſe prohibitum. Teſtibus exinde appellatis, conjugium reſolvit & omnibus qvi in hujus rei culpa fuerant, interdixit.* Conf. ſupra Sect. I. cap. I. §. 5. pag. 107.

(a) Hic eſt idem ille Beiſkaldus, qvi & Thorleifus Dives audit, cujus ſupra mentio injecta eſt. Hic anno 1210. centenarius obiit.

pit convivio, donisqve mactatum dimisit. Idem ipsius generi Ejulfus & Theodorus fecerunt, unde omnes verbo in amicitiam redierunt.

§. 15.

Senior factus, tædio seculi episcopatum resignare & in monasterium Thyckvabajense semet abdere cogitasse fertur. Sed priusqvam propositum exseqveretur, mortalitatem explevit Provinciam Borgfiordensem visitans, plus solito ægrotare cœpit, qvod sentiens, domum revertitur, mortiqve vicinus, coram amicis condito testamento, donisqve in clericos qvosdam & pauperes collatis, Paulo sororis suæ filio annulum suum mittit. Postqvam extremæ unctionis sacramentum acceperat, omnes a se factas excommunicationes, ni serio rei resipiscerent, confirmavit. Deinde ab omnibus remissionem petens, ipse omnibus offensas remisit, tandemqve 1193, 10. cal. Januarii, anno ætatis 60. officii 15. piam animam creatori reddidit (a).

§. 16.

(a) Qvæ de divo Thorlaco Norvegorum Sancto, multis virtutibus & sanctitate eminente ex *Breviar. Nidros.* pag. 576. 577. refert Perillustris *PONTOPPIDANUS* in *Ann. Eccl. Dan. Dipl.* Tom. 1. pag. 463. ad annum 1186, optime in nostum qvadrant, si exceperis: (α) nomen antecessoris, qvi ibi Erlingus pro Klaugo nominatur; (β) conjecturam, qvod fuerit Episcopus Hamarensis in Norvegia, cum revera esset Skalholtensis in Islandia. (γ) Annum & diem emortualem, illic enim dicitur obiisse Anno 1186. 12 cal. Junii, cum noster mortuus sit Anno 1193. 10 cal. Januarii. Deinde observandum, nulla, qvæ de Thorlaco ibidem referuntur, cuidam Episcopo Hamarensi adscribi posse. 1) Qvia nullus omnino Thorlacus in catalogo Episcoporum Hamarensium occurrit. Vid. *UNDALINI Descr. Norv.* pag. 37. 2) Qvia unus tantum Paulus in eodem catalogo occurrit, qvi non Thorlacum qvendam, sed Hallvardum antecessorem habuit. 3) Paulus hicce Hamarensis Halvardo successit Anno 1232. juxta *Ann. Flat.* non autem 1193. 4) In diœcesi Hamarensi, in regione scilicet mediterranea, nusqvam occurrit Sinus Civitatis. Omnia autem, exceptis tantum supra indigitatis optime in nostrum qvadrant. Verba enim ita se habent: *Thorlacus Episcopus, in provincia qvæ Civitatis Sinus dicitur, in morbum incidens, mox ad propriam sedem remeavit, ubi per tres menses infirmatus, ante septimum obitus diem facultates & vestimenta sacerdotibus distribuit, & nepoti suo Paulo Diacono annulum aureum transmisit, qvod futurorum suffragio fecit, nam idem Paulus successor in episcopatu ejus est electus. Deinde pie obiit hoc anno feria 5 die 12 cal. Jun. sub vesperam, anno æt. sexagesimo, ubi episcopatum tenuerat annos qvindecim, menses qvinqve, dies 22, cum sanctis Confessoribus coronandus.*

§. 16.

Hæc fere ſunt, qvæ de Thorlaco notatu digna nobis innotuerunt; Nam reliqva pleraqve, licet ob ea, (miracula, inſomnia, appari-tiones, & talia, qvæ mortuo Papiſticarum ſuperſtitionum tenaciſſimi, tribuebant ſucceſſores) in ſanctorum numerum relatus ſit, relatu indigna videntur (a). Anno autem 1198, communibus popularium ſuffragiis conſtitutum & in leges latum eſt, licitum eſſe Thorlaco vota nuncupare, inqve ejus honorem, dies, emortualem 10. cal. Januarii, & electionis 3. calend. Julii, feſtos habere (b). Eadem etiam æſtate corpus in præſentia,

(a) Miracula, qvæ noſtro, præſertim mortuo, tribuuntur, nam vivus etiam qvædam patraſſe eredebatur, pleraqve ſunt ejus generis, ut lucem non ferant, ideoqve ea enumerare, libenter ſuperſedemus.

(b) Nomen qvidem Thorlaci Calendariis Danicis poſt Annum 1705. ad diem 23 Decembris inſertum legitur, qvod in gratiam Celeberr. *ARNÆ MAGNÆI* Nobiliſſ. *OLAUS RÖMERUS* effici curavit; nunqvam autem, qvantum nobis conſtat, a Pontifice Romano Sanctorum albo inſcriptus fuit. Ejus tamen veneratio per Daniam, Sveciam, Norvegiam, Angliam, Scotiam, Hollandiam, Orcades, Færöas & Grönlandiam, ſe diffudit; imo etiam Conſtantinopoli templum in ejus honorem a Baldvino Imperatore, circa Annum 1204. exſtructum fuiſſe; & deniqve octo illa reqviſita Thorlacus, qvæ a canonizandis exiguntur, habuiſſe refertur, licet nunqvam actu canonizatus fuerit. Collecta ſeu precatio, qvæ in ipſius anniverſariis recitabatur, hic ſibi locum vindicat, qvæ in *Actis Societatis Scient. Hafn.* Tom. 5. pag. 292. ex Codice Manuſcr. Biblioth. A. Magnæi, ab illuſtriſſ. Siælandiæ Epiſcopo *LUD. HARBOE* exhibetur. Qvod divinum plane cultum Thorlaco exhibuerint, adeo ut per ejus ſanctitatem & reliqvias etiam jurarint, innuere videtur ipſius *Vitæ* Auctor de muliere qvadam loqvens, qvæ, qvod duos infantes peremerit inſimulata, a maleficio, ſanctiſſimo, qvod excogitari potuit, jurejurando ſe purgare voluit. Ita ille: " Baud hún allar undanfærſlur " ſlíkar ſem Jóni ábóta ſýndiſt hún tilfallin; Og er Jón Abóti kom þángat í ſveit, " tók hún þat rád, at hón vann þann eid, ſem frekaſtann mátti ſtafa, fimtardóms " eid, oc lagdi hón hönd ſína yfir þann umbúning er var hár ens ſæla Þórláks " biſkops. " Id eſt: *Tantas obtulit purgationes, qvantascunqve Jonas Abbas ei condignas reputaverit. Ubi autem Abbas Jonas eo in provinciam venerat, id conſilii cepit, ut juramentum, qvam ſtrictiſſime dictari poſſibile eſſet, præſtaret, juramentum* ſcilicet *qvinti judicii, manum interea thecæ, cui crines beati Epiſcopi Thorlaci inerant, imponens.* Qvod etiam ejus cultus non intra Iſlandiæ terminos contineri potuerit, ſed multo latius ſe extenderit, ex hiſtoriis conſtat. In Anglia eum inoleviſſe, docet *Vita Laurentii* cap. 18. His verbis: " Þú taladir miöc úvitrliga í morgin, " misgrunandi heilagleik þeſſ ágæta guds vinar hins heilaga Þórláks biſkops er ſkín " mörgum

tia amborum Epiſcoporum, Brandi Holenſis, & Pauli Skalholtenſis, immenſæqve popularium multitudinis, ex terra erutum, toto interim templo lucernis collucente, & Epiſcopis thuribula cum ſuffitu ferentibus, clericis vero, verba præeunte Gudmundo Arii: *Veni creator*, *Litanias*, *Hymnos* & *Antiphonas* concinentibus, in medio templi pavimento, ſtatuitur, ad qvod valetudinarii venerabundi gregatim ſe proſtraverunt. Factum hoc 13. cal. Auguſti, qvi dies, anno ſeqventi, auctoritate publica inter feſta relatus eſt, adhibita cautione, ut pridie publicum jejunium ſanis omnibus eſſet. Hæc ſuperſtitio tantum cum tempore crevit, ut ad feſtum Sancti Thorlaci celebrandum, ingens mortalium multitudo Skalholtum qvotannis confluerct, unoqvoqve donum votivum aut non vilis pretii ſtrenam offerente. Tunc ſcrinium, in qvo Thorlaci reliqviæ ſervabantur, auro & argento coruſcans, ſumma cum veneratione circa templum & cœmeterium a viris primariis ferebatur. Ad augendam pompam, campanæ ſonabant, lucernæ ubiqve ſplendebant, ſvavesqve concinebantur cantilenæ.

§. 17.

Abominandus hicce mos uſqve ad *Giſſuri Einaridæ* dies, primi Evangelici Skalholtenſium Epiſcopi, duravit; qvi Thorlaci ſcrinium, omni

---

" mörgum oc ágætum jartecnum, oc ſva vita menn at hann er miſkunſamr vit þá " ſem til hanns kriúpa, ſvá er hann oc miöc hefniſamr þeim ſem í móti hönum " göra. At því gaf einum dára í Englandi, at hann þóttiſt göra til hádúngar og " ſpotts vid hinn heilaga Þórlák biſkop, takandi eitt mörbiúga, framberandi fyri " líkneſki Þórláks biſkops þeſſum ordum talandi: *Viltu mörlandi, þú ert utan af* " *Iſlandi.* feck ſá ſva ſkióta hefnd, at ſú hönd, ſem upphelldt mörbiúganu, vard " ſva ſtird ſém tre, varþ hann þar at ſtanda ſem hann var cominn med upprettri " hendi, þar til ſem gódir menn bádu fyri hönum, oc hann yþradiſt ſíns glæps, " vard hann laus. " Id eſt: *Hodie mane admodum inſipienter loqvebaris, ſanctitatem in dubium vocans egregii Dei amici, ſancti illius. Epiſcopi Thorlaci, qvi multis & eximiis miraculis inclaret, qvem æqve in ſupplices clementem, ac in refractaries vindictæ cupidum eſſe, omnibus eſt notum. Hoc morio qvidam in Anglia expertus eſt, qvi Sanctum Thorlacum deridendi & ignominia afficiendi ergo, farcimen adipale imagini Thorlaci Epiſcopi porrigens, bis verbis allocutus eſt:* Placetne terræ adipalis indigena? Tu Iſlandus es. *Is repenter pœnam luit, ita ut manus farcimen porrigens, ligni inſtar exareſceret, ille qvoqve, in eodem loco, manu ſublevata conſiſtere cogebatur, uſqve dum bonorum virorum interceſſione, & ſceleris pœnitentia, relaxaretur.*

ſuo ornatu privatum, e medio ſuſtulit (a); hodiernum autem, qvod Skalholti conſpicitur, ex prioris reliqviis celeberrimus *Svenonius* refici curavit. In hoc diu aridum humani femoris os, panno involutum, aſſervabatur, ex Thorlaci reliqviis ſupereſſe a qvibusdam creditum, qvod demum circa Annum 1715. juſſu & auctoritate *Johannis Widalini* una cum mortuo qvodam conſepultum fuit. Conſpiciuntur Skalholti ruderum qvorundam veſtigia, qvæ *Thorlaci ſedes*, vocantur, ibi enim horas canonicas aliasqve precatiunculas recitaſſe perhibetur.

Cap. VII.

De Paulo Jonæ filio.

§. I.

Thorlacum Paulus Jonæ, natus Anno 1155. excepit (b). Hic primis tyrocinii rudimentis ſub parentis inſtitutione depoſitis, majoris profectus gratia peregrinationem ſuſceperat, a viris Principibus, magni ſemper æſtimatus Haraldo præſertim Orcadum comite; apud qvem cum aliqvantisper commoratus fuiſſet, Anglicanis muſis tanta cura & induſtria militavit, ut in patriam redux, popularium comtiſſimus & doctiſſimus haberetur (c). Poſt

(a) Hinc etiam originem traxit abuſus, qvi diu circa Skalholtum duravit, ut pridie feſtum Thorlaci, opilionibus & bubulcis portio lactis concederetur, ex qva caſeos, oxygalum, & pulmenta fieri curaverunt; conventus deinde aut convivia in agris aut mapaliis in Thorlaci honorem, furentibus ſimiles inſtituebant, qvæ ſua ſacra *Búſmálareid*, ſeu Bacchanalia inſigniverunt. Perverſum hunc morem ſua tandem auctoritate abolevit Oddus Einarides Skalholtenſis Epiſcopus circa Annum 1590.

(b) Paulus fuit filius Jonæ, Lopti nepos, Sæmundi Sapientis pronepos. Uxor autem Lopti, Pauli avia, fuit Thora Magni Nudipedis Norvegiæ Regis filia. Mater vero Pauli fuit Ragneida, Thorlaci Epiſcopi ſoror, de qva ſupra.

(c) Perſonalia, qvæ ei tribuit Auctor *Vitæ Pauli* talia ſunt: *Fuit ſtaturæ mediocris, ſed decentiſſima membrorum compage, facie candida, oculis albis, capillis criſpis, ingenio ad qvævis docili, ſummus mechanicus, eloqvens & cantor qvovis vocalior, præterea affabilis, liberalis, humanus, prudens, pius, juſtus, & doctus. Tantusqve erat verſificator, ut de qvavis oblata materia carmen latinum ex tempore compingere valeret.*

Post reditum paucis annis apud patrem transactis, villam Skard, cum uxore, qvam juvenis duxerat, inhabitare cœpit (a). More seculi sacro simul diaconi & politico Prætoris officio fungens, ita se semper gessit, ut omnibus bonis carus, avunculo autem Thorlaco acceptissimus esset, qvo mortuo, præeunte Brandi Holensis voto & auctoritate, Episcopus eligitur. Et licet initio oblatum honorem respuere videretur, tandem tamen, ut illum susciperet, persvadi sibi passus est.

§. 2.

Dispositis itaqve rebus domesticis & Thorkillo Halli filio, negotiis ecclesiasticis commendatis, iter Norvegicum consecrationem accepturus ingreditur. Sed Nidrosiam perveniens, Eirecum Archiepiscopum capitali odio a Sverro Rege dissidentem, in Scania apud Absalonem Daniæ Archiepiscopum exulare comperit. Illuc itaqve properans, in sabbato qvatuor hebdomadum, 5 Cal. Martii a Thorero, Episcopo Hamarensi, sacerdotio initiatur. Deinde ad Sverrum Regem divertens (b), a qvo omnibusqve Norvegiæ Episcopis, (Rege sic jubente) commendatitiis literis præmunitus, Lundum ad Archiepiscopos ipso tandem Paschatos festo pervenit. Exantlato deinde examine Theologico, dignum qvidem Episcopalis muneris functione Archiepiscopi judicarunt, sed ordinationem, nescio qva de causa, nihilo minus distulerunt, qvam demum, jubente Rege Canuto (c), Absalon Lundensis, Erico Nidarosiensi Archiepiscopo & Pe-

 tro

(a) Uxorem habuit Herdisam, Ketilli filiam, Thorleifi Beiskaldi neptim, qvam eum ante Annum 1178, seu Thorlaci avunculi episcopatum duxisse, ut & sacris initiatum fuisse probabile est.

(b) Paulus Sverrum tertio consangvinitatis gradu attigit hoc modo: Sverrus patrem habuit Sigurdum, avum Haraldum Gillium, proavum Magnum Nudipedem. Pauli vero pater Jonas, matrem habuit Thoram Magni Nudipedis filiam.

(c) Non est vero dissimile Archiepiscopos Paulo iniqviores fuisse ob Sverri Regis consangvinitatem & amicitiam, cum qvo, ut excommunicato, canonum sanctorum contemtore, libertatis ecclesiasticæ oppressore & filio perditionis, Islandis & Norvegis, speciali Bulla Pontifex Romanus omne commercium interdixerat. Vid. PONTOPPID. ad Annum 1195. qvod denuo renovatum fuisse videtur. Vid. ejusdem *Annal. Eccl.* ad annum 1198. Forte etiam accessit, qvod Paulus in conjugio vixit, dudum enim seu 1119. in concilio Romano Calixtus 2. sacerdotibus conjugium interdixerat, qvod in

tro Roſkildenſi Epiſcopo adſtantibus, 9 Cal. Maji 1195. ei impertivit (a). Per Norvegiam revertentem Rex Sverrus Bergas usqve deduxit.

§. 3.

Ad borealis Islandiæ litus in tractu Eyafiörd appellens, Brandum Holenſem offendit, cui cum aliis primatibus lautum præbuit convivium. Qvam primum vero Skalholtum pervenit, maxima illuc hominum freqventia, primam ipſum miſſam decantantem auditura confluxit, qvos omnes hoſpitio excepit (b). Deinde atrium templi Skalholtenſis magnis ſumtibus exſtruxit, in cujus lacunari ædiculam, ad qvam per cochleam aſcendebatur, totam intus exqviſitiſſime pictam Thorlaco conſecravit. Templum autem una cum atrio, vitreis feneſtris, crucibus, imaginibus, multisqve ingentibus campanis ornavit. Sibi ipſi ex ſecto lapide conditorium confici, reliqvorum vero Epiſcoporum ſepulcra adornari, nec non reparari, curavit (c).

§. 4.

---

in Norvegia, præſertim vero Dania urgeri hoc tempore cœptum eſt. Vid. laudat. *PONTOPPID.* ad Annum 1189. Sed hæc obſtacula, auctoritate & interceſſione ſua Canutus Rex removiſſe videtur. *ARNGRIMUS Crymog.* pag. 109. ſcribit Paulum vixiſſe in aulis Waldimari Daniæ, & Sverri Norvegiæ Regum; ſed qvando, & qvamdiu, non addit. Primam peregrinationem Paulus per Orcades in Angliam ſuſcepit, ut ſupra dictum eſt. Sed dum hac vice ordinationem exſpectavit, non in aula, ſed in cœnobio, dicto Herredswad, commoratus eſt. Neqve tum temporis Waldimarus, ſed Canutus Waldimari Magni filius, Victorioſi frater in Dania regnavit.

(a) Paulus cuiqve Epiſcoporum aureum magni pretii annulum, reliqvis autem qvi ipſius ordinationi qvodam modo ſubſerviebant, honorarium qvoddam dediſſe perhibetur.

(b) Vulgus novitatis avidum, primam proletarii cujusdam Paſtoris miſſam audiendi, non minore appetentia tenebatur, qvam antiqvi Epiſcopi qvartam vel qvintam. Ad primam vero Epiſcopi miſſam, ingens ſemper mortalium multitudo concurrebat; Jam vero cum Paulus prima vice, tanqvam Paſtor & Epiſcopus ſacra adminiſtraret, innumeram fere hominum freqventiam adfuiſſe veroſimile eſt.

(c) Ad faciendos tantos ſumtus Paulum, cognatos & amicos ſuis facultatibus juviſſe, qvorum plerique in re lauta vivebant, credibile eſt; Nam de Sæmundo fratre refertur, qvod ipſi ad conſecrationem accipiendam enaviganti mercimonia 240. joachimicorum pretium exæqvantia mutuo dederit, qvæ Præſul fratri aſſignatione decimarum ex villis qvibusdam in parœcia Oddenſi ſitis, ſibi debitarum, rependit. Sed hæc commutatio

poſtea

§. 4.

Paulo, poftqvam cathedram afcenderat, Thorlaci fanctitas (per apparitiones & miracula, qvæ patrare credebatur) manifeftari, & in ore vulgi effe cœpit, qvam ille primo diffimulans, ut in Deum & avunculum impius traducebatur. Sed accedente Brandi Holenfis auctoritate, & populi flagitationibus, non tantum turbæ fuperftitioforum fe admifcuit, fed princeps & coryphæus effe cœpit. Nam Anno 1198. in publico conventu, ut certi dies ipfius honori dicarentur, ipfiqve ut divo vota nuncuparentur lege fanciri fecit, & paulo poft cadaver translocari & publicæ adorationi exponi curavit, peractisqve ceremoniis, in divi honorem, mille hominum exqvifitiffimas epulas præbuit, apophoretis in magnates collatis (a); feqventi autem anno, ipfo adftipulante, Thorlaci feftum anniverfarium inftitutum fuit. Paucis exhinc annis, fcrinium multo capacius & pretiofius qvam unqvam antea in Islandia confpectum fuerat, auro, argento, & gemmis ornatum, in qvo Divi reliqvias condi placuit, fumma arte & maximis impenfis, fabricandum curavit (b). Dira etiam fame Islandiam atterente, ut in gloriam Dei, oratio dominica ter qvotidie a qvovis incolarum recitaretur, & in memoriam Thorlaci, lactis, farinæ & pabuli portio facris ufibus deftinaretur, conftituit, qvo facto annona in melius mutata effe fertur.

§. 5.

In officii adminiftratione Thorlacum maxime imitabatur, nifi qvod controverfias de præbendis & conjugio clericorum, fuas non faceret. Qvater

poftea inter Arnam Thorlaci Epifcopum Skalholtinum & Sighvatum Sæmundi nepotem litis caufa fuit, ut fuo loco dicendum veniet. Campanas vero qvasdam Paulus pecunia, a Thorlaco facris ufibus deftinata, qvasdam vero fuo ære comparaverat, addit Anthor *Vitæ Pauli* tantas campanas & feneftras in Iflandia nunqvam antea vifas fuiffe.

(a) Sumtuofum hocce epulum *ARNGRIMUS Crymog.* pag. 199. in dedicatione atrii præbitum effe refert. Sed cum dedicatio atrii media hyeme facta fuerit, vix fit verifimile tantam multitudinem confluxiffe. Nos itaqve authorem *Vitæ Paulinæ* feqventes, ad Thorlaci tranflocationem illud retulimus.

(b) In totam hujus fcrinii fabricam circiter 2000. joachimicos Paulus expendiffe fertur, qvi fumtus donis votivis Thorlaco qvotannis a fuperftitiofa multitudine, miracula & exauditiones, aut flagitante, aut rependente, oblatis, abunde reftituebantur.

Qvater qvotannis concionem publice habuit, Die ſcilicet natalitiorum domini, Die cinerum, Die viridium, & Natali templi. Provinciam viſitans, in templis ad qvæ hoſpitatus fuerat, peroravit. Sedente eo, inter emtores & venditores, tam advenas qvam indigenas, menſuris & ponderibus varie & perfide agebatur, cui ille malo remedium allaturus, ſapientiſſimorum, qvorum tum copia fuit, virorum conſilio utens, menſuræ genus qvod binas ulnas contineret, excogitavit, omnibusqve uſurpandum commendavit (a). Litterarum promotor ſemper fuit. Hinc accuratum templorum & ſacerdotum ſuæ diœceſeos numerum iniit, templa 220, qvæ 290. ſacerdotes exigerent, invenit. Superfluis itaqve Paſtoribus eruditionis acqvirendæ gratia ad exteros abeundi veniam conceſſit (b).

§. 6.

A viris Principibus & Dynaſtis magni ſemper æſtimatus fuit, qvod qvidam pretioſis ipſi transmiſſis donis teſtatum fecerunt. Nam Thorerus Archiepiſcopus ei infulam auro intextam, annulum aureum, & pretioſas chirothecas; Nicolaus vero Asloënſis annulum itidem aureum & balſami copiam ipſi miſerunt. At ille falcones & lituos ex dentibus affabre factos remiſit.

§. 7.

(a) Tale menſuræ genus vocarunt *Stika*, cujus] uſus dudum obſolevit. Diſſentit qvidem in his a nobis doctiſſimus nobisqve amiciſſimus Sor. Acad. Prof. digniſſimus *JOHAN. ERICI*, innuens hanc *Stikam* fuiſſe ſemiulnam. Vid. *ARNESENS* Islandske Rettergang cap. 13. pag. 225. ſed nobiscum ſentit *Vita Pauli Epiſcopi* Manuſcript. " Þá " gaf Páll biſkup þad rád, at menn ſkylldo hafa *ſtikur* þær, er hvör hefdi tveggia " álna leingd. ſtyrktu þat Giſſur Hallsſon oc ſynir hanns, Þórvalldr oc Magnus, " ſva oc brædr hanns, Sæmundr oc Ormr, ſem bædi var lögſpakr oc forvitri. " Id eſt: *Tunc Paulus Epiſcopus conſilium dedit*, ſtikas *adhiberent*, *qvarum qvævis duas exæqvaret ulnas. Hac in re illi Giſſurus Halli filius*, *ejusqve filii Thorvaldus & Magnus*, *ut & ejus* (Pauli) *fratres*, *Sæmundus & Ormus patrocinabantur*, *qvi* (Ormus) *tam erat legum peritus qvam ſapiens.* Conf. Codicem *Juris Island.* Kaupab. cap. 26. " *Stika* ſkal ſú vera, at tvær álnir giöri ſtiku ſem verid hefer ad fornu. " Id eſt: Stika *in poſterum talis erit*, *ut una ſtika duas exæqvet ulnas*, *ita ut olim obtinuit.* Hodie communiter utimur ulna Hamburgenſi.

(b) Obſervandum hic templa non raro plures habuiſſe ſacerdotes. Fuerunt etiam vagi qvidam Paſtores, qvi nullum certum templum aut gregem habuerunt, cui curam impenderent.

§. 7.

Anno 1201. Brando Holensi a diœceseos civibus Gudmundus Arii sublegitur, qvi priusqvam ad petendam ordinationem abiret, Paulum per litteras, ut suam electionem aut approbare aut improbare vellet, petiit, se enim ejus consilio staturum; & ad id, qvod ipsi magis ex usu esse videretur, paratum esse dixit. Hic communicato cum amicis consilio, electionem suo calculo adprobans (a), ut se priusqvam abiret, conveniret, rogavit. Cujus voti Electus eum compotem fecit. Nam ineunte vere 1202. Skalholtum venit, acceptisqve Pauli ad Archiepiscopum litteris, ejusqve negotiorum administratione in se suscepta, in Norvegiam trajecit. Seqventi vero æstate revertens, Paulum orientalem qvartam visitantem & Jonam Grönlandiæ Episcopum convenit. Jonas enim anno superiore in Islandiam venerat, & Skalholti cum Paulo, humaniter habitus, aliqvamdiu degerat, jam vero Romam petiturus, a Paulo non indonatus discessit (b).

§. 8.

Inter dissentientes Paulus semper aut pacificatorem aut arbitrum egit. Anno 1197. una cum patre inter primates de causa Thordi Ruffi litigantes, & in comitiis confligentes, amicitiam conciliavit. Anno 1201 inter Sæmundum fratrem & Sigurdum Ormi filium, capitali odio diffidentes,

(a) Epistolarum Pauli ad Sæmundum fratrem, ejusdemqve responsoriarum, & tandem Pauli ad Gudmundum exempla exhibet *Sturlunga* lib. 3. cap. 60; qvæ infra in Gudmundo Arii transscripsi.

(b) Jonas in orientali Islandiæ qvadrante maxima hyemis parte consumta, sub Pascatos festum Skalholtum venit, & una cum Paulo die Viridium sacra peregit. Paulus enim more suo concionem habuit, reliqva Jonas fecit. Hic ex præscripto Sverri Regis, ex baccis indigenis Islandos vinum conficere edocuit. Seqvente autem anno Islandia perpaucas baccas protulit. Tantummodo Ericus qvidam, villæ Snorrastadensis in tractu Laugardal colonus, paucas collegit, easqve Skalholtum deportavit, ex qvibus potabile vinum factum esse fertur. Sed tali vino Islandos in sacra cœna usos fuisse non est probabile. Novi virum, qvi nostra ætate ex baccis indigenis vinum conficere tentavit, qvod potabile qvidem fuit, idem enim mihi aliqvando propinavit, non tamen bonum dici merebatur, nec ætatem ferre potuit.

dentes, primo pacatoris, & mox arbitri munere una cum Thorvaldo Gisſuri functus eſt (a), eosqve in concordiam reduxit. In cauſis collegæ ſui Gudmundi, qvem, poſt necem Kolbeini Tummæ filii, Archiepiſcopus Trundheimenſis ipſi de meliore nota commendaverat; ejusqve hoſtium, qvorum pleriqve Paulo affinitate aut ſangvine juncti erant, qvaſi inter ſacrum & ſaxum conſtitutus, medium ſe geſſit; Illi ſuam non modo interceſſionem, ſed etiam facultates ad placandos inimicos offerens, & ut pacem peteret, ſvadens; his vero ut modeſte & lente procederent, iramqve remitterent, nihil effecit; Nam Gudmundus, Pauli conſilia, ut ambigui & partibus ſtudentis contemſit. Nihilo ſecius Paulus poſtea, cum omnium indigus, vagus, & qvaſi exul erraret, eum, ut ad ſe diverteretur, invitavit, qvod ille pariter, ut prius, reſpuit (b).

§. 9.

Herdiſa Pauli uxor, virago ſui ævi celeberrima, & œconomiæ peritiſſima, Anno 1207. pro more, vernali tempore res œconomicas ordinatura, villam Skard petiit, domum vero revertens, in fluvio Thiórſá, ſolutis nivibus & pluviis turgente, cum Halla filia & qvibusdam aliis ſubmerſa eſt. Hoc inopinato & lugubri caſu in tota vita Epiſcopo nihil acerbius accidit (c). Tandem ipſum, occidentalem qvadrantem, viſitantem, lethifer morbus, Hytdali, integrum menſem, lecto affixum detinuit; paullulum refectus, Skalholtum ægre pervenit, ubi 3 cal. Decembr. anno ſalutis 1211, ætatis 56. officii 16. vitam cum morte commutavit, relicto filio Lopto, parenti in plurimis ſimillimo, qvi Hytdali 1261 obiit (d).

(a) Conf. *Sturlunga* Lib. 3. cap. 45.

(b) Vid. infra Sect. 4. cap. 5.

(c) Thiórſá fluvius meridionalis Iſlandiæ, eorum maximus, qvi eqvo trajiciuntur, in qvo tamen perraro viatores merguntur, qvod vulgus Pauli precibus tribuit, id enim a Deo impetraſſe credunt.

(d) Hujus pater opera in ſuis ad exteros negotiis, imprimis apud Epiſcopum & Comites Orcadenſes, Ingum Norvegiæ Regem, & Haconem Comitem, Thorerum Archiepiſcopum, & Nicolaum Oſloënſem uti ſolebat. Ejus in *Sturlunga* crebra mentio fit.



CAP.

Cap. VIII.

De Magno Giſſuri filio.

§. 1.

Paulo præmatura morte exſtincto, Teitus Beſſi filius a civibus ſucceſſor deſtinatur (a); cui in Norvegia, anteqvam Epiſcopus conſecraretur, mortuo, tandem Anno 1215. ipſius avunculus Magnus Giſſuri ſubſtituitur (b), qvi a Divo Thorlaco informatus, educatus, & ſacerdotio initiatus, ducta uxore, nobile prædium Tungam inhabitare cœperat (c). Anno 1201, una cum Gudmundo Arii, Holenſis Epiſcopatus candidatum egit, ſed Holenſibus extra ſuam diœceſin epiſcopum qværere dedignantibus, repulſam ferens, Romam 1202 inviſit (d).

§. 2.

Anno 1216. a Guthormo Archiepiſcopo Nidroſienſi inauguratus, Skalholtenſem cathedram tandem aſcendit. In concilianda inter diſſentientes populares pace aſſiduus fuit. Circa Annum 1220 civium tunc temporis celeberrimi Snorro Sturlæus & Magnus Gudmundi, de hæreditate Jorunæ cujusdam, qvæ Dives communiter audiebat, contentionis ſerram tanto ardore reciprocarunt, ut tandem Snorro 800. armatis ſtipatus comitia adiret, qvi in mutuum conflictum ruiſſent, ni Præſul aliiqve

 ſedatio-

(a) Hujus mater fuit Halldora, Giſſuri (cujus ſæpe mentio facta eſt) Nomophylacis filia. Giſſurus vero fuit Halli filius, qvi Electus Skalholtenſis, Ultrajecti obiit Anno 1150.

(b) Giſſuri Nomophylacis filius, de qvo modo diximus, cujus genealogia ex notatis facile cognoſci poteſt. Juvenem Thorlacus Runolfi in maximis deliciis habens, frugi virum fore prædixit.

(c) Antiqvis Tunga, nobis vero Brædratunga ſalutatur prædium in auſtrali Iſlandia amæniſſimum, non longe a Skalholto diſſitum, qvod ſibi Magnates ſedem ſæpe elegerunt.

(d) Holenſes ſemper, ex qvo iis proprium habere Epiſcopum conceſſum fuit, ſibi ipſis ſapuerunt, ideoqve alienigenas nunqvam pertulerunt, qva de re in ſeqventibus verba facere occaſio dabitur.

ſedatiores interceſſiſſent (a). Inter Thorvaldum Snorronis Vatnsfiordenſem, & filios Rafni Sveinbiörnonis, qvem inſontem Thorvaldus Anno 1215. inſidioſe occiderat, non tantum interceſſorem egit, ſed etiam cauſæ arbiter lectus, non ſine æqvitatis laude Anno 1222. ſententiam dixit. Paulo poſt Sturlæ Sighvati cum patruele Snorrone Sturlæo, de cauſis & facultatibus Joreidæ cujusdam litigantibus, concordiæ author & conciliator exſtitit. Anno 1234 Sighvati Sturlæi & Kolbeini Arnoridæ, qvorum hic 700, ille vero 800 armatis cinctus, in comitiis apparuit, reconciliator fuit. Anno 1233. ipſe cum Snorrone Sturlæo, amicitiam redintegravit & pactum fecit.

§. 3.

Anno 1226. celeberrimum Vidöenſe monaſterium fundavit, aut a Thorvaldo fratre fundatum confirmavit. Thorvaldus enim conſilio & auctoritate Snorronis Sturlæi, pecunia, qvam Kolſkeggus Dives cognominatus, cœnobiis legaverat, fundum Vidöenſem emit, ibiqve monaſterium fratris auctoritate adjutus fundari curavit, cujus haud indignus alumnus ipſe poſtmodum factus eſt. Ad hoc ditandum & decorandum, ipſe Præſul, non tantum ex annuis reditibus, tributum, qvod qvivis colonus, totum tractum inter Botnſá & Hafnarfiord inhabitans, ipſi pendere tenebatur, attribuit; ſed etiam univerſis Kialneſenſis provinciæ incolis, ut ex propriis facultatibus aliqvid darent, auctor fuit (b).

§. 4.

(a) Qvæ in Annum 1220. & poſtea incidunt, prolixe deſcribit *Sturlunga* lib. 4. cap. 31. & ſeq.

(b) Hanc Magni Epiſcopi donationem confirmavit Jonas Halthori, & Gotsvinnus, Skalholtenſes Epiſcopi, ut & Snorro Thorleifi & Gudmundus Gilſi, ejusdem diœceſeos Officiales, ut ſuo loco dicetur. Fragmentum epiſtolæ, Kialneſenſis toparchiæ incolis ſcriptæ, qvod ſupereſt, ita ſe habet: " Guds kvediu oc ſína ſendir Magnús
" Biſkup í Skálhollti bændum og búþegnum oc Preſtum í Kialneſs þíngſókn, þar
" med öllum guds vinum og ſínum. Mikla þöck eigum ver at kunna þeirra hluta
" allra er til dýrdar eru gudi og hinni ſælu guds módur Marie, enn oſſ til fridar
" oc farſæln, ef ver kunnum til at gæta. Nú er þad framkomid á vorum dögum,
" er hinir fyrri gódir menn og göfugir höfdn tilſtundad, ad nöckur Regluſtadr
" ſkylldi ſettr verdá í vorum fiórdúngi, ſem í öllum ödrum fiórdúngum vors lands.
" Nú er ſtadr hafdr í Videy oc gefinn gudi oc ſælli guds módur Marie, oc hafa
" þar

§. 4.

Anno 1224. qvædam circa officium missæ seu in liturgia & ceremoniis ecclesiasticis, innovavit & reformavit, qvæ mutatio qvalis aut qvanta fuerit, non liqvet. Interim tamen, haud absimile vero est, ab Annalium authoribus indigitari, illam Constitutionem ecclesiasticam, qvæ *Magni Episcopi præcepta*, inscribitur, & *juri Ecclesiastico recentiori* cap. 43. inserta legitur (a). Anno 1226. a Petro Husastadensi Norvegorum Archiepiscopo,

" Þar nú menn samansett, Þeir er verdngir eru til Þess, at Þióna Þar gudi oc " hallda bænum fyrir heilagri guds kristni, nótt oc dag, og Þeim mönnum einkan- " legast er Þennan stad styrkia oc stidia til Þessa góda ráds med sinni tillögun. Enn " her standa fár stodir ad so unnu, fyri Því at stundum er skipt kyrknanna í milli, " meiga oc Því varliga missa, Þeir mennirnir er Þær vardveita. Vilium ver af " Því bidia Þeirra tillagna er engann mann mega úr se hafa, enn stadnum í Videy " kæmi til nytia, og mun Þad mikil stod, ef samankemr." Id est: *Magnus Episcopus Skalholtensis colonis & rusticis ac sacerdotibus toparchiæ Kialnesensis, ut & omnibus Dei ac suis amicis, Dei & suam salutem mittit. Magnæ nobis peragendæ sunt grates, pro omnibus rebus, qvæ in Dei & beatæ Mariæ Deiparæ gloriam, nostram autem, si ipsi nobis non desuerimus, salutem & prosperitatem tendunt. Cujus viri boni & nobiles olim sategerunt, id nostris diebus ad executionem est perductum, in nostro videlicet qvadrante, æqve ac in omnibus reliqvis qvartis factum est, cænobium fundatum iri. Jam cænobium Videyæ constitutum, &* (prædium) *Deo & beatæ Mariæ Deiparæ donatum est, ubi homines vitam* (monasticam) *capessivere, digni, qvi Deo ibidem serviant, & noctu ac interdiu preces fundant, pro sancta Dei ecclesia, præsertim vero pro iis hominibus, qvi prædium hoc suis symbolis in meliorem statum adaugent & promovent. Hic autem pro præsenti rerum statu res est angusta, cum* (monachis) *interdum ex ecclesiarum bonis alternatim* (victitandum sit), *qvamvis illarum curam gerentes, vix habeant qvod facile erogare possint. Hinc est qvod symbolas expetimus qvæ, singulorum neminem opibus privant, sed cænobio tamen Videyensi profuturæ sunt, & in unum collectæ magno erunt emolumento.*

(a) Qvid eum ad hanc mutationem impulerit, incertum est, sed si conjicere liceret, diceret aliqvis, Capituli, seu fratrum Nidrosiensium auctoritate fretum id fecisse, nam 1223. duos sacerdotes Jonam Arnori & Arnorum Biarni, Nidarosiam ablegaverat, qvi hoc anno reduces, litteras fratrum seu Capituli reddiderunt, qvorum constitutiones rescindere Petrus satagebat; hujus enim electionem impedire, & ne ordinatum qvidem accipere voluerant. Constitutio ista ex Codice membraneo Bibliothecæ A. Magnæi, sub No. 354. in Folio, exscripta, collata cum ejusdem Bibliothecæ Membranis in Folio 351. & Qvarto 186. ita se habet; qvæ vero cæsis includuntur, variantes sunt lectiones: " Þessi bod voru sett af Magnúsi biskupi oc í samÞykt tekin af öllum " lærdum

episcopo, qvi proximo anno archicathedram ascenderat, per Gudmundum Holensium Præsulem, post qvadriennii in Norvegia mansionem, in patriam

" lærdum mönnum á prestastefno. at prestar skulu ei meir fyrna þiónosto. enn " skipta um sinn á hverium mánadi. Syngia *Credo in unum* í messo hvern drottinsdag. Jóladag hinn fyrsta í öllum messum, setta dag Jóla. átta dag oc iafnan í " þeirri viku (messo) er *puer natus* er súngin. þrettánda dag. Uppstigningardag. " Mariumessor (fiórar) (allar) fimm. Krossmessor bádar. Allra heilagra messo. Kyrkindag. Altarisdag. in festo Reliqviarum. Postulamessor allar löghelgar. oc alla " Páskaviku. oc sva hvítadagaviku. fióra octayusdaga. epiphanie. ascensionis. & assumpcionis marie. & nativitatis eiusdem. Marci evangeliste. Lnce evangeliste. " Johannis ante portam latinam. in commemoracione Pauli. ad vincula Petri. Barnabe Apostoli. Marie Magdalene. in divisione Apostolorum. & transfiguracione domini. Eigi skal hafa fleiri en tín prefaciones í messum. eina um iól til þrettándadags. *Qvia per incarna.* Adra in epiphania domini átta daga. *Qvia cum unigenitus.* þridia um lángaföstu til Pálmadags bædi drottinsdaga oc þar í millum. *Qvi corporali ieiunio.* Fiórda hina æfztu viku fimm daga. *Qvi salutem* oc " jafnan er messa er súngin de cruce. Fimta um Páskaviku til (gagndaga) Uppstigningardags. *Te qvidem.* nema í gagndaga messo. þá skal hvers dags prefacio. " Setta de ascencione domini níu daga. *Qvi per resurrectionem.* Siaunda um Hvítadaga. *Qvi ascendens.* oc iafnan er messa er súngin de spiritú sancto. Atta de " trinitate alla þá viku oc drottinsdaga alla frá hvítadögum til iólaföstu. *Qvi cum unigenito.* nema þat festum se súngit er ser hafi adra (ádr) prefacionem. Níunda " de Apostolis. *Te dominum suppli.* oc se sú iafnan er þeim er súngit (nema vigilia). " Tíunda sancta Maria *Et te in veneracione* oc veri sú iafnan er henni er súngit nema " kyndilmesso. þá skal vera. *Qvia per incarn.* oc sva þar til drottinsdaga frá octava " epiphania nema níuviknа fasta kome fyrr. þá skal óbreytt prefacio. Hafa skal " communicantes oc *Hanc igitur* alla páskaviku oc helgu viku. ióladag í öllum " messum. þrettándadag. skírdag. uppstigningardag. oc einga þessa hlute optar en " nú er ákvedit. Sá hverr er hann giörer annars koster at vilia sínum. gialldi biskupi tólf aura. edr missa ella messosöngs. Eingin á at losa hofutsynd. oc eingin " at giöra þó at bodin se. um þá hlute eina kyss hugr ombun er madr er (eigi) " skylldr at vita. bióda bera skript firir bera synd. en leynda skript firer leyndan " lanst. (Prestar skulo) Banna berliga í formæli páskadag þiónostotekiu hverium " þeim er ei hefuer til skripta geingit. edr ser veit á hendr leynda stórglæpi. Manna " konur at eins skal í kyrkiu leida med loganda kerti þær sem börn eiga med bóndum sínum. en allar adrar med öngu kerti. " Id est: *Hæc præcepta a Magno Episcopo injuncta sunt, & ab omnibus clericis in synodo approbata: Nulli sacerdoti idem officium diutius* (una serie) *est repetendum, qvam qvod qvovis mense permutationem adhibeat. Qvavis die dominica in officio missæ* Credo in unum *est canendum, festi præterea natalitiorum feria prima in qvovis officio, feria ejusdem sexta,* (&) *feria octava, & in illa hebdomade* (illo officio) *semper cum* puer natus *canitur; festo*

patriam revertentem, litteras accepit, qvibus non solum ab officio removebatur, sed & ipsi, ut qvam primum coram Archiepiscopi tribunali compareret, dies dicebatur; sed non imprudenter iter distulit, nam 1227. 7. idus Octobris Petrum mors oppressit. Thorerus vero qvi ei Anno 1228. successit, Thorsteinum qvendam natione Germanum, qvi Magno denuo

---

festo epiphanias, festo ascensionis domini, festis Mariæ qvinqve (qvatuor al. *omnibus), festo Crucis utroqve, festo omnium Sanctorum, natali Templi, die anniversaria Altaris, in festo Reliqviarum, festis Apostolorum omnibus lege receptis, & per totam hebdomadem paschatos, ac per hebdomadem itidem pentecostes, in qvatuor octavis festorum epiphaniæ, ascensionis & assumtionis Mariæ, & nativitatis ejusdem,* (festo) *Marci Evangelistæ, Lucæ Evangelistæ, Johannis ante Portam Latinam, in Commemoratione Pauli, ad vincula Petri,* (festo) *Barnabæ Apostoli, Mariæ Magdalenæ, in divisione Apostolorum, & transfiguratione Domini. Non plures qvam decem* (formulæ) *Præfationum in officiis sunt adhibendæ,* (qvarum) *prima per tempus Natalitiorum usqve ad festum Epiphanias adhibeatur:* Qvia per incarnationem. *Secunda in Epiphania Domini per octiduum:* Qvia cum unigenitus. *Tertia per tempus qvadragesimale usqve ad dominicam Palmarum, tam diebus dominicis qvam intermediis* (adhibenda): Qvi corporali jejunio. *Qvarta in hebdomade sacra per dies qvinqve, ut & semper ubi officium de cruce celebratur:* Qvi salutem. *Qvinta per hebdomadem paschatis usqve ad festum ascensionis (robigalium):* Te qvidem; *excepto tamen officio robigalium, in qvo Præfatio qvotidiana adhibebitur. Sexta de ascensione Domini per dies novem:* Qvi per resurrectionem. *Septima tempore pentecostes, ut & semper cum officium de Spiritu Sancto celebratur:* Qvi ascendens. *Octava de Trinitate per totam illam septimanam, & diebus dominicis omnibus a festo pentecostes usqve ad tempus Adventus, nisi festum celebretur, qvod specialem sibi habeat Præfationem:* Qvi cum unigenito. *Nona de Apostolis:* Te dominum suppli; *qvæ semper dum de illis officium celebratur, adhibeatur; (nisi vigilia). Deinde de Sancta Maria:* Et te in veneratione; *qvæ semper ubi de illa officium celebratur, adhibeatur, nisi festo hypopante tunc adhibebitur:* Qvia per incarnationem; *& ita qvoqve diebus dominicis inde ab octava Epiphaniæ, nisi septuagesima prius inciderit, qvo in casu Præfatio communis adhibeatur. Communicantes &* Hanc igitur *per totam hebdomadem paschatis & sacram, ut & feria prima Natalitiorum in qvovis officio, festo epiphanias, die Viridium, & festo ascensionis admittuntur, nec tamen ullæ harum rerum sæpius, qvam jam præscriptum est, adhibeantur. Qvi volens secus fecerit, Episcopo duodecim oras pendat, alias ab officio removeatur. Nemini peccatum capitale permittere licet, nec cuiqvam permissum committere; illarum saltem rerum retributio est speranda, qvæ a qvovis cognosci (non) debent. Pœna condigna publica pro delicto publico, privata vero pro crimine privato decernenda est. Cuicunqve, qvi non est confessus, aut qvi delicti atrocis occulti sibi est conscius, (a sacerdotibus) communio festo paschatis celebranda publice interdicitor. Uxores tantum legitimæ, qvæ liberos de maritis suis susceptos enixæ sunt, cum candela ardente, reliqvæ omnes sine candela introducuntor.*

denuo dicam fcriberet, in Islandiam ablegavit, cui tandem parens, Norvegiam Anno 1229. petivit. Sed Thoreri morte Anno 1230. interveniente reditus in patriam usqve in Annum 1232. dilatus eft. Qvo tandem anno a Sigurdo Archiepifcopo reftitutus, fecum litteras, qvibus Gudmundus Holenfis ab officii adminiftratione fufpendebatur, adferens, revertitur. Magnum, fi non qvotannis, fæpius certe, fuæ curæ concreditas ecclefias invifum iffe, teftes funt ejus in qvarta occidentali peractæ parœciarum vifitationes. Anno enim 1224. & denuo 1233. hanc qvadrantem luftravit (a).

§. 5.

Magnus Islandiæ Epifcoporum ante Reformationem ultimus, qvantum nobis conftat, legitimam habuit uxorem, ex qva liberos bonæ frugis fufcepit. Anno 1236. 19 Cal. Septembris, officii 21 vivis exceffit. Qvantum ipfius prudentia & auctoritas ad fervandam inter diffidentes cives, fi non concordiam, publicam tamen pacem & tranqvillitatem, perniciofaqve odia & civilia bella avertenda contribuerit, inde patet, qvod proximo poft ejus obitum Anno 1237. Sturla Sighvati cum Thorleifo Thordi, prælium commifit, in qvo utrinqve circiter 40. occubuerunt. Anno 1238. ob Magnatum difcordiam comitia anniverfaria haberi non potuerunt. Qvod, ut revera fuit, nefas audiebat, eodem anno Sighvatus Sturlæus & filii cum Kolbeino Arnori & Giffuro Thorvaldi Orlygftadis in tractu Skagafiord, utrinqve ingenti contracto exercitu conflixerunt, qvo in prælio Sighvatus (a) cum qvatuor filiis & 60. circiter aliis occubuit, unde continuæ cædes, incendia, rapinæ, & tota malorum ilias ortum traxit, qvæ alio remedio, qvam ut infulæ dominium ad Norvegiæ Regem deferretur, fanari neqvivit.

§. 6.

(a) Longum tandem poft exilium rediit ad Sedem Holenfem Gudmundus Arii, cum qvo fuit Presbyter qvidam, communiter vocatus *Rita Biorn* fc. Biornus Scriba. Hi non tantum literas Archiepifcopi, qvæ Magnum ab adminiftratione officii removebant, attulerunt, fed etiam ipfi una cum Thorvaldo Giffuri, Sighvato Sturlæ, Sturla Sighvati, aliisqve diem dixerunt, ut anno vertente coram Archiepifcopi tribunali apparerent. Caufa autem fufpenfionis præcipua fuiffe videtur memorata ceremoniarum mutatio, in Capitularium Nidarofienfium gratiam facta, qvam forte Gudmundus, collegæ minus favens, coram Archiepifcopo criminatus fuerat.

(b) Legenda *Sturlunga* lib. 6. cap. 3. feq.

§. 6.

Ætate provectus, & mole officii feſſus, de ſucceſſore, qvi patriæ foret emolumento, circumſpicere cœpiſſe videtur. Anno enim 1236. electus fuit Magnus Gudmundi filius, Paſtor Thingvallenſis & Prætor univerſalis (*Allsheriar Godi*), vir pius, prudens & illæſæ famæ (a). Qvi eodem anno, una cum Kigra-Biörno, qvem Holenſes ſibi elegerant Epiſcopum, ordinationem accepturus ex Islandia in Norvegiam transfretavit (b). Sed qvid de eo exinde factum ſit, incertum eſt. Qvidam enim eum in Norvegia fatis ceſſiſſe putant, qvidam autem ob intervenientia obſtacula (c) ab

(a) Fuit filius Gudmundi Grís, viri optimi, Jonæ Lopti ex filia nepos. *Sturlunga* libr. 3. cap. 22. Hinc Magnum, ob virtutes & manſvetudinem, dicit vocatum fuiſſe *Bonum* (hiun Góda). *Alls heriargodi* fuit, ɔ: Prætor loci, in qvo comitia habentur, ut patet ex Lib. 4. cap. 21. Nam licet Ericus Archiepiſcopus vetuerit, ne qvis ſimul ſacerdos & Prætor eſſet, inveteratum tamen cacöethes exſtirpari non potuit, priusqvam Iſlandi ſe Norvegiæ Regi ſubmiſerunt. Cum hoc Magno Snorro Sturlæus, circa annum 1220. controverſiam habuit, qvam Magnus Epiſcopus ſua ſedavit authoritate, ut ſupra §. 2. monuimus. Univerſa autem hæc ſeditio non per Magnum ſtetit, ſed Sturlæanæ avaritiæ & ambitionis effectus fuit.

(b) *Sturlunga* Lib. 5. cap. 46. " Urækia reid þá ofan á Eyrar oc redi ſer far med Andreſi Rafnsſyni. Þá fór og utan á Eyrum Magnús ſon Gudmundar Grís, ſem var koſinn til biſkups í Skálhollti, oc Kigri-Biörn, er Nordlendingar höfdu koſid til biſkups." Id eſt: *Urækia tunc Eyras proficiſcebatur, ubi cum Andrea filio Rafni de ſocietate itineris navalis paciſcebatur. Tunc etiam Magnus filius Gudmundi Gris, Epiſcopus Skalholtenſis electus, & Kigri-Biörnus, qvem boreales Epiſcopum elegerant, Eyris peregre ituri ſolvere.* In qvibus electus fuiſſe & navem ſolviſſe expreſſe dicitur.

(c) Diximus ſupra Sect. 1. cap. 1. §. 3. Haconem Regem, Iſlandiæ dominio inhiantem, ſub finem hujus Periodi ſibi vindicaſſe jus vocandi Epiſcopos Iſlandiæ, qvod hic primo exercuiſſe videtur, alia enim vix excogitari poteſt cauſſa, qvare Magnus repulſam tulit, qvod etiam exitus probaſſe videtur, nam biennio poſt, Sigurdum & Botolphum, utrumqve natione Norvegos Iſlandis obtruſit Epiſcopos, id autem tamdiu diſtuliſſe videtur, ut interea Romani Pontificis conſenſum acqvirere poſſet; qvem anno ſeqventi accepit; alioqvi enim Magni ordinationem impedire non potuiſſet. Sed ut tempus, ad perficiendum has machinationes, lucraretur, videtur aut ipſe, aut per Sigurdum Archiepiſcopum, qvi ei ſemper facilis & obſeqvens fuit, hosce Candidatos vana ſpe honoris lactaſſe, & ut aliqva de cauſa, limina Apoſtolorum ſalutatum irent, perſvaſiſſe; qvod Biörnum feciſſe innuit *Sturlungu* loc. cit. inqviens: " Urækia fór utan á Eyrum oc geck ſudr um vetrinn. Hann fann Walldimar " Kóng

ab incepto destitisse, & 1239. in Islandiam rediisse, Anno autem 1240. naufragio periisse volunt. (a).

Cap. IX.

De Sigurdo Thettmari filio.

§. I.

Sigurdus Thettmari filius, natione Norvegus, ex Abbate Selöensi Episcopus Skalholtensis, una cum Botolfo Holensi Anno 1238. ordinatus, primus alienigenarum in cathedra Skalholtensi Anno 1239. sedere cœpit. Incidit ille in tempora pessima & inqvietissima, tota provincia dissentionibus & bellis civilibus flagrante, qvorum fax & tuba Gissurus Thorvaldi, & Kolbeinus Arnori, familiam Sturlungorum penitus exstingvere & eradicare satagebant. Nam occiso Anno 1238, ut supra memoravimus, Sighvato Sturlæo cum qvatuor filiis, triennio post, seu 1241. virum sui seculi doctissimum Snorronem Sturlæum, Gissurus, non obstante affinitatis vinculo, nam filiam Snorronis in matrimonio habuerat, occidi curavit. Qvam indignissimam parentis cædem non ferens Urækia, Snorronis filius, collecto

---

" Kóng hinn gamla, oc orti um hann vísu, enn hann gaf hönum hest, þann er " hann reid sudr og sunnan, þar til Kigri-Biörn andadist. " Id est: *Urækia Eyris solvit, & hyeme iter Romam versus fecit. Is Regem Valdimarum seniorem convenit; de qvo stropham pepigit, hic autem illi eqvum dedit, qvo tam Romam, qvam Roma, usqve dum Kigra-Biornus decessit, vehebatur.* De Magni autem peregrinatione tacet hic Auctor, qvi nec Biornoniæ mentionem fecisset, nisi ejus mors & Urækiæ historia, qvem hic texit, ejusdem præbuisset occasionem. Sed cum Urækia, qvi una cum Biörno Romam petiit, non priusqvam anno 1239. in Islandiam reversus sit, ut ex *Sturlunga* patet, & *Annales Flateyenses* Magni reditum ad eundem referant, omnino verisimile fit, Magnum etiam Romam esse profectum. Qvæ omnia licet sint conjecturæ, non tamen sunt a verisimilitudine abhorrentes. Id tantum certum est, qvod Magnus nunqvam Skalholtinus factus sit Episcopus.

(a) *Annales Flateyenses* ad hunc annum dicunt: " Drucknadi Magnús Prestr Gudmunds- " son. " id est: *submersus est Magnus sacerdos filius Gudmundi*; qvem non a nostro diversum fuisse, pleriqve statuunt. Sed num naufragio, an alia occasione aqvis absorptus fuerit, non liqvet.

collecto 600. armatorum exercitu Reykholtum occupavit, Klangumqve Gissuri sobrinum captum occidit.

§. 2.

Inde contra Gissurum movens, tanta celeritate uti non potuit, qvin Gissurus ipsi e manibus elaberetur. Ille enim de re tota & instante periculo per exploratores certior factus, confestim cum 80. viris amicis & domesticis, qvos ad convivium invitaverat, circa vesperam, pridie cal. Jan. relicto toto convivali apparatu, Skalholtum ad Episcopum properavit. Hic ei, qvantum in se esset, consilii aut auxilii, promisit, promissumqve re ipsa fideliter præstitit, nam una cum Gissuro, totum festum circumcisionis in muniendo sepulcreto Skalholtensi consumsit. Hostium etiam appropinqvante agmine, primo duos sacerdotes, pacis conditiones perferentes ad Urækiam misit, & deinde ita volente Urækia, ipse intercessorem egit. Sed frustra: Neutra enim parte alteri qvicqvam cedere volente, in mutuum conflictum infestæ acies corruebant, qvod ut comperit Episcopus, qvosdam clericorum Gissuro militare jussit, ipse autem cum reliqvis, suis armis usurus, extemplo sacram intrat ædem, pauloqve post mitra caput redimitus, altera manu lituum, altera vero librum & cereum tenens, una cum clericis, inter furentes acies, Urækiam cum suis diris devovens cernitur; qvo effecit, ut prælio intermisso, ipse ab utraqve parte causarum arbiter eligeretur. Hinc sententiam, qva Urækia cum asseclis, ut utrumqve Thorlaci festum jejunarent (a), & qvatuor joachimicos aut eorum pretium viritim, pauperibus aut templo Skalholtensi contribuerent, Præsul edixit. Qvo facto Urækia cum suis ab Episcopo absolutus, & commeatu, qvantum opus habuit juvatus, discessit.

§. 3.

His conventis, licet Gissurus, crucem tenens, in qva lignum vitæ fuisse fertur (b), staturum se sancte jurasset, paulo tamen post instigante Ormo

(a) Scilicet qvoniam Sanctum Thorlacum ut loci patronum hoc tumultu non parum dehonestaverant, & irritaverant, ideo hoc modo placandus fuit.

(b) Qvid hic per *lignum vitæ* intelligendum sit, non liqvet, verisimile tamen, fuisse parvulam

Ormo Klangi fratre, ductoqve in partes Kolbeino Arnori, pacta rupit. Hoc cognito Sigurdus Præsul, confestim Botolfum collegam adit, ipsiqve ut secum litigantibus intercessorem se offerat, persvasit, qvi tandem effecerunt, ut conventus pacificatorius ad pontem fluvii Hvitá indiceretur, ad qvem ex condicto Præsul uterqve & Brandus Jonæ, Abbas postea Verensis, deincepsqve Episcopus Holensis confluxerunt. Biduo ibidem consumto, tandem Sigurdo Præsuli & Kolbeino Arnori causarum arbitrium permittunt. Sed ad confirmanda pacta, neuter partium, Gissurus aut Urækia pontem transire sustinuit. Urækia enim Gissuro, ut perfido & perjuro, fidem se non habere palam professus est. Gissurus vero pontis angustiam & imbecillitatem caussabatur. Datis itaqve ultro citroqve obsidibus, Urækia tandem, suis multum dissvadentibus, ab Episcopo ut transiret, sibi persvaderi passus est. Superato autem ponte a Gissuro & ejus asseclis, statim capitur, & arctissimæ traditus custodiæ, maleqve mulctatus, & omnium rerum indigus, eadem æstate in exilium agitur. Hæc ut conspexerunt Episcopi, fremere frendereqve cœperunt, præcipue autem Sigurdum Episcopum tam fideliter a Gissuri partibus stetisse pœnituit, qvæ Gissurus susqve deqve ferens, extemplo se itineri Norvegico accingit, suis omnibus curæ & administrationi Hialtonis, Magni Episcopi filii, consobrini sui commissis.

§. 4.

Post ejus discessum e longa peregrinatione, tandem rediit Theodorus Kakali dictus, ex multis Sighvati Sturlæi filiis superstes, qvi per qvadrantem occidentalem collecto armatorum manipulo, cædem suorum ulturus, Breidabolstadum prædium Ormi Biörnonis (a) occupavit. Hoc ut rescivit Hialto, collecto circiter 700. virorum exercitu, Thordo obviam ivit, sed ipsum adoriri non ausus, suis præcepit, ut Skalholti junctim commorarentur, dum ipse ad Kolbeinum, consilium & auxilium acqvisiturus contenderet. Sed dum abesset, Episcopus, ut Thordo tempus ducendo illuderet, ipsum plus simplici vice adiit, de concordia & pacificatione

lam qvandam crucem cui segmentum aliqvod ligneum inerat ex cruce domini superesse creditum. Taleqvid etiam Sigurdus Rex Hierosolymipeta Norvegiæ intulit.

(a) Ormus fuit frater Klangi, qvem Urækia Anno 1241. Reykholti occiderat. Hic de Thordii adventu certior factus, fuga salutem qvæsierat.

catione acturus. Sed frustra, intellexit enim Thordus eum non sincere agere. Collectis itaqve plus 200. viris, rusticos Skalholti commorantes: qvorum numerus plus minus 700. fuit, qvi & ut antea permissu Episcopi sepulcretum & templum communierant, aggressurus appropinqvabat. Hoc ut averteret Præsul, semel adhuc ei occurrit, diris se eum, ni sisteret, devoturum minitans. Thordus contra qvædam de Præsulis iniqvo partium studio & subdolo animo locutus, Skalholtum perrexit, qvo cum veniret, Episcopum ad suam suorumqve exsecrationem cum 30. clericis in procinctu stantem reperit. Sed cum ad extremum ventum esset, benignitate & consilio Teiti Nomophylacis factum est, ut utrinqve ab inceptis desisteretur, caussarumqve arbitrium Præsuli & Steinunæ Thordi sorori permitteretur (a).

§. 5.

Anno 1250. Sigurdus ad exteros abiit, cathedræ & diœceseos cura, Brando Jonæ, Abbati Verensi, commissa, hac vice qvadriennium absuturus (b). Nam Anno 1254. ad cathedram revertitur, multas secum epistolas & edicta Regis afferens, a qvo mandatis instructus erat, ad persvadendum Islandis, ut illi tributarii fierent, ipsiqve Rex adjunxerat, Sigurdum qvendam Silkeauga dictum. Sed cum hi parum proficerent, Rex denuo 1255. Ivarum Angeli filium (c) ad idem perficiendum in Islandiam misit, Episcopis præ aliis ipsum, ejusqve negotia, commendans. Hic apud Sigurdum Skalholti hyemem transegit, sed segniorem hunc, qvam speraverat, in peragendo sibi a Rege commisso negotio, offendens, ab eo ad Henricum Holensem discessit. Tandem Anno 1261. ejusdem rei gra-

 tia

(a) Ea tamen conditione, ut si dissentirent, Steinunæ, non Episcopi voto standum esset. Horum vero sententia talis fuit, ut qvivis colonus, qvi Gissuro in prælio contra patrem & fratres Thordi militaverat, duodecim, ditiores autem viginti imperiales, Thordo penderent, qvod tandem ingentem pecuniæ vim effecisse necesse est.

(b) Status ecclesiæ & reipublicæ Episcopo absente, pacatior fuit, nam Brandus sua auctoritate & prudentia dissentientes composuit, & pro virili sedavit. Vide *Sturlungam* lib. 7. cap. 58. seq.

(c) Ivarus Angeli filius fuit celebris Haqvini Regis Aulicus, qvi cum multis aliis Proceribus Norvegicis, Regis filiam in Hispaniam Anno 1257. deduxit, unde Hierosolymam petens, in itinere obiit.

tia Rex Hallvardum Gullsko ad Islandos misit, qvi adstipulantibus Episcopis, ut incolæ Haconi Norvegiæ Regi, ejusqve legitimis successoribus fidem, obseqvium, annuumqve tributum jurarent, effecit.

§. 6.

Anno 1254. Sigurdus sibi a Thorgilso Bödvari filio, viro nobili & Regis Præfecto, qvi Valgardum qvendam sacerdotis filium occiderat, 160. joachimicorum pretium adjudicavit, qvod Thorgilsus non modo se soluturum promisit, sed etiam deinde inter Episcopi amicissimos numerari cœpit, cujus fructum non exiguum percepisse Anno 1257. Episcopus sibi visus est Coëmerat qvippe, citra fluvium Thiorsá in provincia Thordi Andreæ filii, magnam carnium copiam, qvæ 120. Joachimicos æqvabat. Sed Thordus timens, ne tanta cibariorum evectio provinciæ famem induceret, contractum sua auctoritate dissolverat, & præterea Thomæ Episcopi filio mercimonia qvædam abstulerat, qvod Episcopus ita interpretatus est, acsi cathedram & templum Skalholtense spoliasset. Rogatu itaqve Episcopi, Skalholtum Thorgilsus advolat, & cum Thordo colloqvium instituit, in qvo de causa Thomæ transigi non potuit, sed de carnibus, ut Episcopus iis potiretur, convenit, qvod ei pergratum accidit, ita, ut Thorgilsum cum comitibus lauto mactatum convivio & honoribus, a se amicissime dimitteret. Sed Thorgilso Anno 1258. 11. cal. Febr. ab amico & consangvineo suo Thorvardo Thorarini filio insidiose occiso, Sigurdus Thorgilsi frater, primo qvidem ultionem parabat, qvæ cum non procederet, ad pacis consilia animum applicuit. Ducto itaqve in partes Regio Legato Hallvardo Gullskó, Anno 1262. sub ipsum Paschatos festum ad villam Laugaras, prope Skalholtum, colloqvium pacificatorium instituitur. Tum Episcopus Sigurdo non modo ita se infestum, aversum, & ingratum præbuit, ut omnem ipsi & comitibus commeatum & hospitalitatem denegaret, sed & rogatus, ut colloqvio interesset, prorsus abnueret, pecuniam, qvam ob Valgardi necem pendere debebat Thorgilsus, nondum solutam esse causatus; ea vero pecuniæ summa, aliaqve huic pari libenter se vitam Thorgilsi redemturum fuisse, si licuisset; jam vero qvoniam de ipso actum sit, se vel ultimum nummum exacturum esse, minitatus est. Sigurdus itaqve, non qvidem ut Episcopo gratificaretur, sed ne anima fratris in purgatorio durius qvid pateretur, tantundem pecuniæ Episcopo,

apud

apud Thorvardum, Thorgilfi interfectorem affignavit, qva folutione contentus Præful, ulteriorem actionem omifit.

§. 7.

Hæc fere funt, qvæ de Sigurdo, alienis rebus fefe immifcente, occurrunt, ex qvibus præter turbulentiffimum reipublicæ ftatum, Sigurdum fi non fubdoli, certe tamen inftabilis & volubilis valde ingenii virum fuiffe conftat. Qvæ autem, tanqvam Epifcopus pro ratione officii gefferit, qvorum perpauca obvia funt, jam recitabimus. Cum 1261. ingruente fame intenfiffimo frigore & pabuli penuria, Giffurus Comes cum univerfa plebe Skagfiordenfi votum feciffet, ut pridie feftum Sancti Olai omnes poftea jejunarent, Sigurdus fuæ dioecefeos incolis, ut idem voverent, auctor fuit. Aliqvoties etiam ecclefias vifitaffe fidem faciunt antiqva documenta, qvæ inter qvorundam templorum fchedas reperiuntur. e. g. Afi & Hvanneyræ in tractu Borgarfiord, ubi eum Thorgilfus Bodvari convenit Anno 1257. Skardi etiam in occidentali parte templum aliqvando confecravit, & qvædam circa ejus reditus mutavit. Præterea villas qvasdam templo Skalholtenfi acqvifivit (a). Anno 1264. mortuo Brando Holenfi, dioecefeos Holenfis alumni diaconum Arnam Thorlaci filium ad Sigurdum ablegarunt, petitum, ut facerdotem qvendam cathedræ & dioecefi ad tempus præficeret. Sed ille ipfi Arnæ, qvi antea Brando a manibus fuerat, facerdotio prius initiato, hanc provinciam commifit.

§. 8.

Anno 1267. Haqvinus Nidarofienfis Archiepifcopus, Sigurdo jam fenio & imbecillitate confecto, Skalholtenfis dioecefeos infpectionem, Jorundo Holenfi commifit; hic autem eundem Arnam Thorlaci ipfi Coadjutorem conftituit; qvi & Sigurdo feqventi Anno 1268. exfeqvias fecit, cum hic Skalholti 30 annis fediffet. A qvo in Islandiam venit Sigurdus; cælebs manfit, eoqve fedente, conjugium clericorum fevere coepit prohiberi, qvod qvidem antea Thorlacus Thorhalli tentaverat, fed perficere non potuerat. Filium habuit Sigurdus nomine Thomam, qvem ante qvam vitæ monafticæ nomen dedit, procreaffe credibile eft.

(a) In qvarum numero funt, *Baugftader*, *Skógtiorn*, *Dalr*, & forte plures.



SEC-

SECTIO IV.

De Epiſcopis Holenſibus.

Cap. I.

De Jona Ogmundi filio.

§. I.

Cum tandem borealis partis incolarum precibus victus Giſſurus Epiſcopus, qvartam ſuæ diœceſeos partem alteri erigendo Epiſcopatui conceſſiſſet, nemine refragante, novæ cathedræ Jonam Ogmundinum Præſulem elegit, qvi genere ſat claro prognatus (a), in infantia una cum parentibus in Dania peregrinatus fuerat (b). Redux vero in patriam Isleifo Epiſcopo erudiendus traditus, tantum brevi profecit, ut commilitones longo poſt ſe intervallo relinqveret (c). Maturam adeptus ætatem, & diaconatu initiatus, litterarum dulcedine captus, ad exteros iter inſtituit, peragrataqve Norvegia, Dania & Germania, Romam usqve pervenit. Ibidem, cum qvantum conſtituerat, commoratus fuiſſet, per Galliam revertens, cognatum ſuum Sæmundum Sigfuſſonium (d), qvi diu ſcholam Pariſi-

(a) *Landnama* pag. 12. 140. 150. 161. *Vit. Trygg.* Part. 2. pag. 117. Confer & *Vitam Ögmundini* Manuſcriptam.

(b) Tunc de eo vaticinatam fuiſſe ferunt Aſtridam Svenonis Regis matrem, qvod Epiſcopus futurus eſſet. Conf. *Vit. Ögmundini* Manuſcripta. Aſtrida hæc a multis Regina vocatur, fuit enim Svenonis Regis filia & Svenonis etiam Daniæ Regis mater, ſed Ulfi Comitis vidua. Vide *Knytlingam.*

(c) Tam impenſe alter alterum Jonas & Iſleifus amabant, ut pater & filius. Vide ſupra Sect. 3. cap. 1. §. 1. pag. 262.

(d) Jonas & Sæmundus tertio conſangvinitatis gradu ſe hoc modo contingebant: Ingvelda Halli de Sida filia fuit mater Thoreyæ, matris Sæmundi; Sed Egillus Halli de Sida filius, genuit Thorgerdam, matrem Jonæ Ögmundini. Vid. *Landnama* pag. 96. 140.

Parifienfem freqventaverat, fecum reduxit (a). Daniam tempore qvadragefimali tranfiens, in vico qvodam miffam auditurus, templum intravit, in qvo ejusdem rei gratia, Sveno Daniæ Rex cum Aulicis conftitutus fuit. Presbyter autem, cui hiftoriam paffionis legere obtigerat, & indoctus, & raucæ ac ingratæ vocis erat, parumqve abfuit, qvin derifui femet exponeret, publiciqve fcandali caufa exifteret, qvod prævidens Ogmundinus, ipfum adiit, acceptoqve libro, qvod reftabat, diftincte adeo eleganterqve pronunciavit, ut admirationi præfentibus effet, Rexqve eum, peractis facris, donis & honore mactaret (b).

§. 2.

(a) Sæmundi ab exteris reditum *Annal. Flateyenfes* ad Annum 1076. alii vero communiter dicti *breviores* ad Annum 1077. referunt; Sed parvi refert utrum ftatuatur.

(b) Qvis fcit an hic latitet hiftoria illa famofiffima de Svenone Norvego, de qvo *PONTANUS Rer. Dan.* libr. 5. pag. 190. ita fcribit: *Secundum Guilielmum maximi præterea faciebat Svenonem Norvegum, qvo & intra domefticos aulæ parietes ut Evangeli & verbi divini præcone, ut plurimum utebatur. Fuerat hic a præfectura ad facerdotium translatus. Eftqve ille, qvi tefte Saxone, rem divinam facturus, & librum, qvem invidi lituris infperfum fuppofuerant, nactus, pro* Deus Regem famulum fuum protegat, *legebat:* mulum fuum protegat; *extrita nimirum prima in voce famulum fyllaba. Sed poftea, ut alit æmulatio ingenia, ad ftudia literarum animum propius applicans, etiam ipfis fuis irriforibus evafit cultior. Et locum qvem in ecclefia Roskildenfi fibi a Rege defignatum, epifcopalem acceperat, ad vitæ usqve finem tenuit, digneqve tutatus eft.* Non multum obftant temporum rationes, nam *PONTANUS* Svenonis primo mentionem facit ad Annum 1071. celeberr. & perilluft. *PONTOPPIDANUS* in *Ann. Diplom. Eccl. Dan.* Tom. I. autumat eum mortuum effe Anno 1095. noftri autem prima peregrinatio incidiffe videtur in interftitium annorum 1070. & 1077. Natura huic varias, easqve eximias corporis animiqve dotes attribuerat, fuit enim pius, probus, doctus, ftaturæ proceræ, fortis, formofus, capillo flavo. Præcipue tamen vocalis feu fonoræ vocis fuit, cujus exemplum dedit in tertia fua peregrinatione, qvod ex *Vita Ogmundini* Manufcript. feqventibus circumftantiis accidebat: Lundum, fedem Archiepifcopalem, fub vefperam intrans, audivit Archiepifcopum, cum univerfo Clero, in templo cathedrali vefpertinas preces celebrare. Qvo itaqve properans, abfoluto pene officio, templum iniit, & ne fruftra veniret, mox tanta vocis gravitate & fvavitate cantum vefpertinum denuo inchoavit, ut ad unum omnes, licet id ab Archiepifcopo fevere prohibitum effet, qvid ageretur, fcire geftientes, ne ipfo qvidem excepto Archiepifcopo, retrofpicerent, qvi a clero poftea monitus, qvod ipfe fuas transgreffus fuiffet leges, gravi de caufa id accidiffe, nam angeli non hominis vocem fe audire fibi vifum effe, refpondit.

§. 2.

Patriæ restituti Jonas & Sæmundus, suum qvisqve avitum prædium occupavere, sacerdotioqve initiati, ecclesiæ perutilem operam navare cœperunt. Circa Annum 1095. alteram Jonas in Norvegiam peregrinationem suscepit. Aderant tum temporis Nidarosiæ 300. Islandi, qvibus Ogmundinus & Teitus Gissuri Episcopi filius præfuerunt, in qvorum numero fuit, Gislavus qvidam Islandus, qvi sexennis puer, parentem a Giafaldo qvodam, jam Magni Regis Nudipedis satellite ingenti favore & honore fruente, pridem occidi viderat; In omnem ergo occasionem patris necem ulciscendi intentus, hanc jam nactus, Giafaldum occidit. Inde in vincula a Regiis conjectus, sed ab Islandis, sacramento obligatis, vitam se & fortunas in Gislavi salutem expensuros, effractis carceris foribus liberatus, ultroqve in Senatum adductus fuit. Qvo ubi ventum est, surrexit Regius Orator Sigurdus Ullstreingus, in hæc verba erumpens: *Non dubito* inqvit, *qvin omnibus constet, occisum esse hominem Norvegum, Regis aulicum, loco nobili natum, Regis & nostrum summum amicum, idqve ab homine Islando, qvi cum sibi habere videretur, cujus Giafaldum accusaret, hunc putavit esse legitimum agendi modum, ut talem tantum virum indemnatum occideret. Qvodsi hæc audacia impunita dimittatur, nobis omnino timendum erit, & non modo nobis Regiis, ne unum aut alterum trucident & pro lubitu mactent, sed etiam ipsi Regi, neqvid in illum gravius præsumant. Est itaqve scelerata hæc audacia severe punienda, nec qvicqvam justius, qvam ut unius Norvegi cædes decem Islandorum mactatione expietur.*

§. 3.

His ab Ullstrengo dictis, Teitus pro Islandis responsionem parans, ab irato Rege, lingvam ei, ni taceret excidendam minitante reprimitur. Prodiens itaqve Ogmundinus, accepta a Rege dicendi venia, in hunc modum verba fecit: *Dei Opt. Max. beneficio factum agnoscimus, qvod una cum reliqvis terris, etiam hæ duæ regiones Norvegia & Islandia e diabolicis tenebris ad veri Dei cognitionem adductæ sunt, adeo ut jam Deum a diabolo, bonum a malo discernere norint; antea enim in idolomaniæ & magicarum artium studio & exercitio, non magis homines hominibus, qvam ipsis diabolis familiares vixerunt. Nunc vero, licet satanas non æqve familiariter cum hominibus conversetur, & visibile commercium habeat, interim tamen,*

men, ut ſuas partes agant, & qvæ ipſi placent, aut ipſi dicant & faciant, aut alios ad eadem dicenda & facienda impellant, non paucos ſeducit. Cujus modi fuit, non Regius, ut mihi videtur, ſed Diabolicus Orator, perſvadere conatus, ut cum primo homo Islandus liber, & honeſta natus familia innocens occiſus ſit, nunc iterum decem, regia auctoritate lanientur. Ejusmodi itaqve conſultores, nihil aliud intendunt, qvam ut his ſermonibus, Regiam clementiam, juſtitiam, reliqvasqve virtutes labefactent, Principemqve ad crudelem injuſtitiam, Tyranno, nedum Rege, indignam, qvantum in iis eſt, ſeducant & inſligent, & hoc modo Sathanæ, ſangvine innoxio, eo magnificentius litetur. Tu autem, o! Rex, & qvi tecum ad rerumpublicarum gubernacula ſedetis, typum & vicem geritis magni & juſti illius judicis, olim ad totum terrarum orbem, æqva cenſura judicandum ſuperventuri, qvocirca, neqvid jam temere, cujus te olim pœniteat, pronuncies, providendum. Hac Ogmundini oratione Regius animus non ita tantum ſedatus eſt, ut reus judicio irrogata 188. unciarum auri multa, abſolveretur, inqve cæſi Giafaldi locum ſubſtitueretur (a); ſed etiam vocato ad ſe Ogmundino gratias ageret, utqve in poſterum ſui ſemper in precibus ad Deum fundendis mentionem faceret, præciperet. Non multo poſt, Ullſtreingus ipſe in gravem incidens morbum Ogmundinum ad ſe vocari curavit, ipſius preces & benedictionem expetens, qva accepta, convaleſcens, paſtorem donis mactavit, indeqve ut ſummum virum, optimumqve amicum coluit (b).

§. 4.

Anno 1105. Holenſis Epiſcopus deſignatus, ordinationem accepturus Oſſurum Lundenſem adit; qvi eum perbenigne qvidem excepit, ſed

(a) Mos erat Norvegiæ Regibus, ſi aulici aut villici eorum interfectori, ob prægnantem aliqvam cauſam vitam conceſſere, ut ipſum modo generis nobilitate virtute aut fortitudine præditus eſſet, in locum cæſi ſubſtituerent. Conf. *Hiſt. Olai Craſſi* cap. 105. & *Vit. Trygg.* part. 2. pag. 173.

(b) Conf. *ARNGRIMUS Crymog.* libr. II. pag. 173. & *TORFÆUS Hiſtor. Norv.* Tom. 3. pag. 432. Hæc ad primam Ögmundini peregrinationem, qvæ circa Annum 1070. facta eſt, *Vita Ögmundini* Manuſcripta refert; ſed perperam; Nam Rex Magnus Nudipes patri ſucceſſit 1093, qvi primum biennium una cum fratre regnavit. Neceſſario itaqve hæc hiſtoria pertinet ad ſecundam ejus peregrinationem, qvæ circa annum 1096. facta eſſe videtur.

ſed percepto Jonam bigamum fuiſſe, ordinationem ei impertire non auſus, Romanum Pontificem convenire adegit. Hinc altera vice Roma ſalutata, acceptoqve Paſchalis ſecundi conſenſu, 3 cal. Maji 1106. Epiſcopus conſecratus, per Norvegiam in Islandiam revertitur, Holisqve ſedem figit. Anno 1107. in comitiis univerſalibus ambo Epiſcopi, Giſſurus Skalholtenſis & Jonas Ogmundinus convenerunt, multumqve de rebus ad Eccleſiæ emolumentum, qvæ vel mutandæ vel reformandæ videbantur, amice inter ſe contulerunt, cujus fructum Holana diœceſis non contemnendum brevi percepit. Eadem enim æſtate, inſtituta viſitatione eccleſiaſtica, reformationem qvandam exorſus eſt, præcipiens, ut qvovis feſto die mortales omnes, ſacris operam daturi templum freqventarent, qvotidie autem templum, ſi præſto eſſet, ſin minus, crucem, qvam in qvavis domo eſſe voluit, preces fuſuri adirent. Conſtituit etiam, ut qvivis maturæ ætatis ad minimum ſemel qvovis anno cathedram Holenſem adiret. Confeſſionem Apoſtolicam & orationem dominicam, qvemvis memoriter tenere, bisqve qvotidie mane & veſpere una cum precatiunculis canonicis recitare juſſit. Edere, bibere, e lecto ſurgere, aut cubitum ire, niſi cruce ante ſignatum, qvemvis vetuit. Magiam, incantationes, dierum electiones, aliosqve profanos mores & ethniciſmi reliqvias penitus abſtulit & prohibuit. Antiqva etiam dierum nomina mutavit, adeo ut loco *óþinsdag*, *þórsdag*, vocari juſſerit *midvikudag*, *fimtudag*, & ſic de cæteris. Carmina probroſa, illuſoria, amatoria, & id genus alia, ſevere prohibuit, omniaqve qvæ ei aut parum decentia aut ſcandaloſa eſſe videbantur, aut immutavit, aut prorſus ſuſtulit, clericisqve ut plebe hæc freqventer inculcarent, injunxit (a).

§. 5.

Promiſerant qvidem borealis partis incolæ ſe prædium qvoddam melioris frugis, futuro Epiſcopo in firmam fixamqve ſedem conceſſuros. Sed cum ad ſupremum ventum eſſet, omnes ſe excuſabant, nemoqve erat qvi ſuam villam ei concedere vellet, usqve dum Presbyter qvidam Illugius, qvi per antiphraſin a qvibusdam Hilarius vocatur, avitum ſuum præ-

(a) Hæc Giſſurum ante, aut certe circa hæc tempora, in diœceſi Skalholtina correxiſſe, nullus dubito, ſed qvoniam pars borealis longiſſime ab ea diſſita fuit, veriſimile ſit, reformationem ibi non prius perfici potuiſſe, qvam proprium Epiſcopum nacta fuit.

prædium Holas facro huic ufui dicaret. Forte etiam hac in re difficiliores fuerunt, qvod Jonas non borealis, fed meridionalis qvadrantis incola fuit. Id certum eft, tunc temporis in comitiis generalibus conftitutum fuiffe, ne unqvam alienigenæ Holenfem cathedram afcenderent. Vide litteras curiæ Holenfis ad Haconem Norvegiæ Regem, circa Annum 1319. datas (a).

§. 6.

Omnia qvæ aliis verbo præcepit, non tantum ipfe opere perfecit, fed præterea vigiliis, crebrisqve jejuniis, nocturnis, diurnisqve precibus, affiduo operam navans, feverumqve femper, malos caftigando, bonos collaudando & confirmando, morum cenforem agens, tantam fibi auctoritatem & fanctitatis famam acqvifivit, ut multi probi piiqve homines Holas confluerent. Horum qvidam ingentem pecuniæ fummam cathedræ legarunt, qvidam vero circa templum & cœmiterium cafas & cellas exftruxerunt, qvorum omnium idem erat fcopus & defiderium, fcilicet ut tanti Præfulis vitam pro norma ad qvam fuam formarent, haberent, & conciones qvas ex libro fæpius recitavit, ne propria fomnia fed Sacram Scripturam & Patrum conciones aliis inculcare videretur, audirent. Hinc etiam factum eft, ut nec parvorum, nec paucorum miraculorum patrationem credula ætas ei adfcriberet (b).

(a) Literæ curiæ Holenfis ad Regem Haconem, fuo loco infra exhibentur. Cæterum conf. *Vitam Jonæ* Ögmundini & *Hungurvakam* in Giffuri vita, & infra cap. 7. §. 1.

(b) Multa ei miracula affignantur, tam vivo, ut fanatio opilionis cujusdam & alia ejusdem farinæ, qvam mortuo, qvæ pleraqve rifu qvam vifu digniora funt, ideoqve ea libenter omittimus, remittentes talia defiderantem ad fæpe a nobis citatam *Vitam* Ögmun*dini* Manufcript. Interim tamen temperare nobis non poffumus, qvin unum faltem referamus, qvod ita fe habet: *Vere qvodam* (qvod in infula noftra præfertim parte boreali non inufitatum eft.) *tanta fuit frigoris & tempeftatum vis, ut ineunte menfe Junio, fænilibus evacuatis, terra nullum gramen in pecudum fuftentationem proferret, qvod univerfæ provinciæ interitum minitari videbatur. Ad hoc averruncandum in conventu, qvi tum temporis Thingoris habebatur, Epifcopus votum, de templo ibidem exftruendo, fieri curavit, cujus fundamenta ipfe defcripfit, & cum tempeftas annonaqve paulo poft in melius mutarentur, id provinciales ipfius precibus & fanctitati acceptum tulere.* Et hoc dicitur fuiffe prima caufa & occafio exftruendi templum & cœno-

§. 7.

Anno 1106. in Norvegia magnam materiæ vim coëmerat, qvam nautæ in auſtralis Islandiæ portu vulgo Eyrar, ſeu Eyrarbacka expoſuerant, unde ingenti molimine & expenſis Holas tranſportatum (a), templi & ſcholæ ædificationi adhibuit. Erat qvidem antea templum Holis ligneum, ſed plumbo tectum, tantæ magnitudinis, ut Islandia par non habuerit. Illud Illugus Biarni filius ſacerdos (b) exſtruxerat, ſed ignoto caſu, aut cœlo tactum conflagraſſe fertur, alio multo minore & inferiore ſubſtituto, qvod Ogmundinus, prioris amplitudinem affectans diruit. Saxa vero in vicino monte lateres referentia effodi curavit, unde altare & gradus juxta id fieri fecit.

§. 8.

Scholam etiam non longe a templo (c) in qva juventus latinæ lingvæ tyrocinia exerceret, exſtrui juſſit, eiqve Gislavum qvendam Finnonis,

---

cœnobium Thingorenſe, nam antea locus fuit deſertus. *RESENIUS* factum hoc eſſe Anno 1133. in Proleg. ad *Eddam* aſſerit, ſed fallitur, nam dudum tum Jonas vita exceſſerat. *Schedæ* pag. 13. dicunt eum 34. *ARNGRIMUS* vero in *Comment.* fol. 59. vult eum 64. annum agentem Epiſcopum factum eſſe; Sed neutrum verum eſt; ſcribendum ergo epiſcopatum acceſſiſſe anno ætatis 54. ut ex recta annorum computatione diſcitur. Altera vice in comitiis univerſalibus in ſimili caſu ſimile qvid effeciſſe fertur.

(a) Cognati & affines ejus, auſtralem Iſlandiam incolentes, hanc materiem dimidium viæ usqve in locum, qvi vocatur Hvinveriadalr devexerunt, unde borealis diœceſeos incolæ eam Holas deportarunt.

(b) In *Laurentii*, Holenſis Epiſcopi *Vita* Manuſcript. numeratur hic Illhugus inter majores Laurentii, ibidemqve dicitur alio nomine vocatus fuiſſe (ſc. per Antiphraſin) Hilarius.

(c) Vide *Vitam Ögmundini*, conf. *ARNGRIMI Crymog.* pag. 107. ubi etiam narratur hiſtoria Thoroddi Architecti, qvi tanti fuerit ingenii, ut ex auſcultatione Grammatices in ſchola, templo vicina, pueris prælectæ, artis præcepta imbiberet. Hujus Johanniticæ ædis veſtigia, cathedrale Holenſe templum etiamnum retinere, ſubinde ab aliis, prout uſus poſtularet, refectum, ſcribit *ARNGRIMUS* l. c. Anno 1609. Tandem tempeſtas, vetuſtate valde labefactum 1624. d. 13. Novembr. funditus dejecit, ut infra in vita Gudbrandi monendum erit. Confer *BIORNI de SKARDSA Annal.* ad Annum 1624. Noſtra ætate lapideum, lapidibus e vicino monticulo deſumtis & in illum uſum adhibitis, exſtructum eſt.

nis, natione Gothum, qvi Grammaticam, & Richinnam suum Confessionarium, qvi Poësin & Musicam doceret, præfecit; ex qvo multi posteriorum temporum Episcopi, Abbates, aliiqve docti viri prodierunt (a). Cœnobium Thingörense primus fundavit, cui decimas, cathedræ Holensi, a colonis inter sinum Rutafiord & fluvium Vatnsdalsá incolentibus solvendas attribuit (b). Obiit pius Præsul Anno 1121. ætat. 69. officii 15. In agone, Davidis verba ex Psalmo 145, 1. 2. recitavit. In Sanctorum demum numerum annis post mortem 77. puritate religionis deficiente a nostratibus relatus.

§. 9.

Ossa ejus (sanctitatem & sacras reliqvias vocarunt veteres,) Brandus Sæmundinus, qvartus Holensium Episcopus, exhumari, inqve pretioso, huic usui, aptato scrinio Anno 1198. recondi curavit, diemqve emortualem, qvi in 9. cal. Maji incidit, sacrum esse jussit; cui alterum in memoriam exhumationis, seu sanctitatis revelatæ, Audinus Ruffus circa Annum 1320, qvi est 5. Non. Martii, adjecit; tumqve in omnibus diœceseos Holensis templis, dupliciter cani jussit, qvi dies etiam posthac sanctissimus habebatur, & ad eundem in Calendariis Jonæ nomen adscriptum legitur.

CAP. II.

De Ketillo Thorsteini filio.

§. I.

Ketillus Thorsteini filius, Ejulfi nepos, Gudmundi Divitis pronepos, Gissuri Episcopi gener, prætor simul ac pastor fuit, vir non minus doctrina,

(a) Horum nominatiores sunt Klangus Skalholtensis & Biornus Holensis Episcopi, Vilmundus Thingorensis & Hreinus Hytdalensis, Abbates.

(b) Hæ decimæ postea inter Audinum Ruffum Holensem Episcopum, & Gudmundum Thingorensem Abbatem gravis controversiæ causa exstiterunt, ut infra monebitur.

doctrina, qvam pietate conſpicuus. Anno Jonæ Ogmundini emortuali, Haflidi Mauri & Thorgilſi Oddi filii, odia in civile bellum erupiſſent, ni Thorlaci Epiſcopi auctoritas illud ſedaſſet. Sed licet prælium omitterent, odia tamen altis repoſita mentibus manebant, qvæ tandem ex obſtinato Haflidi animo Ketilli perſvaſiones evulſerunt. Proprium enim ei ſuum retulit exemplum, qvod tale fuit.

§. 2.

Qvidam, inqvit, *mihi in aurem inſuſurravit, uxorem meam fidem conjugalem non bene ſervare, qvod licet falſum eſſe ſcirem, odio tamen virum proſeqvabar, plusqvam Vatiniano, ita ut aliqvando mihi ex improviſo obvium factum, ſtricto enſe, eum impetiturus eſſem. Sed contra ſpem meam, nam duplo illo fortior videbar, ille me audacter aggreſſus, proſtratum altero oculo excæcavit, qvam contumeliam, fretus amicorum & cognatorum auxilio ſevere vindicaturus, dicam ei ſcripſi; ſed rurſus, ſecus ac ſperaveram, qvorundam potentiorum interventu, cauſa cadebam; Inde ab his oblatam mihi haud contemnendam pecuniæ ſummam recuſans, in gratiam cum inimico ſponte redii, ipſiqve non tantum condonavi, ſed etiam egenum factum, ad mortem usqve ſuſtentavi, & qvemadmodum mihi antea omnia ardua & contraria fere eveniebant, ita deinde omnia ad votum ceſſerunt. Ita etiam tua licet cauſa Thorgilſi juſtior ſit, tuqve ipſo multo potentior eſſe videare; fieri tamen poteſt, ut aliqvo modo cauſa cadas.*

§. 3.

His auditis Haflidus non tantum gratias ei egit, ſed etiam Holenſem epiſcopatum ei addixit, ipſi enim populares potiſſimum commiſerant, ut Epiſcopum eligeret, & renuente Ketillo, tantum onus ſubire, Haflidus iras omiſſurum, & in gratiam cum Thorgilſo rediturum ſe promiſit, modo is epiſcopatum ſuſciperet. Hinc dictum factum; poſtridie cum Thorgilſo Haflidus amicitiam renovavit, & Ketillus Epiſcopus electus eſt.

§. 4.

Eadem æſtate peregre abiens ab Oſſuro Lundenſi Archiepiſcopo Holenſium Præſul conſecratus, ſeqventi anno 1122. rediit. Geſta ejus

in

in episcopatu, præter promulgationem *Juris Ecclesiastici*, qvod cum collega Thorlaco conscribi curavit Anno 1123, tacentibus Historiis, nos latent; In eo omnes consentiunt, qvod semper se virum pium & probum præstiterit. Anno 1145. septuagenarius comitia universalia adiit, inde Skalholtum a loci istius Præsule, Magno Enari, ut templi consecrationi & nuptiali convivio illic instituendo interesset, invitatus, ad thermas Laugarasenses, inopinata morte exstinctus, Skalholti sepelitur, cum Ecclesiæ Holanæ annis 23. præfuisset. Uxorem habuit Groam Gissuri Episcopi filiam, qvæ itidem Skalholti vitam monasticam sectans, occubuit (a).

CAP. III.

De Biorno Gilsi filio.

Biörnus Gilsi, vir nec indoctus, a Teito enim Haukadalensi & deinde a Jona Ogmundino informatus fuerat, nec ignobilis (b), Ketillo sublectus, ab Eskillo Lundensi 4. Nonas Maji ordinatus, 1147. Holensem cathedram adiit. Anno 1151. cum sedes Skalholtensis integrum fere triennium vacasset, Biörnus ab australis diœceseos incolis rogatus Skalholtum venit, ibiqve qvosdam clericos ordinavit, ejusqve svasu & auctoritate præcipue factum est, ut Klangus Thorsteni (c) Skalholtensis Episcopus eligeretur. Anno 1155. cœnobium Sancti Benedicti, qvod Munka-Thverá nominatur, fundavit. Anno 1162. Biörnum qvendam ejusdem cœnobii Abbatem ordinavit, eademqve æstate forum generale adire constituerat, sed morbo præpeditus, ab incepto destitit. Finem vitæ appropinqvare sentiens, coram cognatis & amicis, testamento obsignato, monasterio Munkathveraënsi 480. Joachimicos legavit, cujus exsecutorem cognatum suum,

(a) Hæc, qvæ de Ketillo notavimus, ex *Sturlunga* libr. 1. cap. 24. 25, *Húngurvaca*, *Landnama*, & *Historia Christan.* excerpta sunt; confer, qvæ de Thorlaco Runolfi, supra Sect. 3. cap. 3. retulimus.

(b) *Landnama* pag. 54. *Sturlunga* lib. 3.

(c) Confer supra Sect. 3. cap. 5.

Tt

suum, & in officio successorem, constituit (a). Obiit eodem anno, officii 15, postridie Idus Septembris. Exactis vero annis 35, Brandus Sæmundinus, reliqvias ejus e terra erutas, & novo loculo inclusas, una cum Jonæ Ogmundini ossibus in conclavi qvodam eum in finem facto, recondidit (b).

Cap. IV.

De Brando Sæmundi filio.

§. I.

Defuncto Biörno, sublegitur Brandus Sæmundinus, non minus pietate, qvam generis nobilitate conspicuus (c), qvi eadem æstate ad Norvegiam appellens, aut Nidarosiæ, anteqvam Archiepiscopus ad conventum Bergensem ivit, aut, qvod probabilius videtur, Bergis, mox ubi illuc venit, in præsentia Stephani Romani Pontificis Legati, omniumqve Norvegiæ Episcoporum, qvi, una cum Magno Rege, Erlingo Comite & plurimis regni Magnatibus, illuc confluxerant, 6 Idus Septembr. Holanæ dioecesеos Præsul ab Eisteino Archiepiscopo ordinatus fuit, Bergisqve hyeme transacta, concilio, qvod ibidem habebatur, interfuit, & adulta hyeme 1164. coronationi Magni Regis, una cum 4. Norvegiæ Episcopis adstitit; Seqvente autem æstate in Islandiam translatus, Holanam Cathedram adscendit. Fuisse eum virum gravem & pium (d) gesta ejus in episcopatu satis docent. Ipso sedente, status ecclesiæ valde turbatus fuit

(a) Vide supra Sect. 1. cap. 1. §. 9.

(b) Vide cap. seqvent §. 7.

(c) Genealogia ex *Landnama* pag. 20. 115. 156. *Schedis* pag. 14. *Sturlunga* libr. 2. cap. 24. peti potest. In *ARNGRIMI Hist. Grönland.* Brandus dicitur Thorgeiri filius, & Gudrida Thorfinni Karlsefnis uxor, vocatur mulier Grönlandica, cum revera fuerit Islandica, qvos errores *RESENIUS* suos fecit, & loco Gudridæ substituit Sigridam.

(d) Hæc partim civilia fuerunt, partim ecclesiastica; qvoad civilia, necessum habuit, alienis se immiscere, ne res ecclesiastica durius qvid pateretur; Sed ecclesiastica jure & seculi more, ipsius jurisdictioni subjecta fuerunt.

fuit, nam Magnates factionibus, rapinis, cædibus, incendiis grassabantur, qvibus ille sopiendis aut sepeliendis utilem & indefessam operam impendit.

§. 2.

Sturlæ Theodori filio, consangvineo suo, cum Einaro Thorgilsi litiganti patrocinatus est (a); Sed eodem Sturla cum Paulo Solvi filio, Pastore Reykholtensi controvertente, a partibus sacerdotis contra Sturlam stetit (b). Anno 1183. inter Jonam Hunraudi & Thordum Ivari odio plusqvam vatiniano invicem semet proseqventes, arbitrum egit (c).

§. 3.

Anno 1197. cum Gudmundus qvidam cognomento Dýre (d) seu *Pretiosus*, & Kolbeinus Tummæ filius Onundum qvendam villæ Laun-
Tt 2
guhlíd

(a) Sturlæ enim causa tum sine dubio melior fuit; vid. supra Sect. 3. cap. 5. §. 2. pag. 281.

(b) De litibus Sturlæ cum optimæ notæ sacerdote Paulo Solvi filio lege *Sturlungam* libr. 2. cap. 24. 34. Sed præter affinitatem, nam præsul unam, Paulus vero alteram sororum in matrimonio habuit, causa Pauli justior fuit. Longa injuria, longæ ambages sunt. Hæc tamen lis, Snorroni Sturlæ filio, eruditionis, & post mortem immortalis famæ causa fuit. Nam Jonas Lopti, a Brando exoratus, suam auctoritatem interponens, Snorronem, ut Sturlæ ingenio satisfaceret, ejusqve honori aliqvid velificaret, erudiendum & educandum accepit, cujus ille non parvum fructum tulit. Sed hac occasione, cum Sturla, violentia aut astutia, qvassagere plerumqve solebat, se nihil efficere posse cernens, de partis contrariæ potestate & vi qvereretur, sibiqve per ironiam simplicitatem qvin inscitiam attribueret, Brandus respondens dixit: *Enginn frír þer vits, enn grunadr ertu um gæsku*, qvod dicterium adhuc apud nos in usu est, id est: *Nemo in te sapientiam, plures vero candorem desiderant.* Qvod in loco publico, consangvineo & amico sine bile dictum, Præsulis candorem ostendit, nam in cæteris Sturlæ semper amicissimus fuit.

(c) Vide *Sturlungam* lib. 3. cap. 3.

(d) Gudmundus Dýre seu pretiosus, ideo forte sic denominatus, qvod osores & obtrectatores primo diu tulit, sed tandem exsiccata tolerantia, acerbissime ultionem exercuit. In *Sturlunga* non semel nominatur; In matrimonio habuit ex tribus sororibus unam.
Paulus

guhlíd dominum, unacum villa & plurimis affeclis combuffiffent, civile bellum prudentioribus erupturum videbatur, ad qvod fedandum Epifcopi præfentia & auctoritate omnino opus fuit. Sed liqvefactæ, (ut verno tempore fieri folet) nives, eqvorum ufum interdicebant, ideoqve pedibus iter conficiendum fuit, qvod comites prævidentes, non fine caufa, ne Præful ætate gravis viribus deficeret, timentes, induratum tauri tergus, reftesqve, qvo trahæ loco, fi neceffitas pofceret, ad fublevandam infirmitatem, uterentur, fecum fumferunt. Cum vero tandem ad deftinatum locum perveniret, bellantibus, ut induciis ad proxima comitia factis, Jonæ Lopti filii æqvitati controverfias dirimendas permitterent, perfvadere potuit. Ipfe deinde comitia adiens, præeunte Loptidæ auctoritate (a), ut in concordiam, verbo & ad tempus redirent effecit. Sed diuturna pax non fuit; Nam exftincto hoc ipfo anno Jona Lopti, conditionibus non fteterunt, fed rapinis & factionibus mutuo infeftari cœperunt; & ni Epifcopus denuo interveniffet, femet ipfos, multosqve alios etiam innocentes perdidiffent.

§. 4.

De prædio Vallis in tractu Svarfadardal fito ipfi Epifcopo cum qvibusdam (vocatis communiter Arnthrudæ filiis) non levis controverfia nata eft, qvi rapinis & violentia graffari cœperunt. Hæc res virum ætate gravem & difciplinæ ecclefiafticæ tenacem eo induxit, ut collecto 240. virorum exercitu, qvod perfvafionibus perficere neqvivit, vi extorqvere cona-

Paulus Solvi Paftor Reykholtenfis alteram, tertiam Brandus Holenfium Epifcopus. Hinc forte Præful fæpius, ad ipfum cum inimicis reconciliandum tot labores fufcepit. Sed in caufa Vallenfi Gudmundus Præfuli, jure talionis, hoc qvodam modo rependebat. Lege *Sturlungam* lib. 3. cap. 34.

(a) Jonæ Lopti, ut honoratiffimi, nobiliffimi, doctiffimi jufti & æqvi viri, Annales femper mentionem faciunt. Solus *vitæ Sancti Thorlaci* Author, præter avaritiam & mulierofitatem, ei crudelitatem qvandam exprobrat. Libidinem, hujus & feqventium feculorum magnatibus familiarem excufare, non vellem fi poffem, neqve poffem fi vellem; & fane huic nofter fuccumbit vitio. Interim hinc ejus inter populares authoritas & fapientia elucefcit, qvod etiam borealis qvadrantis incolæ fuas caufas ejus judicio & æqvitati fubmiferint. De his autem caufis earumqve transactione, & iis qvæ illam feqvebantur, lege *Sturlungam* lib. 3. cap. 22. 25. feq. Conf. fupra Sect. 1. cap. 2. §. 14. Sect. 3. cap. 6. §. 8. 9.

conaretur. Sed cum ſenio præpeditus, ipſe ante ſigna ſtare non poſſet, cohorti qvosdam cognatos ſuos præfecit, qvi in mandatis habuerunt, ut juſſa qvidem; ſed ſine rapinis & cædibus exſeqverentur. Qvæ lis, interventu Gudmundi Dýre, ſopita fuit hoc modo, ut rebelles, qvoad Epiſcopus in vivis eſſet, Vallis cederent, ſed poſt ejus fata hanc præbendam recuperare ipſis licitum foret (a).

§. 5.

Brandus non tantum bonum & frugi Præſulem, ſed etiam litterarum & litteratorum fautorem ſemper egit. Ipſius enim opera ſcriptæ ſunt pleræqve noſtratium Hiſtoriæ & vitæ Heroum, qvæ antiqvitatis notitiam nobis pandunt. Ipſi etiam Annales, ut & *Sturlunga*, ad ejus (b) usqve tempora adſcribenda ſunt. In officii adminiſtratione vigilantiſſimus fuit, qvotannis enim bonos confirmans, malos increpans, errantes in rectam viam reducens, infirmos conſolans, eccleſias inviſit, unde non mediocris pietatis laudem ſibi acqviſivit (c). Nimis tamen ſuperſtitionibus deditum fuiſſe ſeqventia monſtrabunt.

§. 6.

Anno 1197. qvendam curiæ Holenſis ſacerdotem Thorlacum, Thorlacus Skalholtenſium nuper Epiſcopus in ſomniis admonuerat, aggraveſcentem tempeſtatem & annonam in melius mutatum iri, ſi ſanctitas ſua, (ſanctæ reliqviæ) ex terra eruta, publicæ adorationi proſtitueretur. Hoc (rem itidem confirmante Ormo ſacerdote, qvi qvondam Thorlaco a confeſſionibus fuerat, ſed jam in familia Sæmundini vivente) Epiſcopo, cæteroqvin plus ſatis ſuperſtitioni dedito calcar addidit, ut eadem æſtate ad

(a) Hinc patet, Brandum in Holenſi (pariter ac Thorlacus in Skalholtina fecit) diœceſi præbendarum jura a laïcis auferre conatum eſſe, licet non pari ſeveritate opus aggrederetur. Vid. ſupra Sect. 3. cap. 6. §. 6.

(b) Conf. *Sturlungam* lib. 3. cap. 38; *TORFÆUM* in *Ser. Reg. Dan.* pag. 44. *BIORNUM* de Skardsá in Proœm. *Annal.*

(c) Pietas Sæmundini nunqvam ſatis laudari poteſt; nam illa in omnibus ejus tam dictis, qvam factis ſe oſtendit, interim a ſuperſtitionis labe non facile ſolvendus; omne, ut ajunt, nimium vertitur in vitium.

ad Paulum Skalholtensium Episcopum, reliqvosqve insulæ Proceres in generalibus comitiis confluentes, litteras daret; qvibus ut superstitio, qvam ipse imbiberat, ab aliis etiam acceptaretur, persvasit. Hinc freqventi Senatu, non jam dissimulante, sed approbante & qvasi iter monstrante Paulo, in leges refertur, ut Thorlaco posthac vota nuncupare licitum esset, corpusqve, neqvid idololatriæ deesset, hac ipsa æstate adorandum proponeretur. Qva de re Brandus, a Paulo certior factus, tali festivitati intersuturus, Skalholtum, animo, non viribus, valens advolat.

§. 7.

Eodem anno sub festum natalitiorum Brandus reliqvias Jonæ Ogmundini e terra erutas, probeqve elutas, novo inclusas conditorio, publice ostentari fecit. Aqvam vero, qvæ huic usui adhibita fuit, ut præsentissimum omnium malorum medicamen asservari curavit. Et ne Sanctus hic solitariæ vitæ tædio afficeretur, simul effossas Biorni Holensis exuvias novo locello donavit (a). Neutrum tamen publice adorandum aut invocandum docuit; usqve dum tandem Anno 1200. nive cum frigore ingruente, sed penu & pabulo deficiente (b), mendicæ cuidam extremæ sortis, tempore qvadragesimali in multam noctem precibus invigilanti, in ipsissimo cathedræ fundo, vir qvidam fulgente facie, vestibus splendens, perqve omnia humanam sortem superans, apparuit, monens, omnia in melius itura & mutanda, si Ogmundini reliqviis divinus cultus tribueretur (c). Nec mora, qvam primum hæc Brando innotuerunt, tam effœtæ tum temporis ætatis, & viribus destituto, ut lecto surgere aut se movere neqviret, jussit aliqvantulum reliqviarum Ogmundini sibi admoveri, qvo facto melius se habere sibi persvasit. Adhibitis tandem, qvæ omnino adhibendæ videbantur ceremoniis, 5. Non. Martii, qvibus vix interesse potuit, actionem animo dudum destinatam opere perfecit (d). Seqventibus

(a) Forte Biorno ut consangvineo suo effossionis habuit honorem, nunqvam tamen publico adorationis honore dignatus est.

(b) Hoc in Islandia, præsertim qvadrante boreali, non novum, ut experientia & Annales abunde testantur.

(c) Scilicet angelus tenebrarum in angelum lucis se qvandoqve transformare potest.

(d) Cæremoniæ eædem fere aut similes adhibitæ fuerunt ac in effossione Sancti Thorlaci, de qva supra, Sect. 3. cap. 6. §. 16. cap. 7. §. 4.

qventibus comitiis, litteris Brandi, cooperantibus Gudmundi Arii perſvaſionibus, feſtum Jonæ Ogmundini, ſanctiſſimis feſtis adnumeratum fuit (a), obiit pius Præſul Anno 1201, feſto Sixti, id eſt 8. Idus Auguſti, officii 38, qvi Holenſium Epiſcoporum ultimus conjugii vinculo ſemet adſtrinxerat.

CAP. V.

De Gudmundo Arii filio.

§. 1.

Gudmundus Arii filius (b) Anno 1160. hanc lucem primum adſpexit. Qvinqvennis patre (c) amiſſo, in contubernium Ingemundi patruelis ſui acceptus, literis tam gnaviter operari cœpit, ut duodecennis Acolytus, & ſeqventi anno Subdiaconus crearetur. Anno 1179. ad exteros iter paravit, at Neptuni & Æoli inclementia diu multumqve jactatus, tandem ſub hyemem repulſus, naufragium paſſus eſt, in qvo crus ei diminutum fuit (d).

§. 2.

(a) Feſtum Ögmundini in omnibus noſtratium calendariis notatum occurrit; ſed in extraneis non legitur, nec unqvam ille a Pontificibus Romanis ſanctorum albo inſcriptus fuit. Confer *Sturlungam* lib. 3. cap. 35.

(b) Genealogiam *Landnama* pag. 63. 116. & *Sturlunga* lib. 2. cap. 39. exhibent. Majores qvidem claros habuit, ſed ipſe ex adulterino congreſſu natus fuit, nam mater, deſerto marito, ex Ario qvater concepit; vide *Sturlungam* l. cit.

(c) Arius Gudmundi pater, aulam Erlingi Comitis ſeqvens, in prælio ad villam Ridjökul 1165. commiſſo, non ſine ſingulari laude occubuit, nam ſe pro Comite hoſtibus occidendum objecit. *Sturlunga* lib. 2. cap. 40.

(d) Cum inter æſtuantis maris fluctus navis jactaretur, Gudmundi crus ad latus ſcaphæ illiſum ita comminutum fuit, ut calx antrorſum, digiti vero retrorſum verſi conſpicerentur, qvod malum totam eum hyemem lecto affixum detinuit. Sed ſub æſtatem Reykholas devectus, a Sacerdote qvodam artis medicæ perito, ſanitati reſtitutus fuit, qvi oſſium fragmenta, ex cute adhuc eminentia, forcipibus extraxit. *Sturlunga* lib. 3. cap. 2.

§. 2.

Anno 1184. ſacerdotio initiatus, primo Hofenſi, deinde Miklabajenſi, & tandem Vallenſi templo præficitur. In hoc officio, præter qvotidianam ſacorum operationem, crebris ſe jejuniis & precibus ita maceravit, ut reliqvi, num talia diu perferre poſſet, non immerito dubitarent, decimas vero, oblationes, aliosqve reditus, qvantum ad vitam & victum, veſtitumqve opus non habuit, egenis diſtribuit. Præterea in rivorum, fontium, taliumqve conſecratione multus fuit, qvæ ei tantam famam & ſanctitatis opinionem pepererunt, ut vulgo *Bonus* cognominaretur. Sed qvidam Epiſcopo, Gudmundum eccleſiæ bona dilapidare inſuſurrantes, effecerunt, non tantum, ut a Vallenſis parœciæ adminiſtratione remotus, minus lucroſæ præficeretur, ſed etiam hæreditate Ingemundi patruelis, Epiſcopo, neſcio qvo legum prætextu, cathedræ Holenſi illam vindicante, privaretur.

§. 3.

Anno 1195. ab Haldora Abbatiſſa Kyrkebajenſi evocatus, abitum paravit, qvod ubi parochianis innotuit; Epiſcopum ne ipſi diſcedendi veniam concederet, rogarunt. Vallis itaqve ſeqventem hyemem transigens, feſtis diebus oſſa qvædam & ſanctorum reliqvias oſculanda & adoranda proponere ſolebat, qvod haud contemnendi lucri cauſa exſtitit. Sed præfectus villæ Thorſteinus hæc taliaqve irridens, neſcire ſe, an eqvorum an indigetum reliqviæ eſſent, dixit. Huic itaqve Gudmundus ſub æſtatem diſceſſurus, ut blaſphemo & irriſori dicam ſcripſit (a). Anno 1198. Brandum Holenſem cadaveris Thorlaciani effoſſioni interfuturum, Skalholtum ſeqvitur, in qva proceſſione Præcentoris dignitatem & proximum ab Epiſcopo locum obtinuit.

§. 4.

Annis 1199. & 1200. qvartam occidentalem circumiens varia patraſſe fertur miracula (b), qvibus tantam ſibi celebritatem acqviſivit, ut revertens

(a) Vide ſupra Sect. 1. cap. 1. §. 53. 54.

(b) Tribuuntur ei præter fontium conſecrationes, qvorum ab ipſo denominatorum in qvavis

vertens (Nam hyemes cum Kolbeino Tummæ filio, tunc temporis borealis qvadrantis facile primo, transigere folebat) & monafterio Thingorenfi

vis fere provincia plures adhuc indigitantur, multa miracula, ut larvarum & dæmonum fugationes, ægrotorum fanationes, futurorum prædictiones, infoliti & miraculofi raptus, non diffimiles ac. de Olao Tryggonis in ejus *Vita* cap. 77. 79, aut de Sancto Andrea Paftore Slaglofienfi, referuntur, aliaqve, qvorum pleraqve fuperftitiofi feculi genium fapiunt. Unum tamen qvin adfcribam fuperfedere neqveo. *Sturlunga* lib. 3. cap. 36. " Þetta hauft bar fo til, hann faung yfir fiúkum kararmanni, " og bar yfir hann helga dóma fína, hann lá í beck hiá þeim fiúka manni og " fofnadi hann á bæninne, at því þeim' þótti er vid vóru. Diákni hanns lá í beck " hiá hönum, og hnie Gudmundr Preftr á hann ofan er hann fofnadi. Enn er " hann hafdi fkamma ftund legit, þá kendi Diákninn ei at hann lægi á hönum, enn " hann lá oc fo adrir, at hann lá þar lánga ftund. Enn er hann vaknadi, fpurdi " Diákninn, því hann kendi hanns ei, er hann lá á brióſti hanns? enn hann vildi " ei fegia. Þá kom faga fú um veturinn veftan úr fiördum, at fá madr er Snorre het, veftan úr Skálavík, hann var leikinn af flagdi einu, oc fókti hann tröllkona fo miög, at hugdi hann mundi ei undan komaft. Enn þeffa fömu nótt, " er ádr var fráfagt, þat var laugarnótt, þá fór hann einn til tída, oc var miög " lángt at fara, þá kemr at hönum tröllkonan oc fækir hann, oc bægir hönum til " fialls. þá bidr hann at Gudmundr Preftr dugi hönum, ef hann er fo mikils rád" andi vid gud, fem hann hugdi, og leyfa hann af flagdi þeffo. I því fýndift " hönum, fem liós kæmi yfir hann, enn liófinu fylgdi madr í kyrkio-kápu oc " hafdi vatnsftöckul í hendi oc ftöckti yfir hann. þá hvarf tröllkonan, fo fem " fycki hón nidr, enn hönum fylgdi liófid allt til bæar, oc þóttift hann giörla " kenna, at liófinu fylgdi Gudmundr Preftr Arafon. Nú bar þad faman á einni " nótt, at hann vitradift Snorra, og Diákninn kendi ei þúnga af hönum." Id eft: *Hoc autumno accidit, ut pro ægroto qvodam, qvi jugiter lecto detinebatur, preces funderet, & fuper illum fanctas imponeret reliqvias. Ille in fcamno apud ægrotantem decumbens, prout præfentes reputavere, inter orandum obdormivit. Ejus diaconus in eodem juxta illum fcamno decumbebat, fuper qvem Gudmundus obdormiens fe declinabat. Ubi autem paulifper decubuerat, illum fibi fuperjacere diaconus non perfentifcebat, qvamvis tam hic, qvam cæteri* (præfentes) *illum ibidem diu jacentem viderent. Ubi vero expergefceret, diaconus illum, qvare fuo in finu jacentem non perfenferit, interrogavit, ille autem refponfum reddere noluit. Hyeme exin ifta de finubus occidentalibus perferebatur relatio, virum nomine Snorronem de Skalavico a lamia qvadam impetitum fuiffe, qvem gigas ifta tam acriter infectabatur, ut fpem elabendi non haberet. Nocte vero prædicta, qvæ erat Saturni, foli illi, ad miffam* (audiendum) *per viam admodum longam proficifcenti, gigas occurrit, eumqve infectans, ad montes devium agit. Tunc ille Gudmundi facerdotis, fi modo ifte tantum apud Deum valeret, qvantum hic illum* (valere) *reputaret, ad fe a lamia ifta liberandum*

rensi appropinqvans, a Carolo Abbate & Gunnlogo Monacho, viris id temporis Islandorum doctissimis, antiphonam hance concinentibus: *Vir iste in populo suo mitissimus apparuit*, magnificentissima processione exciperetur.

§. 5.

Anno 1201. australem orientalemqve qvadrantem, eodem modo convivia captans, & miracula subinde perpetrans, peragravit, in qvo itinere literas a Kolbeino, ipsum in locum nuper defuncti Brandi Holensis electum esse nuntiantes, accepit. Calendis enim Septembris curiæ Holensis cives, Vallis de Episcopi electione acturi, comitia habuerant, in qvibus Kolbeinus aliiqve Episcopum extra suam qvartam qværere dedignantes, rejecto Magno, qvem pater Gissurus Nomophylax summopere commendabat, Gudmundum freqventes elegerunt. Hoc audito ad Kolbeinum properans, verecunde qvidem semet initio excusavit, sed instante Kolbeino aliisqve, altera denuo comitia, pro ipsius vocatione stabilienda, in qvibus ipse popularium vota coram audiret, habere placuit, qvibus peractis, tandem oblato oneri humeros submisit. Kolbeinus deinde electum lauto exceptum convivio (a), & donis mactatum, Holas deduxit, ibidem septem stipatus comitibus, qvod hyemis restabat, commoratus & rei domesticæ dispensatorem agens, qvod cum se inconsulto factum fuisse Electus postea diceret, eorum amicitia paulatim dissui cœpit.

§. 6.

randum, auxiliaturum implorat. Eodem momento lumen sibi superveniens videre sibi visus est, qvo in lumine vir erat, casula indutus, spargillum manu tenens, qvo illum aspersit. Tunc gigas tanqvam demersa disparuit, ipsum vero (Snorronem) *lumen usqve ad villam comitabatur, in lumine vero Gudmundum Arii filium sacerdotem præsentem accurate recognoscere sibi visus est. Hæc eadem coincidebant nocte, tam qvod Snorroni apparuerit, qvam qvod Diaconus ejus gravitatem non persentisceret.*

(a) Kolbeini convivium hoc modo describitur: Electo tronus, Regio more erectus fuit. Ipse autem Kolbeinus famuli instar ministrans, trita & foraminosa mappa mensam imprudens stravit. Sed errore cognito factum excusare cœpit. Cui Præsul regessit: *Nihil qvidem referre. Mappam tamen hanc esse typum Episcopatus sui, talem enim illum futurum*, qvod ejus vaticinium non omnino vanum fuit, ut ex dicendis apparebit.

§. 6.

Anno 1202. Paulo Skalholtensium Antistite de sua electione per epistolium certiore facto, ipsiusqve approbatione accepta, ab eodem invitatus Skalholtum lætus advolat (a), unde ipsius ad Archiepiscopum literis

 præmuni-

(a) Litteræ de hac re inter Gudmundum & Paulum Episcopos, ut & Sæmundum Jonæ, Pauli fratrem, ex *Sturlungæ* lib. 3. cap. 60. exscriptæ tales sunt:

" Páli biskupi sendir Gudmundr prestr sem nú er kalladr biskups efni, kvedju Guds og sína. Eg hefr játast undir meiri vanda enn eg se fær, og hast ei ydart lof til oc rád sem vera átti. Nú vil eg bidia ydr álita af guds álfu, sem þer erud skylldir til at segia, hvad ydr er nærst skapi. Vili þer annann mann kiósa til þessa vanda oc vegs, er eg hefer ómaklegr undirjátast, þá vil eg feginn uppgesa. Því eg verd þess af nockrum var, at þetta þykiast ofinælt hafa, oc hef eg því rádit Sigurd Ormsson til fiárforráda, at menn kvíddu fiárforrádum mínum. Nú kiósid annadhvört, hvad sem Gud kennir ydr, oc sendit mer bref um sem fyrst, hvört þer kiósit mig til edur frá. Vale. ". Id est: *Gudmundus Pastor, & jam vulgo dictus Electus, Paulo Episcopo salutem Dei & suam. Majus, qvam cui par sim, onus subii, non tuo consilio & venia, uti fas erat, usus. Itaqve vos exoratum eo, ut Dei nomine decernatis, prout indicare vobis incumbit, qvod vester fert animus. Qvodsi qvenqvam alium ad istud onus, honoremqve, qvem ego suscepi, eligere velitis, libenter eundem depositurus sum; Etenim ex nonnullis percipio illos inconsulto hoc fecisse sibi videri, qvare Sigurdum Ormonis filium, œconomum constitui, eo qvod œconomia mea in dubium veniret. Itaqve alterutrum prout Deus vobis suggeret eligite, literisqve, qvam primum fieri potest, missis, certiorem me reddite, utrum me, nec ne eligatis. Vale.*

" Páll Biskup sendir kvediu guds oc sína Sæmundi bródur sínum. Bref biskups efnis kom til mín, at eg skyldi kiósa annann mann til biskups. enn hann lætst vera búinn at uppgefa kosninginn. Hann hefer rádit til stadarforráda Sigurd Ormsson, þvíat menn vóro uggandi um hanns fiárforsiá. Eg þykist þess kenna á brefi hanns, at hann ætlar utan í sumar ef hann er ei frá kosinu, þvíat hann villdi, at eg skylldi annad hvort kiósa hann til edur frá. Nú vil eg þú segir, hvad eg skal adkveda. " Id est: *Paulus Episcopus Sæmundo fratri, salutem Dei & suam. Accepi literas Electi, ut scilicet alium Episcopum eligerem, qvo facto, ille se electioni renunciaturum significat. Sigurdum Ormonis œconomiæ præposuit, qvoniam ipsius œconomiæ procuratio in dubium vocabatur. Ex literis ejus persentisco ipsum seqventi æstate peregre profecturum, nisi electio irrita fiat, insistit enim in eo, ut ipsum electum, vel non electum censeam. Itaqve qvid decernam, enuncies, exopto.*

" Páli Biskupi sendir kvediu guds oc sína Sæmundr Jónsson. Veitstu bródir, at Gudmundr hefer ei verit mikill vin í málum vorum; enn þó er hann leyfdr " af

præmunitus navigio ſe credit (a). Solvens vero e portu Eyafiordenſi circa medium æſtatis navigationem, priori parum propitiorem experitur. Tandem

„ af mörgum mönnum, oc líkligt, at því ſe koſningr undir hann kominn, at „ þat mun guds vili vera. Spyr eg at hann ſe margs vegna veltilfallinn bædi „ gædſku ſinnar, og ſidſemis, og reinlífis, er meſtu vardar. Enn ef nockud „ er annad í, þá taki þad vanda af Nordlendingum, at þeir ábyrgiſt ſiálf- „ ir kiör ſitt. Enn þad er mitt rád, kióſ hann helldr til enn frá, þvíat „ ei er víſt hvör líkligre er til, at gudi líki vel enn ſá, og er vænu beſt at hætta í. „ Þat er óráðid at ſá ſe, at eige megi nockud ad finna. Einhlítir giörduſt Nord- „ lendingar ad um kiör ſitt, beri þeir nú ábyrgd fyre hve verdr. " Id eſt: *Paulo Epiſcopo Sæmundus Jonæ ſalutem Dei & ſuam mittit: Noſti frater, Gudmundum haud faviſſe partibus noſtris, nihilo ſecius a compluribus laudatur. Electionem autem Dei voluntate ipſi obveniſſe veriſimile eſt. Accepi qvidem ipſum ob multas res idoneum, nempe humanitatem, honeſtatem & caſtitatem, id qvod plurimi intereſt. Qvodſi res aliter ſe habeat, id incumbat onus civibus borealibus, qvi in hac electione ſuis uſi ſunt conſiliis. Verum enimvero me ſvaſore ipſum eligas, incertum enim eſt, qvis illo ſit magis idoneus, qvi Deo melius placeat; Eſt igitur ex maxime probabili hoc periculo committendum, nec in propatulo eſt, dari cui nihil vitio verti poſſit. Sua tandem ſponte boreales delectum habuere, qvibus ergo futura curæ ſint.*

„ Páll Biſkup ſendir guds kvediu oc ſína Gudmundi Biſkups efni. Gud hefer „ koſit þig til biſkups og vær, og ertu faſtliga koſinn ad guds lögum og manna, „ ſo ſem á þeſſu landi má fullligaſt. Nú er gódir menn hafa þenna vanda á þig „ lagt, þá ber oſſ naudſyn til, at finna þig ſem brádaſt. Þvíad eg kendi þad í „ brefi ydru, at þú munt utan ætla í ſumar, ef ſo er ſem þú mundir kióſa. Nú „ vil eg koma til móts vid þig ef þú villt, enn kunna þöck, ef þú ſækir mig „ heim, enn ſkyllda þig ei til, þvíat eg á mörg erinde vid Erkibiſkup, þau er eg „ vil þú framflytir, oc komir á minn fund, ádr þú fer utan. " Id eſt: *Paulus Epiſcopus Gudmundo Electo ſalutem Dei & ſuam. Deus ac nos te Epiſcopum eligimus, qvare legibus divinis & humanis firmiter electus es, qvoad inter noſtrates fieri poteſt. Cæterum cum viri præſtantes hocce tibi onus impoſuerint, neceſſe eſt ut te qvam citiſſime conveniamus, qvippe ex epiſtola veſtra percepi, te proxima æſtate peregre diſceſſurum, ſi modo voti compos evaderes. Itaqve ſi tibi placet, te conveniam, ſi autem domum meam veneris, gratiſſimum mihi erit, non enim id tui officii duco. Etenim mihi res multæ cum Archiepiſcopo intercedunt, qvas ut procures, meqve ante diſceſſum tuum convenias, percupio.*

(a) Hujus itineris comitem ſibi adſcivit Rafnum Sveinbiornonis virum pietate & vitæ ſanctimonia clarum, qvi poſt mortem a qvibusdam divorum numero inſcriptus fuit. Huic in laborum & exantlatæ moleſtiæ præmium, ut & indiſſolubilis amicitiæ pignus dediſſe dicitur *Lapidem ſolis*, cujus, aut ſimilis in *Vita Divi Olai* Norveg. Reg. cap. 144. mentio etiam injicitur. Qvid per hunc *lapidem ſolis* intelligi debeat, aliis eruendum relinqvimus. Sed qvoad certiora edocemur, ſtatuimus fuiſſe opali qvod-

dam

Tandem tamen non ſine vitæ periculo Norvegiam tenens, Anno 1203. 8 cal. Martii ab Erico Archiepiſcopo Holenſium Præſul conſecratur. Domum vero revertens, adqve orientale inſulæ littus appellens, Paulum Skalholtenſem & Jonam Grönlandenſem Epiſcopos, non ſine mutua congratulatione offendit.

§. 7.

Aſcenſa cathedra, tantum abfuit, ut aliqvid de ſolitis pietatis exercitiis omiſerit, ut qvædam nova prioribus ſuperaddiderit, qvorum unum ſaltem hic recenſere libet Imminet Sedi Epiſcopali ab oriente magnæ altitudinis mons, Holabyrda dictus, in cujus medio fere latere vallecula qvædam ſeu aperta cavitas, hodieqve *Gvondarſkál*, (o. Gudmundi cavitas) vocata, in qva ſaxum ingentis magnitudinis, *Gumundar altare* nuncupatum, conſpicitur. Huc qvotidie, tempore præſertim qvadrageſimali, nudis pedibus, nulla habita inclementis aëris ratione, aſperam arduamqve viam, in aliqvot ſtadia ſe porrigentem, preces matutinas ibidem fuſurus, emenſus eſt.

§. 8.

Bonorum ſtatim eccleſiæ prodigus, inqve ſubditos magis qvam ſperaverant, imperioſus eſſe cœpit. Kolbeino Tummæo ipſius ſanctimonia, dum privatus fuit, ineſcato, ſuam ad tantam dignitatem evectionem plurimum debuit; Sed in ſolio collocatus, ipſius, aliorumqve de ſe bene meritorum oblitus, ſolus pro lubitu omnia agere & dirigere voluit. Sigurdum Ormi filium, virum primariæ dignitatis, ejusqve uxorem, qvos qvam primum ſuam ad epiſcopatum electionem inaudiverat, œconomiæ præfectos & rei familiaris diſpenſatores elegerat (a), ampliſſimisqve, ſi ſe ſuaqve

dam genus, forte qvod Italis vocatur *Giraſole*, nonnullis autem *Aſtroites* aut *Aſteria* vide *ANSELM. BOETII Hiſt. Gemm.* lib. 2. cap. 47. & ſeq. aut magnetem qvendam, ſolis vel lunæ ſeqvacem, de qvibus legendus *KIRCHERUS* in *triplici regno Naturæ* Sect. 3. cap. 2. ſeq.

(a) Epiſtola qvam Gudmundus Sigurdo & ejus uxori hac occaſione ſcripſit talis eſt: " Kvediu " guds og ſína, ſendir Gudmundr, ſem nú er kalladr biſkups efni, Sigurdi og " Þurídi.

qve omnia ſibi concrederent, promiſſionibus impleverat, abominari cœpit. Unde Sigurdo (qvo facilius a ſe remotum peſſundaret) ut œconomiam monaſterii Thveraënſem ſuſciperet, perſvaſit.

§. 9.

Cum Kolbeino autem ſtatim aperta exercere cœpit odia, qvæ primum in cauſis Asbiorni cujusdam ſacerdotali munere fungentis eruperunt. Huic Kolbeinus ob rem pecuniariam dicam ſcripſerat, ſed Præſul conſtituto judiciali proceſſu, infula, ſtola, baculoqve ornatus interceſſit, & Asbiornum non tantum inſontem, ſed eorum jurisdictioni omnino exemtum eſſe proteſtatus eſt. Kolbeino autem nihilo ſecius judicium exercente, & ex juris civilis rigore Asbiorno aqva & igne interdicente, Præſul ne cedere videretur, id enim ſuæ dignitati non parum detrahere credebat, Asbiörnum non tantum ſatellitem ſibi adſcivit, ſed etiam Kolbeinum ejusqve aſſeclas diris devovit. Litem autem ad tempus Paulus Skalholtenſis Præſul, ejusqve frater Sæmundus ſua auctoritate ſopivere, perſvadendo Kolbeino, ut ipſi Epiſcopo rei arbitrium committeret, qvi ex eorum ſententia modicam ſibi pecuniæ ſummam adjudicavit, cujus dimidium Kolbeinus ex tempore ſolvit, dimidium vero aſſeclas pendere juſſit, qvo tamen Præſuli neqvaqvam ſatisfecit.

§. 10.

Eadem æſtate Kolbeini amicis & affinibus, ſibiqve qvondam cariſſimis Sigurdo Ormi & Hallo Klepjarni amicitiam renunciavit, & paulo poſt ſacris

---

" Þurídi. Gud hefer miklar jarteknir giördt, at ver ſkyldum efna vor heit, ſem " vær erum ſkylldugir vid ydr ad fá ſtadfeſtu. Nú er eg ſkylldugr þíns fulltings, " því eg hefi meiri vanda á mig játad, enn eg ſe fær ad bera. Nú býd eg yckr til " Stadar forráda med mer og fiárvardveitſlu, og komid ſem fyrſt má, þvíad þad " gegnir betr Stadnum og oſſ. " Id eſt: *Salutem Dei & ſuam Gudmundus, jam Electus appellatus, Sigurdo & Thuridæ mittit. Magnum Deus miraculum fecit, qvod votum noſtrum præſtare poſſimus, cujus in vos rei ſumus, ut firmam vobis exhibeamus ſtationem. Tui jam adminiculi opus habeo, majus enim onus ſubii, qvam cui ferendo par ſim. Jam præfecturam opum Cathedræ & œconomiam mecum (obeundam) vobis offero; Qvamprimum (igitur) occaſio datur, venite, id enim tam Cathedræ qvam nobis maxime expedit.*

ſacris interdixit, cauſſans eos ruſtico cuidam pecuniam injuſte abjudicaſſe, alterum vero ex cœnobio Thveraënſi extractum male mulctaſſe. Horum communionem Kolbeinus, primo qvidem, ne Epiſcopum irritaret, vitavit; ſed cum non diu in ſententia perſtaret, neqve dimidium promiſſæ pecuniæ ſolveret, pari pœna plectitur. Hinc 80. armatis ſtipatus, domeſticis qvibusdam Epiſcopi diem dicturus, Holas venit, qvod ille præſciens, aſcenſo ædium tecto, Epiſcopali ornatu fulgens, novam in Kolbeinum ejusqve aſſeclas, lingva vernacula, ut omnes intelligere poſſent, exſecrationem intonat; Sed hæc etiam controverſia amicorum interventu eo modo ſedata fuit, ut Epiſcopus Kolbeinum cum ſociis abſolveret, ille autem actionem omitteret, totius vero cauſæ arbitrium penes Archiepiſcopum foret, cujus judicio ſe ſtaturum uterqve promittebat. Nunqvam tamen priſtina redintegrari potuit amicitia; Nam Epiſcopus novas ſemper Kolbeini ſubditis actiones intentando; ille vero parum vel nihil cedendo, antiqva renovarunt odia.

§. 11.

Skiæringus erat male morato cuidam Acolytho nomen, qvi clientem qvandam Kolbeini conſtupraverat. Præſul vero ejus patrocinium ſuſcipiens, proqve eo ſatisfacturus, non contemnendam pecuniæ ſummam obtulerat. Sed reſpuens conditionem Kolbeinus, lege in reum agere conſtituit, bonaqve ejus, a Sigurdo Ormi adjutus, publicavit; qvo cognito præſul, utrumqve denuo cum aſſeclis, anathematis fulminibus percuſſit. Hoc illi magis exaſperati, alios etiam ejus aſſeclas ob converſationem cum Skiæringo, exilii reos proclamarunt; qvorum bona proſcripturus Kolbeinus, Anno 1208. ingenti armatorum numero ſtipatus, Holas tendit. Hoc præſentiens Epiſcopus, eccleſias provinciæ viſitaturus, qvos Kolbeinus damnaverat ſecum ducens, cumqve iis, ut inſontibus victitans & ad ſacra aditum permittens, abitionem maturat. Ejus exemplum contra Kolbeinus & ſui, qvos devoverat Præſul, ſeqventes, ut inſontes ſacris interfuerunt, & publicis negotiis operam dederunt, qvi mos deinde, qvamdiu in vivis fuit Gudmundus, in Holana diœceſi invaluit (a). Vergente

gente

(a) Duplex qvondam fuit proſcriptio civilis, minor, qvæ noſtra lingva vocatur *fiörbaugsgardr*, major autem *ſkóggangr*; binæ vero minores in eodem ſubjecto ſimul concurrentes

rentes

gente æſtate Epiſcopus domum revertitur, multis qvidem viris bonis & virtute præditis, pluribus vero malis & factioſis ſtipatus, qvi rapinis & maleficiis, tam in indigenas ruſticos, qvam in advenas mercatores, cauſſantes eos cum Kolbeino & excommunicatis victitaſſe, graſſabantur. Per Modruvallas tranſiens, ſacrum qvoddam ſcrinium, aliasqve ſanctorum reliqvias, ne contactu excommunicatorum profanarentur, abſtulit (a). Qvam Kolbeinus, ejus frater Arnorus, Sigurdus & Hallus Klepjarni, contumeliam, & (ut vocabant) ſpoliationes non ferentes, armatos ex omnibus ſibi ſubjectis provinciis, Epiſcopum invaſuri congregarunt.

§. 12.

Septimo Idus Septembris Epiſcopus Holas venit, poſtridie qvi eſt beatæ Virginis natalis, ſacris ſi licuiſſet, operaturus Sed eodem die Kolbeinus, (reliqvi enim nondum advenerant) ſedem Epiſcopalem obſidione cinxit. Et licet Ogmundus Epiſcopi cognatus, aliiqve ſedatiores pacis conditiones interferrent, aliud tamen, qvam ut Præſul hac vice cum ſuis illæſus abiret, convenire non potuit. Hac ille accepta conditione, trecentis ſtipatus varii generis hominibus, (nam hunc numerum 3. Abbates, 40. ſacerdotes, qvidam fortes & armati viri, & non pauci utriusqve ſexus mendici implebant,) abeqvitavit (b). Kolbeinus vero inſtigante Bruſo ſacerdote,

---

rentes majorem æqvabant; cum tali modo reis victitantes, eos recipientes, adjuvantes, aut occultantes, parem ſibi reatum contraxerunt, niſi jurisjurando religione firmare poſſent, nihil ſibi de eorum proſcriptione conſtitiſſe. Ex hoc fundamento Kolbeinus Epiſcopi aſſeclas ob communicationem cum Skiæringo proſcripſit. Vid. ſupra Sect. 1. cap. 1. §. 18.

(a) Non immerito inter majoris momenti paradoxa numerari debet Gudmundi Præſulis pietas ſeu zelus, credentis Sanctorum reliqvias excommunicatorum præſentia profanari, imo ipſa templa eorum ſepultura, aut etiam ſangvine innocentium, ſi iis aſpergeretur; ſed facinoroſos templis tanqvam aſylis includere, iisqve pro caſtris & munimentis uti fas eſſe duxit. Sed non hoc ſolum modo Papicolæ culicem decolaverunt, camelum autem deglutierunt.

(b) *Sturlunga* libr. 4. cap. 3. " Máríumeſſo aptan, var hríngt öllum kluckum, og er " ſagt ad Kolbeinn og menn hanns heyrdu ei kluckna hliódit. og nú rídr biſkup " af ſtadnum og med hönum þriú hundrud manna. þar vóru 3. ábótar, 3. múnkar, " 40. preſtar, marger klerkar, fiölldi röſkra manna, ſumt vóru ſtrákar, ſtafkarlar " og

ſacerdote, pactis non manens, abeuntem cum ſuis perſeqvi cœpit. Hinc Epiſcopo & Abbatibus, ne manus confererent, fruſtra clamantibus, acre prælium committitur, in qvo Kolbeinus, lapide caput percuſſus, Præſuli tamen ante mortem reconciliatus & abſolutus, occubuit, præterqve ipſum ex ſuis octo, in qvibus Bruſus ſacerdos. Ex epiſcopalibus etiam nonnulli deſiderati ſunt.

§. 13.

Reliqvi complices Kolbeino occiſo, aut fuga, (in qveis Arnorus & Sigurdus) ſalutem qvæſiverunt, aut victoris miſericordiam (in qveis Hallus) implorantes, pro modulo facultatum & ſtatu cauſæ, pecunia vitam redemerunt (a); Qvod deinde lytrum Præſulis emiſſarii, turmatim provincias

" og gaungu konur. " Id eſt: *Vigilia feſti Mariæ omnes campanæ pulſabantur, qvarum ſonitum Kolbeinum ejusqve aſſeclas non audiviſſe, perhibetur. Epiſcopus deinde cathedram relinqvens, inde eqvitat, tribus ſtipatus Abbatibus, tribus monachis, qvadraginta ſacerdotibus, multis clericis, & virorum fortium magno numero. Qvidam* (ejus aſſeclarum) *erant errones, & utriusqve ſexus mendicabula.* Si Gudmundo ex condicto pugnandum fuiſſet, & conceſſum, ut qvotqvot poſſet, evocaret, certe 200. ſacerdotes & mille armatos in aciem producere potuiſſet. Mos enim fuit Epiſcopis manus cum hoſtibus conſerturis, omnes ſuæ provinciæ Abbates & ſacerdotes evocare, & unicuiqve injungere, ut omnes, aut qvam plurimos parœciæ incolas & ſubditos ſecum adduceret. Hinc *JONAS EGILLI* in *Vita Ögmundi* ſcribit; " Hann " ſkyldadi hvern preſt, at rída til alþingis og fiölmenna ſem meſt. " Id eſt: *Cuicunqve ſacerdoti, ut qvam maxima poſſet, freqventia ſtipatus, comitia univerſalia adiret, injunxit.* Qvo pacto Ögmundus MCCC. (id eſt 1560. nam numerus centenarius major hic ut alibi, in antiqvis rationibus Iſlandicis intelligendus eſt.) armatorum contraxit, in qvo exercitu ſine dubio fuerunt 300. ſacerdotes, nam ejus tempore habuiſſe diœceſin Skalholtinam 400. aut etiam plures ſacerdotes, facile adducor ut credam, cum pleraqve majoris notæ templa duos, tres aut qvatuor numerarent Paſtores. Hinc eſt, qvod eorum fidem ſollicitare non poſſim, qvi 600. Clericos in prælio Fotvicenſi cecidiſſe ſcribunt. Cum enim Dania plus decuplo populoſior ſit, qvam Iſlandia, & ibidem qvinqve Epiſcopi occubuerint, qvorum qvemvis forte 200. clerici ſtipabant, haud abſurdum, imo valde veriſimile eſt, majorem eorum partem pro & cum ſuis Epiſcopis cadere voluiſſe & glorioſum duxiſſe. Conf. ſupra Sect. 3. cap. 3. §. 5. pag. 275.

(a) Ipſe ſimul actorem & judicem agens, primo omnibus fidelitatis juramentum extorſit; qvo præſtito, pauperrimis 12, mediocribus 20. 40. 60, ditiſſimis 80. thalerorum pretium

cias percurrentes, rapinasqve & varia neqvitiæ genera exercentes, rigidiſſime extorſerunt. Horum pleraqve licet Epiſcopo, partim inſcio, partim non jubente fierent, ipſi tamen vulgo omnia imputabantur, præſertim cum e rigore diſciplinæ eccleſiaſticæ nihil remitteret; nam in eos, qvi ſolvendo non erant, pariter ac injurias qveſtum ad ſe venientes, diris & devotionibus plerumqve debaccatus eſt, qvo ſummam ſibi infamiam & vulgi odium attraxit, futuræqve calamitati viam ſtravit. Pauli etiam Skalhol-

---

tium, qvo aut vitam aut excommunicationem redimerent, impoſuit, qvæ *Sturlunga* libr. 4. cap. 3. his narrat verbis: " Biſkup leggr nú giölld á alla þá er ad hönum " höfdu farid 3. hundrud vadmála, á ſuma 5. hundrud, edr 10. hundrud, ſo ſem " hönum þóttu ſakernar. Af einum Bónda hafdi hann 20. hundrud. Biſkup ſend- " ir nú menn ſína, til ad draga ſaman þetta fe, oc treyſtuſt þeir ei fámennir ad " fara, enn þeir er fyri ſátu, þordu ecke annad enn giallda ſlíkt er þeir kröfdu, " enn kölludu rán. Nú er illr kurr í bændum, þóttuſt hafa látid höfdingiann, " enn fengid ſiálfir ſneipu, látid frændr ſína oc vini, ſumir limu, og giallda fe á " þad ofan. kalla þeir þetta allir hernad, og rán er þeir láta; hinir ólmaſt því meir " yfir ad fara med flockinum. gefa adrar ſakir fram hiá bændunum. Þeir geingu " og yfir bú þeirra Arnórs og Sigurdar, og giöra marga luti þá er biſkup baud " eige, helldr bannadi þeim. Þeir brendu bæ einn og unnu á nockurum mönnum " þeim, er þeir þóttuſt ſakir vid ega. Einn tíma drápu þeir mann, oc var madr " fyri þeim drepinn og preſtr. Enn þad ſem biſkups menn giördu óſpakligt, þat " kendu bændr biſkupi. Biſkup kallar bændr í ſama banni ſem ádr þeir ſættuſt, " þvíat þeir villdu ecki hallda, þad er þeir höfdu feſt um ſumarid, og villdu allt móti " hönum giöra þad er þeir máttu. " Id eſt: *Epiſcopus omnibus qvi ipſum impetierant, multam, tres pannorum inqvilinorum hundredas, qvibusdam qvinqve, aut etiam decem hundredas, prout cujuslibet ab eo* (in ſe) *offenſiones reputabantur, irrogavit. Uni Colono viginti hundredas extorſit. Ad has deinde multas corrogandum Epiſcopus ſuos mittit, qvi abſqve freqventia iter ſuſcipere non ſuſtinuere, qvi autem impetebantur, non aliud præſumebant, qvam qvicqvid imperabatur expendere, id tamen rapinam eſſe dictitabant. Hoc colonos peſſime uſſit, principem ſuam amiſerant, ipſi ignominia affecti; Cognatos & amicos, qvidam etiam membra amiſerant, & multa illis jam præterea irrogabatur; Talia tumultum, & latrocinium appellitant. Illi in contrarium eo magis furentes & magno numero graſſantes, alias ab his diverſas actiones colonis præterea intentant. Villas Arnori & Sigurdi deprædabantur, & multa alia qvæ Epiſcopus iis non præcepit, ſed interdixit, peragebant. Prædium qvoddam combuſſerunt, & qvosdam viros qvibus erant infenſi, læſere. Hominem qvendam* (præterea) *interfecere, ipſi qvoqve unum* (laïcum) *& ſacerdotem* (a colonis) *interfectos deſideravere. Sed qvicqvid epiſcopales violentum commiſere, id coloni Epiſcopo imputabant. Epiſcopus colonos, eadem ac ante transactionem, excommunicatione teneri urgebat, eo qvod pactis æſtate præterlapſa initis non ſteterint, & qvantum in iis ſitum eſſet, ſibi obſiſtere conarentur.*

Skalholtenſium Antiſtitis, ingentem hanc providentis procellam, pacemqve cum Kolbeini conſangvineis ineundam ſvadentis, ſuam præterea non tantum operam, ſed & pecuniam ad exulceratos mitigandum animos offerentis, monita ſprevit; ferociter poſtulans, ut is tanqvam collega, in omnibus per fas & nefas ſecum ſtaret & conſentiret.

§. 14.

Omni itaqve pacificationis ſpe ſublata, Kolbeini cognati & affines (a) Anno 1209. numeroſo collecto exercitu, ipſum Holis, in aliqvali ſuper ædium tectis erecto munimento ſe cum ſuis continentem, maxime vero facinoroſis, de qvorum ſalute & reconciliatione omnino deſperabat, templo incluſis, invaſerunt. Serum erat diei, cum opugnatores, militari ſublato clamore, Cathedram epiſcopalem corona cingerent. Oppugnationem vero, data opera, plurimos ab eo noctu (ut evenit) transfugituros, præſagientes, in proximam lucem diſtulerunt. Anteqvam invaſionis ſignum daretur, Arnorus Præſuli optionem dedit, ut ſi reorum qvorundam, qvi in templo eſſent, vitam redimere vellet, cathedram nunqvam reverſurus deſereret, ſin minus, omnes internecione delendos, ipſumqve invitum avehendum fore minitatus eſt, ea autem rejecta, prælium committitur, in cujus primo ardore propugnantium duodecim, oppugnantium vero ſex perierunt. Qvo facto Præſul a Snorrone Sturlæo, ut ſuæ ſe fidei committeret, invitatus, extemplo ad eum tranſiit, eodemqve die cum eo abiit. Reliqvi expeditionis ſocii præſertim Arnorus & Sigurdus, reos ex templo extractos, qvosdam membris, qvosdam vero (& inter hos Skiæringum) vita privarunt, eosqve in locis profanis tumulari curarunt, ſuos vero, non obſtante excommunicationis pœna, in ſepulcreto condiderunt. Omnes, qvotqvot a partibus Epiſcopi ſteterant, pecunia mulctarunt, nemine contra ne hiſcere qvidem audente, in omnibus his ſe Epiſcopum imitari dicentes, qvi talia exempla, tam in propriæ,

 qvam

(a) Hi fuerunt, Arnorus Kolbeini frater, Sigurdus Ormi ejus vitricus, Thorvaldus Gisſuri filius Arnoris patruelis, (nam Thurida Kolbeini mater fuit Thorvaldi ſoror); Jonas Sigmundi, affinis, Sighvatus Sturlæus, ſororem Kolbeini ſociam thori habens; Snorro Sturlæus Sighvati frater, Magnus Gudmundi Thorvaldi affinis, & Thorvaldus Vatnsfiordenſis.

qvam in contrariæ partis affeclis prior ſtatuerit (a). Ad rapinas deinde converſi, ne a templi qvidem ornamentis ſacrilegas manus abſtinuerunt. Decimas Epiſcopo debitas a ſuis per univerſam diœceſin colligi curarunt, reliqvaqve cathedræ bona & reditus pro lubitu diſpenſarunt. Sacerdotibus ut ipſos ipſorumqve ſatellites abſolverent, ſacrisqve aſſidue operarentur, edicto Præſulis nomine propoſito, minaciter mandarunt. Horum fama cum ad Præſulis, Reykholti cum Snorrone exulantis, aures perveniret, contrarium confeſtim emiſit edictum, qvo templum Holenſe, utpote excommunicatorum ſepultura profanatum, claudi mandavit, omnemqve in univerſis diœceſeos templis ſacrorum operationem ſevere prohibuit. Sigurdus vero & Arnorus, qvibus hæc ſudes in oculis erant, ſacerdotes, ut nihilo ſecius ſuo fungerentur officio, vi adegerunt (b).

§. 15.

(a) Præſul enim ſuos a Kolbeino proſcriptos, in ſepulcreto condi, Kolbeinianos autem a ſe excommunicatos ſaxea tantum mole in loco profano contegi curaverat. Pari modo hi jam procedebant. Ögmundus autem Epiſcopi patruelis, non tantum 480. joachimicorum valore, ſed etiam perpetuo ex qvadrante boreali exilio mulctatus fuit. Immenſas itaqve hoc modo eos corraſiſſe divitias oportet, ſed qvæ ſimili modo profundebantur, nam male parta male dilabi ſolent. Hic eſt ille Ögmundus Sneis, qvi firmam adeo nactus eſt ſenectam, ut octogenarius omnia munia militaria dexterrime obire poſſet, & inter 80. ſelectos viros conſpectus, eorum vegetiſſimus videretur, qvod hic qvaſi in tranſitu notamus. Conf. *Sturlunga* libr. 4. cap. 5. 6. 29.

(b) De his *Sturlunga* lib. 4. cap. 5. ita: " Aumlig og hörmulig kriſtni var þá at ſiá. " ſumir preſtar lögdu meſſuſaung fyri hrædſluſakir vid gud, enn ſumir frömdu fyri " hrædſluſakir vid höfdingia, enn ſumir ad ſiálfs ſíns vilia. Höfud kyrkian, móð- " erin, ſat í ſorg oc ſút oc ſumar dæturnar med henni, enn ſumar gleymdu henn- " ar harmi, og lifdu ſem lyſti; enn engi þordi um at vanda ne ſatt at mæla. " Id eſt: *Miſera tunc & triſtis erat eccleſiæ facies. Sacerdotum qvidam ob timorem in Deum ab operatione ſacrorum deſtiterunt, qvidam autem ob timorem potentum, aut etiam ſuopte arbitratu illa peragebant. Eccleſia principalis, mater, luctu & mœrore affligebatur, & cum illa qvædam etiam filiæ, qvædam vero triſtitiæ ejus oblitæ, ex voto vivebant; ſed nemo reprehendere aut verum edicere audebat.* Qvibus verbis Author videtur eorum ſententiam adprobare, qvi ſacris operari deſtiterunt. Sed cap. 7. reliqvis, ſeu ſecus facientibus faventior videtur, dicens: " Preſtar- " nir fóru ſínu fram um þiónuſtugiördina, hvad ſem biſkup ſagdi, oc höfdu " hellſt rád um ſinn vanda vid Gunnlaug múnck, er meſti klerkr og gódviliamadr " þótti þar í ſveitum. " Id eſt: *Sacerdotes, ingratiis Epiſcopi, qvoad ſacra peragenda pro ſuo qviſqve arbitratu ſe gerebant, & de ſuo periculo maxime conſuluere Gunnlau-*

§. 15.

Hic si qværatur, jurene an injuria Kolbeinus episcopales reos egerit, ut & Episcopus Kolbeinum ejusqve asseclas, justene an injuste insectatus fuerit, & excommunicaverit; Responsio ex supra de statu ecclesiæ & reipublicæ allatis depromenda est; ex qvibus constat, nullam Episcopis specialem & a civili segregatam concessam fuisse jurisdictionem, sed plerasqve Clericorum causas a Magistratu civili, ex tenore legum universalium, judicatas fuisse, ea tamen adhibita cautione, ut ubi leges divinæ & humanæ dissentirent, hæ illis cederent. Jam vero Kolbeino lis erat cum sacerdotibus, altero de re pecuniaria, & altero scortatore, qvos ei ex juris Civilis tenore judicare & proscribere licuit, reliqvisqve, qvos in auxilium vocaverat, haudqvaqvam integrum fuit ejus mandata subterfugere (a), unde patet, jus Civile a Kolbeini parte stetisse, eumqve, qvæ fecit, optimo jure facere potuisse. Episcopus autem pro se ipsissimam legem divinam, id est Eisteini Archiepiscopi, de sacerdotum & templorum privilegiis Constitutiones (b), summam eorum violatoribus minantes excommunicationem, & antiqvum Conclusum, qvod leges humanæ divinis cedere deberent, allegasse videtur; unde Kolbeinum, cum asseclis, qvi sacerdotes ad templum & cathedram Holanam confugientes, lege humana, injuriarum reos agere volebat, perseqvi & diris devovere, sibi optimo, id est

Gunnlaugum monachum, qvi in istarum tribuum vicinia doctissimus & benevolentissimus reputabatur. Unde patet: (α) Gunnlogum melius sapuisse & talia interdicta haud multi fecisse, (β) vulgi & plurimorum de religione judicium, ex qvorum mente Author externum ecclesiæ statum, id est cæremoniarum diversitatem & templi Holani pollutionem, tam misere deplorat. Sed malos hominum mores, odia, factiones, rapinas, homicidia, & omnimodam barbariem, ne verbulo qvidem incusat; qvod haud obscure docet, qvantum cæremoniis & operi operato tribuerint.

(a) *Grágás:* " Skylldir ero menn at fylgia Goda til dóms allir þeir er nærstir ero, ef " hann vill þá qvadt hafa, hvert þeir ero hanns þíngmenn edr eigi. Þriggia marka " útlegd ver þeim ed synia, ef hann vidr dóminn fullann, enn fiörbaugsgard ella. " Id est: *Omnes maxime vicini Prætorem ad processum* (executionis) *peragendum stipandum, si illos evocaverit, sive ejus sint subditi sive non;* (& hoc) *sub reatu trium marcarum, si modo processus perfecte peragatur, sin minus, sub proscriptionis minoris pœna, tenentur.* Si hæc cum actis Episcopi, qvæ in præcedente §. retulimus, conferantur, patebit, qvam injuste rusticos exagitaverit.

(b) Vid. supra pag. 237. 239. Lit. A. B.

divino jure, licere conclusit, qvod etiam ante ultimum hocce prælium, & postqvam Paulus Episcopus eos in concordiam reduxerat, facere non destitit, adeo ut ipse hujus incendii fax & tuba fuisse haud obscure innuatur (a). Cum itaqve altera pars Civili, altera autem Ecclesiastico se niti jure, contenderet, restat ut dispiciatur, cujusnam auctoritas hic prævalere debeat, qvod facile fieri posse videtur, qvam primum probatum fuerit, Islandos, tum temporis gentem & civitatem liberam, nulliusqve subjectam imperio, Archiepiscopum Nidarosiensem pro domino agnovisse, qvi leges ipsis præscribendi haberet potestatem; De qvo nobis nihil innotuit, non enim seqvitur, licet unam aut alteram ejus acceptarint Constitutionem aut consilium, qvod omnes omnino tale qvid accipere & statim pro lege habere debuerint. Unica itaqve, si ulla exstat, Episcopi defensio in antiqvo illo sita est Plebiscito: *Jus civile juri Ecclesiastico cedere debet.* Qvod qvanti, præsertim in causis criminalibus, sit momenti, aliis judicandum relinqvimus.

§. 16.

Integro apud Sturlæum transacto anno, Gudmundus sub æstatem 1210. ex sinu Rutafiord soluturus, navibus Holas tendere cogitavit. Hoc cum Arnorum non lateret, coacto exercitu, omnes portus occupavit. Mutare itaqve institutum Præsul necessum habens, æstatem, pererrando qvadrantem occidentalem, consumsit. Sed ne nihil agere videretur, sacerdotes qvotqvot ipso prohibente, aut sacra fecerant, aut cum devotis communicaverant, anathemate percussit, qvod tamen clerus Holensis, usus consilio viri non minus pii qvam docti Gunnlogi monachi Thingörensis,

(a) *Sturlunga* libr. 4. cap. 2. " Þá fóru til menn at leita um sáttir á þann hátt, at öll " mál skyldo vera undir Erkibiskupi. Gáfu þeir Kolbeinn þá upp sektir allar, enn " biskup tók þá alla úr banni. Biskup hafdi jafnan Kolbeins menn at sökum um " ymsa hluti; Tíundar mál, oc kyrkiofiárhölld, oc um vidtöku vid fátæka frændr " sína. Bændr tóku því þúngliga, oc virdtu svo, at engi mætti vera í fridi fyrir " biskupi. Id est: *Tunc transactio eo modo tentabatur, ut omnes causæ Archiepiscopo committerentur. Kolbeinus tunc & ejus asseclæ omnes pœnas remisere, Episcopus vero illos absolvit. Episcopus Kolbeinianis actiones varias* (dein) *intentavit, jam de decimis, jam de curatela templorum, jam de receptione cognatorum egenorum. Hoc coloni ægre ferentes, ac si nemini qvietum agere per Episcopum liceret, reputabant.*

renfis, fusqve deqve tulit. Anno 1211. Breidabolftadi in tractu Steingrimsfiörd hyemavit. Sub æftatem in conventu, inter ipfum & Arnorum pacifcendi gratia inftituto, licet hic, ut ad Cathedram rediret, facra tantum, clericos, aliaqve ad officium pertinentia curaturus, de reliqvis feu rebus politicis non follicitus, lubens concederet; contrahi tamen non potuit, cum ille limitibus feptam poteftatem fpernens, folus omnia dirigere vellet. Paulo poft infcio Arnoro, viginti ftipatus viris Eyafiordenfem provinciam intrans, ab Hallo Klepjarni humaniter recipitur, qvod ubi cognovit Arnorus, cum armatis obviam it, fed qvo minus ad manus veniret, per Hallum ftetit. Hinc remotiorem provinciæ partem peragrans, in tentoriis qvidem, fed non in templis, facris operatus eft, qvod, qvamdiu cathedrale templum luftratum non effet, nefas effe duxit. Vergente æftate literæ Thoreri Archiepifcopi adferuntur, qvibus, ut qvam primum Præful cum fuorum qvibusdam, fimiliter & Arnorus cum fociis coram ipfo comparerent, jubebantur (a). Seorfum vero Arnoro & Sigurdo, ut Præfuli decimarum redituumqve epifcopalium, tantum traderent, qvantum ad profectionis fumtus faciendos fat effet, mandabatur; qvæ ita eorum animos mitigarunt, ut fub hyemem Holas tuto adire, ibiqve hybernare liceret.

§. 17.

Anno 1213. ex fociorum numero fuas & reliqvorum vices acturi Arnorus & Thorvaldus Giffuri Norvegiam petunt. Præful etiam bis folvit, fed toties ad eadem littora rejicitur, fecundaqve vice adeo ægrotans, ut feretro e navigio portari neceffum habuerit. Holis itaqve jam nolens, qvod volenti fæpe non licuerat, hyemavit. Tandem Anno 1214. integrum qvadriennium abfuturus, enavigavit, cujus maximam partem cum Nicolao Osloënfi Epifcopo, cujus ex mifericordia victitabat, transegit. Sed dum abfuit, ftatus ecclefiæ Holenfis, unoqvoqve qvod luberet faciente, pacatior fuit.

§. 18.

Anno 1214. Thorvaldus & Arnorus in patriam remeaverant, eodemqve Thorerus Archiepifcopus obierat, idqve in caufa potiffimum fuiffe

(a) Litteras Thoreri Archiepifcopi pia gravitate plenas e *Sturlunga* lib. 4. cap. 8. fupra exhibuimus pag. 255.

fuiſſe videtur, qvod Præſul non priusqvam Anno 1218., & qvidem re infecta, ad cathedram rediret, in eo ſaltem tam diutina abſentia patriæ utilis, qvod virum qvendam litteratum, nomine Upſum, qvem ludo literario, Holis inſtituendo præficere conſtituerat, ſecum adduxit. Sed qvam primum Holas venit, præter multos diſcipulos, etiam pro more, varii generis hominum colluvies, qvæ mox omnia cibaria conſumſit, ad eum confluxit. Ingruentem itaqve metuens famem Arnorus, intempeſta nocte cum ſuis Holas venit, qvi Præſulem e lecto ſublatum, manibus pedibusqve obnitentem, per ædes & plateas tractum, rhedæqve impoſitum ad prædium ſuum, transvexit, ubi qvod reſtabat hyemis, in ergaſtulo qvodam, malefici inſtar, uno tantum utens ſervulo, cuſtodiebatur. Reliqvam autem multitudinem Arnorus diſſipavit. Rector Upſus Vallas cum qvibusdam diſcipulorum petiit, ubi reliqvum hyemis illos informando conſumſit.

§. 19.

Anno ſeculi 19. Arnorus in Norvegiam tranſiturus Præſulem ſecum adducere conſtituit. Longum itaqve & difficile terreſtre, ad navem in portu ad oſtium amnis Hvítá conſiſtentem, iter ingreſſus, Præſulem lectica ſeu traha geſtatili, qvam bini portabant eqvi, impoſitum, proletariis qvibusdam homuncionibus cuſtodiendum commiſit, qvi eqvos per paludoſa & ſalebroſa adeo incaute egerunt, ut ruptis ligamentis, diſcusſaqve lectica, ipſe per aſpera viarum traheretur (a). Ad portum cum ventum eſſet, ventis & æſtu maris diu detinebantur, qvod audiens Præſulis antiqvus amicus, Ejulfus Kari filius, perqve exploratores de rerum & locorum circumſtantiis certior factus, piam, ſed periculoſam de liberando Epiſcopo ſuſcipit conſultationem. Nactus itaqve noctem vento & procellis fœdam, vigilibus altum ſtertentibus, Præſulem ex tabernaculo extractum ſecum primo domum, qvam in Inſula Flateyia habuit, avexit; & cum, ne Arnorus re cognita eos perſeqveretur, timeret, inde in ſinum Kiellin-

(a) Præter facta tam crudelia, ſcommata etiam non raro concoqvere neceſſum habuit; Inter alia *Kampum* eum vocabant, neſcio qvid, ſi non ad barbulam alludentes. *Kampr* enim lingva Iſlandica barbulam vel myſtacem ſignificat.

Kiellingarfiord, ubi in fylvis diu latuerunt; fub autumnum autem Flateyiam, hyemem fecum transacturum reduxit (a).

§. 20.

Anno 1220. relicta Flateyia Ejulfus Præfulem Holas deducit, qvi confeftim provincias peragrare cœpit. Sed coloni tantæ multitudini fuftentandæ impares (centenos enim fecum traxit), hofpitia ei denegarunt: Ivarus Mulenfis femel qvidem ipfum cum univerfo comitatu excepit hofpitio; Sed paulo poft, fub prætextu templi ifthic inaugurandi revertentem, collectis qvadraginta armatis abegit. Idem & alii fecerunt. Helgaftadas deinde templum illic inauguraturus divertens, tempus qvantum potuit traxit, qvod populo murmuris & qverelarum anfam præbuit, qvi tandem fumtuum pertæfus, Arnorum & Sighvatum in fubfidium vocavit, qvibus fe Ivarus Mulenfis adjunxit. Hi ipfum templo & cœmiterio pro munimento utentem, aggreffi funt, qvo in prælio paucis defideratis, fed difperfa univerfa multitudine, Isleifus Halli filius Præfulem recepit; a qvo difcedens, ad extremum usqve diœcefeos terminum, templorum encæniis tempus fallens, contendit; Sed cum per easdem provincias regredi non auderet, per montes & tefqva iter faciens, tandem in diœcefeos Skalholtinæ tractum Fliótshlíd, dictum pervenit, unde, poftqvam ditiorum hofpitia & humanitatem expertus fuerat, ad Sæmundum Oddenfem divertit, qvi ipfi cum nonnullis affeclarum, infeqventi hyeme alimenta præbuit.

§. 21.

Anno 1221. occidentalem qvadrantem pererrare cœpit. Sed cum Arnorus, hac æftate, nunqvam reverfurus (in Norvegia enim obiit), peregre abiret, fvadente & deducente Thordo Sturlæo, fub hyemem Holas petit.

(a) Hic non pauca Auctor *Sturlungæ* miracula agnofcit, inter alia, qvod qvam primum Ejulfus eum toga candida, alioqve epifcopali amictu ornaverat, per invias paludes in tenebris, & immani tempeftate transeuntes, ne eas qvidem fenferint; igne fatuo viam monftrante. Reliqva funt ejusdem farinæ, qvæ qvi cupit, adeat *Sturlungam* lib. 2. cap. 24. & paffim alibi.

petit. Aſt mores non mutans, tantam contraxit mortalium multitudinem, ut brevi omnium indigus fieret. Suis itaqve accolæ rebus timentes, ne ſine tutore & capite eſſent, Thomæ Sighvati filio, juveni ſtrenuo & inqvieto provinciæ præfecturam obferunt, eumqve ſibi ducem conſtituunt, qvi confeſtim Epiſcopo nunciari curat, ut aut ipſe inutilem & perniciosam illam colluviem dimittat, aut ſe cum ſuis eam diſſipaturum. Hoc accepto nuntio Præſul, cum ſuis in inſulam Malmeyiam tranſiit, Thomas autem Holas occupavit, ibiqve usqve ad 3 Non. Febr. Anni 1222. reſedit. Tunc enim borea cum nimbo & frigore acriter perflante, qvocirca excubiæ Holis minus fideliter curabantur, triginta epiſcopales, duobus ex Malmeyia vecti navigiis, Holas nocte concubia improviſi venientes, Thomam e lecto protractum, varieqve exulceratum, cum duobus aliis necarunt, (qvod tamen Præſul ſevere vetuerat,) totidem vero altero pede mutilarunt. Qvo facto in Malmeya diu ſubſiſtere non audens, Grimseyam, ut longius diſſitam, ita tutiorem ſedem ſibi elegit. Sed nihilo minus illic eum Sighvatus Sturlæus, Thomæ pater, & Sturla Sighvati filius, cum trecentis armatis invaſerunt. Epiſcopum 80. armati & 30. utriusqve ſexus mendici, ſtipabant, qvorum multi, interqve eos vir fortiſſimus Ejulfus Kari, ceciderunt. Duo autem clerici, qvi Epiſcopum diu ſectati fuerant, evirationis pœnam ſubire coacti ſunt (a). Sighvatianorum 32. deſiderati ſunt. Hac pugna pugnata, Præſul captivus, eadem, qva Sighvatus nave avectus, cum ipſe miſerrimus, (ut ajebat) nihil poſſet, Deum vindicem invocavit (b).

§. 22.

(a) Hi forte præ aliis ejus aſſeclis ob mulieroſitatem male audiebant; Nam tales etiam non raro in ſuo ſatellitio habuit, ut ex Skiæringi exemplo patet; Non tamen id pro certo de his affirmare audeo, nam ſolenne fuit Sturlungis, hac contumelia etiam caſtos & honeſtos viros afficere, modo eorum hoſtes eſſent, & iis male cuperent. Exempla dat *Sturlunga* libr. 5. cap. 46. libr. 9. cap. 9.

(b) *Sturlunga* lib. 4. cap. 32. " Þeir Sighvatr letu leggia hendr á biſkup oc fór hann á því " ſkipi úr eyunni ſem Sighvatr var á. Gudmundr biſkup bad þá gud hefna ſín, " því eg má eckert veſælingrinn minn. " Id eſt: *Sighvatus & reliqvi Epiſcopum capi fecerunt, qvi eadem de inſula navi ac Sighvatus vehebatur. Tunc Gudmundus Epiſcopus, Deum, ut ſui loco vindictam ſumeret, oravit, ego, enim* (inqvit) *miſer nihil valeo.* Qvæ verba & imprecationes, ut & comminationes, qvæ leguntur lib. 4. cap. 24. nullam extraordinariam redolent ſanctitatem. Erat enim ultionis valde cupidus, & ita contumax, ut ab incepto non facile deſiſteret: qvod, ut omnia ipſius

facta

§. 22.

Eadem qvidem æstate Guthormus Archiepiscopus qvosdam ejus adversariorum denuo evocaverat, sed eorum nemo comparuit. Ipsum autem omnium indigum & male multatum Norvegiam petere coëgerunt, qvod ejus exilium usqve ad annum 1226. duravit (a). Talis enim Archiepiscopo causa Gudmundi esse videbatur, ut, nisi Pontificis Romani dispensatio interveniret, ab officio removendum decerneret. Qva sententia perculsus, Presbyterum qvendam, nomine Ketillum, codicillos, qvi causæ connexionem & circumstantias continebant, perferentem, ad Pontificem Romam misit, a qvo tale demum accepisse fertur responsum: *si vult cedere, cedat.* Hoc contentus in Islandiam revertitur, dicasqve, qvas Petrus Archiepiscopus, Guthormi successor, ipsius persecutoribus scripserat, secum attulit. Sed cum idem annus Petro esset emortualis, omnia incassum ceciderunt, tantum Holis hyemem ei transigere licuit.

§. 23.

Anno 1227. triginta comitatus viris, universalia adiit comitia; Sed cum omnium egens & commeatu destitutus esset, a Snorrone Sturlæo hospitio exceptus fuit. Exactis vero comitiis, qvadrantes, australem & occidentalem, magna pro more, varii generis turba circumdatus, ditiorum

 dona

facta ejus encomiastes, author *Sturlungæ*, laudare videtur; nam de puero adhuc scribit libr. 3. cap. 1. " Hann vilde ráda vid hvern sem hann átti. " Id est: *Cum qvocunqve tandem ei res esset, prædominari voluit.* Et cap. 3. de adulto dicit: " Enn kapp hanns var ei farid. " Id est: *Pertinacia autem ejus non desierat.* Tandemqve ad episcopale evecto fastigium: lib. 4. cap. 1. " Var biskup minni leidingar- " madr og allt 6rádgiarnare enn Kolbeinn ætladi. " Id est: *Episcopus non tam facilis, nec consiliis tam obseqvens erat, qvam Kolbeinus autumaverat.* Sed tamen aliqvid condonandum humanæ infirmitati, qvod hic paulo impatientior factus est, nam licet ipse primo sui infortunii causa esset, perindigne tamen tractatum & summam passum fuisse vim & injuriam, negari non potest.

(a) Anno 1223 Bergis fuit, 1224. Nidarosiæ; Tunc enim Sigurdo Ribbungorum Regulo e custodia Ducis Skulonis elapso, Dux ira æstuans, Andream qvendam Islandum, Thorsteini filium, Jonæ Lopti nepotem, qvi antea Gudmundi Præsulis assecla fuerat, ut fugæ Sigurdi conscium strangulari jussit, qva propter Ducem acriter objurgavit, conf. *Vitam* Regis *Haconis Haconidis* ad hunc annum. Anno 1225. itidem Nidarosiæ hæsit, suæ causæ expeditionem exspectans.

dona & hoſpitia captans oberravit, usqve dum ægrotus valde ſub feſtum natalitiorum, Hvammum ad Thordum Sturlæum deportaretur, ejusqve tandem apud Sighvatum fratrem hujusqve filium Sturlam interceſſioni debuit, ut vergente hyeme, Anno 1228. ſedem Holenſem adire liceret. Inde tamen paulo poſt, inſtinctu Kolbeini (a) Arnoridis, qvi patri in prætura Skagfiordenſi ſucceſſerat, & odium in Præſulem, qvaſi hæreditate a patre acceperat, expulſus, propriam diœceſin, ſed ut ſolebat, ſegniter valde, multisqve factioſis & furibus (b) circumdatus, viſitare cœpit. Hæc ejus viſitatio, magno cum plebis malo & murmure, ſed parvo vel nullo emolumento, usqve ad diem viridium Anni 1229. perduravit, qvod Kolbeinum movit, ut diſperſa penitus ejus factione, ipſum cum duobus tantum ſacri ordinis viris Holas ire juberet, parvoqve incluſum cœnaculo (in qvo etiam, excepta miſſa cum verbis inſtitutionis, ſacra fecit) fere per integrum biennium ſub cuſtodia teneret, niſi qvod autumno Anni 1230. per qvartam occidentalem, ſolitam mendicitatem facere licuit. Qvo tempore mortuo Thorero Archiepiſcopo (c), Canonici Nidaroſienſes ipſum Præſulem, Rex autem Hacon & Dux Skulo ejus adverſarios ad dicendum cauſam evocarunt.

§. 24.

Anno 1231. forum generale freqventans a Snorrone Sturlæo ſuſtentatur, indeqve occidentalem qvadrantem, præcipue Thordi Sturlæi ditio-

(a) Kolbeinus hic fuit Arnori filius, communiter *Ungi* ɔ: juvenis dictus, in qvo tamen pleraqve præcocia fuerunt; Sed ratio cognominis fuit, tam, qvod qvindecim tantum annos natus, regimen provinciæ ſuſcepit, qvam ut a patruo ſuo Kolbeino Tumæo, cognatoqve ſuo & ſynchrono, Kolbeino Arnori filio, dicto nunc Kaldalios, nunc Stadar-Kolbeinus, diſcerneretur.

(b) Hi non tantum in alios furtis & maleficiis, ſed & invicem diſcordes cædibus in ſuos debacchabantur. Memoriæ proditum eſt, Epiſcopum Huſawiko diſcedentem, filiis Rafni Sveinbiornonis, utpote ſuorum integerrimis, de rebus furtivis apud omnes anqvirendi poteſtatem feciſſe, qvi etiam omnes tam intente perſcrutati ſunt, ut ne ipſum qvidem Epiſcopum dimitterent. Multa itaqve furto ablata inventa ſunt, qvæ poſſeſſoribus reſtituta fuerunt. *Sturlunga* lib. 5. cap. 8.

(c) Inter Nidaroſienſes Archiepiſcopos duo occurrunt, qvorum utriqve Thorerus nomen fuit, prioris ſupra mentio facta eſt, qvi Anno 1214. obiit, ſed de poſteriore jam nobis ſermo eſt, qvi Anno 1228. cathedram aſcendit, ſed 1230. ipſo Paſchatos feſto deceſſit, non vero 1234. ut habet *Deſcr. Norv.* pag. 93.

ditionem pervagans, usqve dum Sturla Sighvatinus, disperſa ipſum ſeqvente multitudine, domum reverti cogit. Anno 1232, Sigurdus qvi nuper Archicathedram aſcenderat, miſſis literis Præſuli ejusqve adverſariis, ut ſine mora coram ſe, de controverſiis diſceptaturi, apparerent, ſeveriſſime edixit, ipſumqve Gudmundum ab officio ſuſpendit. Dicto anno Klepjarnus Halli, qvi cum Kolbeino Holas venerat, inſontis cujusdam (ut videri voluit) necem ulturus, homuncionem qvendam Præſulis ſectatorem occidit, qvi prope templum decidens, cruore illud aſperſit, unde pro immundo, usqvedum Præſul illud luſtraret, habitum eſt; Sed numerata pecunia in gratiam receptus, abſolutionem impetravit. Sub autumnum pro more provincias peragrare conſtituit; Sed de qvorundam ruſticorum conſpiratione certior factus, reverti cogitavit; cumqve nec id tuto poſſet, ad Brandum Hofdenſem deflexit, qvo cum ſesqvi annum pro re nata habitus manſit.

§. 25.

Anno 1232. cum Sighvato Sturlæo & Sturla Sighvatino ea demum conditione in gratiam rediit, ut Sturla ſuas & parentis vices acturus, Romam abiret. Hic cum Reges, Haconem Norvegiæ, & Valdemarum Daniæ conveniſſet, per Germaniam iter faciens, in Paulum Hamarenſium Præſulem (a), qvi de inſula Sacra in ſtagno Miors ſita cum Rege Hacone contendens, Romam proficiſcebatur, incidit, ipſoqve non tantum interprete, ſed etiam interceſſore Romæ uſus eſt. Ibi ſuam & patris vicem agens, & pro utriusqve delictis ſatisfacturus, nudus pedes per urbem circumducitur, & ante majoris notæ templa non mediocriter flagellatur. Deinde ab utriusqve peccatis abſolutus, in patriam Anno 1235. revertitur; Et hoc tandem modo longa illa injuria, longæqve ambages, qvas cædes Thomæ Sighvatini ſecum traxit, finitæ ſunt.

(a) Paulus hic in Catalogo Epiſcoporum Hamarenſium, qvem dat *UNDALINUS Deſcr. Norv.* pag. 37. undecimus eſt. Civitas autem *Hamar* antiqvitus inter maximas Norvegiæ urbes numerabatur. Nam circa Annum 1300. cives habuit 1800. Sed Anno 1536. Hamarenſis epiſcopatus Oſloënſi adjectus fuit; Unde urbis ſplendor & divitiæ paulatim decreverunt. Tandem vero 1566. a Svecis penitus deſolata fuit. Vide *UNDALINUM* l. c. & Nobiliſſ. *HOLBERGII Hiſt. Dan.* Tom. 2. pag. 171. ſeq.

§. 26.

Anno 1234. Sighvatus & Kolbeinus, diſſentionibus in aperta odia erumpentibus, infeſtis ſignis, hic 600, ille vero 400. armatorum collectis, obviam ire cœperunt. Uterqve autem Epiſcopum ſecum habere diſcupiens, legatos eum accercitum Hofdam miſerunt, ille vero rejecto Sighvato, cum Kolbeinianis profectus eſt, qvod tamen non in Kolbeini gratiam, ſed Urækiæ filii Snorronis Sturlæi, qvi jam Kolbeino militabat, fieri profeſſus eſt. Anteqvam acies colliderentur, Præſul confeſſionibus audiendis & abſolutionibus dandis operam navans, eos hac vice non conflicturos, dixit, qvod & evenit. Nam qvorundam interventu factum eſt, ut Magni Skalholtenſis Epiſcopi arbitrio commiſſis controverſiis, ſine cæde & ſangvine diſcederetur. Hinc Holas ſe conferens, ibi qvod vitæ reliqvum fuit, qvietus traduxit. Viribus enim paulatim deficientibus, tandemqve oculis captus, orando, canendo & ſanctorum vitas audiendo tempus fallere conſvevit.

§. 27.

Anno 1237. morti perqvam vicinus monachum qvendam, amico cariſſimo Thordo Sturlonio ſuo nomine ſalutem dictum, ſimulqve eos ineunte vere una futuros nunciatum miſit, qvod Thordus, cum uterqve jam effœtus, decrepitæqve eſſet ætatis, mirans, rogavit, num ne de inimicis ſuis aliqvid etiam locutus fuerit? cui monachus: eos brevi invicem diſſentientes ferociſſimarum inſtar ferarum ſemet perdituros & dilaniaturos dixit, in qvo eum animus non fefellit; nam utraqve vaticinatio paulo poſt ſuum nacta eſt complementum (a). Ipſe enim ærumnis, ætate & diutino morbo feſſus 17. cal. April. qvo ante 53. annos ſacerdotio initiatus fuerat, ætat. 77. epiſcopatus 34. vitam cum morte commutavit (b).

§. 28.

(a) Inter ipſius Præſulis & Thordi Sturlæi mortem non integer menſis interceſſit, qvod autem de inimicis vaticinatus eſt, biennio poſt impleri cœpit. Nam Sighvatus & Sturla, aliiqve tres Sighvati filii, in prælio Aurligſtadenſi 1239. a Kolbeino & Giſſuro Thorvaldi occiſi fuerunt. *Sturlunga* lib. 6. cap. 17.

(b) Qvemvis chriſtianum in pulvere cubantem mori debere dixerat; Hinc adſtantes ipſum in agone e lecto ſublatum, aſſeri cineri ſuperinſtrato impoſuerunt, in qvo obdormivit, unde

§. 28.

Vir omnium judicio officio par, nisi id gessisset (a). Nam ante id omnibus carus, venerabilis, imo mitissimus in populo suo publice & privatim audiebat. Eo autem suscepto, omnibus invisus & contemtus existebat, imo omnium rigidissimus habebatur. Vix dimidium longi satis temporis, qvo officio præfuit, intra suam diœcesin mansit, sed plerumqve extra eam, ut exul & omnium indigus, inutilem & subinde neqvissimam secum trahens sodalitatem, mendicorum more oberravit. Plurimis sæpissime sumtui & tædio, paucis vero (nisi qvibus miraculorum patratione subvenisse credebatur) & gregi qvidem suæ curæ commisso minimo fuit usui aut emolumento. Cum Magnatibus continua exercebat odia, qvos non, ut debuit, sapientia & lenitate in ordine continere, aut aberrantes reducere, sed dirarum & devotionum vi & rigore terrere & frangere, frustra sæpe conabatur. Plebi etiam & invisus & despectissimus fuit, non tantum

unde autem hunc fidei articulum hauserit, non liqvet, si non ex dolentium & lugentium more, qvi in cinere jacere eoqve se aspergere solebant. Hic mos non tantum apud Judæos, sed & gentiles Asiaticos invaluit. De illis ex scriptura clarius est, qvam testimonia opus sit adduci. De his consulendi Authores Græci, imprimis *HOMERUS* de Priamo lugente mortem Hectoris. Hinc apud Papistas Judaismi simias mos est initio qvadragesimæ cinere aspergi, cum epiphonemate: *Memento qvod cinis es & in cinerem reverteris.* Sed qvod sub Papatu talis ceremonia monachis in usu fuerit, pueris etiam ex summi viri *ERASMI ROTERODAMI colloqvio*, qvod inscribitur *Funus* notum est, ubi hunc morem salse deridet. In exseqviis statim non vulgare miraculum sanctitatem Gudmundi prodens accidisse fertur, qvod tale fuit: Templum Holense tunc temporis vetustate fere collapsum, valde nutabat, adeo, ut cum jussu ædituí binæ tantum campanæ pulsarentur, magnopere titubaret; Minus autem cum qvatuor, & prorsus nihil cum omnes simul vehementissime moverentur, cui non per omnia absimile est, miraculum, qvod in exseqviis Formosi, Episcopi primum Portuensis & postea Pontificis Romani factum esse dicitur, cujus cadaver Stephanus successor e sepulcro extractum, præcisis tribus anterioribus digitis qvibus Episcopatum Portuensem ejuraverat, in Tiberim abjecit; Sed cum a Johanne Nono, semesum inventum, in priorem tumulum inferretur, Sanctorum imagines, curvatæ, qva prætervectum est, veneratæ esse feruntur.

(a) Tale de Galba Imperatore judicium fert gravissimus Author *TACITUS Histor.* libr. I. Sed qvod de Caligula, *TACITUS & SVETONIUS* dicunt: nec unqvam exstitisse meliorem servum, nec pejorem dominum, nimis durum est in nostrum retorqvere. Monachum autem qvam Episcopum multo præstantiorem & forte utiliorem, agere eum potuisse, firmiter persvasi sumus.

tantum ob crebras tranſitiones, graveſqve exactiones, ſed etiam furta & maleficia, qvæ improbiſſima mortalium colluvies, qvam ſecum circumduxit, ipſo plerumqve inſcio perpetrabat. Suis qvidem ſatellitibus ob lenitatem & munificentiam ſemper fuit cariſſimus, ſed eo ipſo, nempe ad omnia ipſorum maleficia connivendo, omniaqve qvæ ipſi dabantur, illis tribuendo & impendendo, ſibi & odium & contemtum publicum contraxit. Nec unqvam adeo, tam religio & ſtatus eccleſiæ, qvam politia & ſtatus reipublicæ, ac ipſo ſedente, in diœceſi Holenſi vacillavit.

§. 29.

Extra ſuam diœceſin qvosdam, ut in Skalholtenſi Sæmundum Jonæ, Snorronem & Thordum Sturlæos, aliosqve, qvi ejus, ob calamitates qvas perpeſſus eſt, miſerti fuerant; in Norvegia itidem nonnullos primariæ dignitatis viros, ut & doctos qvosdam & religioſos, qvi ejus pietatem venerabantur, vigilias vero, jejunia, adſtrictamqve vitæ rationem admirabantur, fautores & Patronos nactus eſt. Sanctitatem ejus ſeptuaginta circiter poſt mortem annis, orbi primus inculcare tentavit Audinus Ruffus qvi Anno 1314. juſſu aut ſvaſu, ut ipſe dixit, Haconis Norvegiæ Regis, oſſa Gudmundi effodi, novo loculo includi, & omnium venerationi exponi curavit. Idem Ormus Præſul circa annum 1344. fecit. Jonas Erici annonæ caritatem 1375. averſurus, ut qvarumvis poſſeſſionum pars centeſima in Gudmundi canonizationem erogaretur, votum fieri curavit, qvam collationem Sacerdotes Sigurdus Lopti & Thorſteinus Brynjulfi Romam perferre juſſi ſunt, ſed Sigurdo in itinere mortuo, res in nihilum recidit. Anno 1402. ingruente peſte vovebatur, loculum ſeu ſcrinium Gudmundi 40. ponderibus argenti ornandum fore. Anno 1522. clerus Holenſis Ogmundo Skalholtenſi inter alia objecit, qvod ducentos aureos monetæ Rhenanæ, qvi in Gudmundi canonizationem collati fuiſſent, ſurripuiſſet (a). Anno 1525. Jonas Arii ultimus Romano-Catholicorum diœceſeos

(a) Mos erat antiqvis, præſertim in Paganiſmo, mortuos cum annulis aut armillis ſepelire. Vide *BARTHOLINI Antiqv. Dan.* libr. 2. cap. 10. qvi etiam a primis chriſtianis noſtratibus obſervatus eſſe videtur. Hinc inter miracula Jonæ Ögmundini recenſetur, qvod ipſius ſandapila a viris fortiſſimis, loco dimoveri non potuerit, priusqvam annulus digito aptatus fuit. Sed cum noſter nullum reliqviſſet annulum, mortuus eum

cesèos Holanæ Præsul, e Norvegia in patriam redux Olaum Archiepiscopum, Boni Gudmundi canonizationem in se recepisse, & bono cum deo omnino futuram promisisse, nunciavit (a). Sed Papismi tenebris paulo post clarissima Evangelii luce, qvod per subseqventem Reformationem splendere cœpit, discussis, hujus rei nunqvam deinde mentio facta est.

Cap. VI.

De Botolpho.

§. I.

Anno 1236. vivo adhuc sed ægrotante & oculis capto Gudmundo Arii, Biornus Hialti filius successor a popularibus destinatur, qvi eodem anno

eum ab Ejulfo sacerdote Vallensi dono accepit, tantoqve ille mortales mortuus qvam vivus liberaliores expertus est, ut non tantum auro ornatus sepeliretur, sed etiam post fata ingentem auri summam Romam mitteret, scrinium 40. ponderibus argenti ornatum possideret, & præterea 200. aureos in bonis haberet, cujus semper aut sæpe vivus indigus fuit.

(a) In Calendariis Danicis impressis nomen Gudmundi ad 16. Martii legitur, qvod non Papicolarum superstitioni, sed celeberrimi Viri Arnæ Magnæi in patriam pietati debet; Qvi ostendere volens Islandiam non secus ac alias regiones Sanctis superbire posse, hunc honorem Thorlaco Skalholtensi & Gudmundo Holensi ab amico & patrono suo Nobiliss. Olao Römero impetravit. Et hinc est qvod ante 1705. alia nomina ad 16 Martii & 23 Decembr. notata esse cernamus. Sanctitas præterea (ut vocabant) nostri in Norvegia tam celebris & non minoris facta fuit, qvam in Islandia. Ibidem enim haud pauciora miracula fecisse putatur, & ut non plebs modo, sed & Magnates qvidam, ipse Rex & Episcopi se ejus precibus & intercessionibus commendarent; qvidam etiam, subseqventi tempore, ejus imaginem, non publice tantum in templis & sacellis, sed & domi aut in larario, inter Sanctorum simulacra & cruces constituerunt. Qvapropter, (ni insigniter fallor) Gudmannus ille, de qvo agit Perill. *PONTOPPIDANUS* in *Everriculo Pagan. & Papismi*, apud Norvagum inventus & religiose cultus, nihil aliud fuit, qvam nostri simulacrum. Talia enim apud nos etiam inventa sunt, etsi nusqvam religiose colantur.

anno peregrinationem suscipiens, Romam usqve pervenit, sed in regressu mortem oppetivit (a).

§. 2.

Mortuo itaqve Gudmundo monachus qvidam Nidarosiensis, nomine Botolphus, natione Norvegus succenturiatur, qvi una cum Sigurdo Skalholtensi Anno 1238. ordinatus, cathedram 1239. ascendit. Vir ut videtur valde qvietus, seqve non tantum alienis non intermiscens, sed & de suis parum sollicitus; vix enim dimidium temporis, qvo episcopatum gessit, Holis sedit, ideoqve nihil in horum temporum historiis & Annalibus, de eo relatu dignum reperitur, præterqvam qvod una cum collega & Brando Jonæ inter Gissurum Thorvaldi & Urækiam Snorronis de nece Snorronis Sturlæi & Klangi, aliisqve mutuis injuriis litigantes, in conventu, qvi ad pontem fluvii Hvítá Anno 1242. habebatur, intercessorem egerit (b).

§. 3.


Anno 1243. in Norvegiam transiit, nec unqvam deinde ad cathedram reversus est. Sed eo absente Holanæ diœceseos inspectorem egit Sigurdus Skalholtensis (c). Rebus autem œconomicis Kolbeinus Arnori, Kaldalios a qvibusdam, a qvibusdam vero Stadensis seu Stadarkolbeinn cognominatus, præfuit. Obiit Botolphus in Norvegia, anno salutis 1246, episcopatus octavo (d).

(a) Hic est ille *Kigra Biornus*, qvi Kolbeino Tumæo, cum Holis esset Anno 1201. perqvam familiaris & a manibus fuit, sed Gudmundo Præsuli minus acceptus. Vide *Sturlungam* lib. 3. cap. 58. lib. 5. cap. 46. coll. cum *Annal. Flateyens.* & *Holensibus.* Conf. supra Sect. 3. cap. 8. §. 6.

(b) *Sturlunga* lib. 6. cap. 24. 36. coll. supra Sect. 3. cap. 9. §. 3.

(c) Thordus Sighvati, Grundæ in tractu Eyafiord, intra diœcesin Holensem agens, a Sigurdo Skalholtensi petiit, ut sibi sacris interesse concederet, qvod certe non fecisset, si Botolphus tunc temporis Holis fuisset. *Sturlunga* lib. 7. cap. 46.

(d) Ut testatur *ARNGRIMUS* in *Comm. de Islandia.*



CAP.

CAP. VII.

De Henrico Caroli vel Kari filio.

§. 1.

Poſt Botolphum cathedræ Holanæ Henricus etiam natione Norvegus obtruditur, qvi Anno 1247. accepto epiſcopatu, cum Thordo Sighvati, a Rege Hacone, ut populares ſibi ſubjectos & tributarios faceret, in Islandiam mittendo, arctam iniit amicitiam (a). Sed Islandiam attingens, a Thordi adverſariis in partes ductus, ipſi inimiciſſimus exſtitit, eumqve non tantum ut Regii mandati negligentem, ſed ut prævaricatorem, & qvi ſibimet, non vero Regi, inſulæ dominium acqvirere allaboraret, detulit.

§. 2.

Suſcepto anno 1249. ad Regem itinere, ut Thordo Giſſurus Thorvaldi & Thorgilſus Bodvari ſubſtituerentur, effecit. Biennio itaqve hujus

rei

(a) A chriſtianiſmi in Iſlandia primordio usqve ad Sigurdum & Botolſum poteſtas eligendi Epiſcopos penes cives fuerat. Sed Rex Norvegiæ, in id jam omnes nervos intendens, ut Iſlandos ſibi tributarios faceret, nihilqve ſe ſine Epiſcoporum auxilio perficere poſſe cernens, e re ſua eſſe putavit, ſi alienigenæ, & qvidem ex ſuis ſubditis, ad id honoris eveherentur; indigenas vero avitæ libertatis tenaciores eſſe expertus fuerat. Svaſu itaqve & conſilio Vilhelmi Cardinalis, qvi tunc temporis Regem coronandi gratia in Norvegiam venerat, affirmantis, inconveniens prorſus eſſe Iſlandos, ſecus ac alias nationes, nulli ſupereminenti poteſtati ſubjectos vivere; Henricum, virum ſibi addictiſſimum in Botolphi locum Holanæ cathedræ intruſit, qvi Regis de ſe conceptam opinionem haudqvaqvam, qvantum in eo erat, fruſtratus eſt. Nam ut videtur, non minorem laborem & ſedulitatem in id impendit, ut Iſlandos Regi Norvegiæ, qvam ut Chriſto ſubderet. Sunt qvi ipſum ab ipſo Cardinale ordinatum fuiſſe ſcribunt, ſed falluntur, ut ex *Hiſtoria Haconis Haconidis* colligi poteſt. Refert eqvidem *ABSALON BEYER* Lector qvondam Theologiæ & Rector ſcholæ Bergenſis in Norges Alder, Velde, Opkomſt og Tilſtand, Epiſcopos Færöenſes de Capitulo Bergenſi, Orcadenſes vero, Hebudenſes, Iſlandos & Grönlandos e Capitulo Nidaroſienſi deſumtos fuiſſe, cit. *SCHIÖNNINGIO* in Beſkrivelſe over Trondhiems Domkirke pag. 247, qvi Beyero non ſuffragatur, nec qvod ad Iſlandiam attinet, ſuffragari potuit, ut ex dicendis patebit.

rei gratia in Norvegia consumto, Anno 1251. in Islandiam reverti instituit. Sed cœlo & salo hyemantibus, ad litora Norvegica repulsus naufragium facit, tandemqve Anno 1252. cathedræ restituitur (a). Subseqventi hyeme Thorgilsum Bödvari, qvem Rafnus Oddi & Sturla Thordi insidiose captum, ut Gissuro, per cujus latus ipse Rex petebatur, societatem & amicitiam renunciaret, ipsis vero fidelitatis juramentum præstaret; invitum adegerant, sed sui juris factum, pactis non stantem & ad se fugientem in gratiam Regis Episcopus humanissime excepit; Rafnum vero & Sturlam confestim ipsissimo natalitiorum festo, anathematis fulmine percussit. Sed cum Thorgilso idcirco ad suos tuto redire non liceret, ut eos in gratiam reduceret, media hyeme, iter non minus laboriosum qvam periculosum in provinciam Borgarfiord suscepit, qvo tamen, adscito licet Brando Abbate, qvi tum temporis, absente Sigurdo Præsule, ecclesiæ Skalholtensi præfuit, nihil efficere potuit (b).

§. 3.

Anno 1253. Gissuro Thorvaldi, in singularis amicitiæ signum prædium Flugumyram habitandum tradidit. Sed eadem æstate, ab Ejulfo Thorsteini, infensissimo Gissuri hoste, lauto exceptus convivio, donisqve mactatus, Gissurum primo clam, & paulo post palam abominari cœpit; Nam eodem autumno, incenso per Ejulfum & complices prædio Flugumyra, in qvo Gissuri uxor & tres filii, cum 20. aliis conflagrarunt, eodem die ipsum cum universa incendiariorum turma absolvit, & hospitio

(a) Conf. *Vita Haconis Haconidis* ad hunc Annum, & *Sturlunga* lib. 7. cap. 48. & lib. 8. cap. 7.

(b) Vel hinc patet, qvam fidam operam Regi Norvegiæ navare voluerit Henricus, qvod, qvam primum Thorgilso, Regis emissario & satelliti injuriam factam inaudivit, ejus adversarios, qvorum neuter tunc temporis ipsius subditus, seu curiæ Holanæ civis fuit, indicta causa, sacris interdixit. Hoc qvidem de minore excommunicatione intelligendum est, interim tamen ab αλλοτριοεπισκοπιας crimine non facile absolvendus, qvod non tantum in concilio Nicæno, sed & Constantinopolitano cautum fuerat. Henrici autem factum, Brandus Abbas Verensis, Skalholtensis eo tempore Officialis, cum eos in viam reducere non posset, ratum esse jussit. Vide *Sturlungam* libr. 8. cap. 14. 15. 16. 17.

tio excepit. Giſſurum vero qvi non multo poſt injurias ulciſcens, octonos horum occidit, diris devovit (a).

§. 4.

Seqvente æſtate Giſſurus ab Henrico excommunicatus, & præterea utriusqve Epiſcopi ſuſurris traductus, a Rege evocatur. Itaqve, ne provincia Skagfiordenſis ipſo abſente ſine Prætore eſſet, Oddum Thorarini eidem præfecit, illiqve injuriarum, qvæ adhuc alta mente repoſitæ manebant, vindictam mandavit, ut & judicii publici exſecutionem. Nam anteqvam diſceſſerat, Ejulfum, cum qvindecim incendiariorum, interqve eos Thorſteinum, Ejulfi patrem, ut facinoris conſcium, publica auctoritate proſcribi curaverat.

§. 5.

Oddus ne nihil agere videretur, qvatuor proſcriptorum in inſula Grimseya latitantes occidit. Thorſteini autem & qvorundam aliorum bona publicavit, qvo cognito Præſul eum primo repetundarum accuſavit, & deinde qvædam, qvæ templorum conſervationi concredita fuiſſent, abſtuliſſe cauſſans, excommunicavit. Oddus autem ignominiæ injuſte ſibi, ut putabat, illatæ impatiens, Præſulem in prædio Fagranes convenit, abſolutionemqve flagitavit. Sed cum illa, ni ablata prioribus poſſeſſoribus reſtitueret, & Giſſuri partes deſereret, denegaretur, tandem poſt

 longum

(a) *Sturlunga* lib. 9. a cap. 1. ad 9. Inter alia *Sturlunga* lib. cit. cap. 6. ita: " Þat er " at ſegia frá brennumönnum, ad þeir ridu til Hóla, tóku lauſn af Henrik biſk- " upi og tók hann vel vid þeim. " Id eſt: *Incendiarii dein Holas eqvitavere, qvos Epiſcopus Henricus abſolvit & benigne excepit.* Et cap. 8. " Enn er Henrik " biſkup ſpurdi þeſſi tídindi (*ſcilicet qvod Giſſurus de qvibusdam incendiariis pœnas* " *ſumſerat*) lýſti hann ſtórmælum yfir Giſſure og öllum þeim mönnum er þeſſa ferd " med hönum fóru. qvad hann þá vera gridnídinga, hafa gengid á grid og " giördar ſættir og bannadi ad hríngia edr ſýngia ſo þeir væri nær. " Id eſt: *Epiſcopus Henricus de his certior factus, Giſſurum, & omnes qvi cum eo huic expeditioni interfuerant, delictorum atrocium reos proclamavit, eos fœdifragos appellans, qvi inducias & pacta violaverint, prohibuit etiam ut illis præſentibus campanæ pulſarentur aut caneretur.* Unde Finnbiörnus Helgonis, qvod conſcius aut conſultor incendii Flugumyrenſis exſtiterit, ipſi haud obſcure objecit. Vid. infra §. 6.

longam altercationem & ſesqvipedalia verba, Epiſcopo manus injecit, invitumqve ad caſtellum Flugumyrenſe, qvod in ruderibus exuſtæ villæ remanſit, devexit, ibiqve aliqvamdiu detinuit. Ille autem, ne idem ſibi, qvod Gudmundo Arii acciderat, eveniret, timens, ſcilicet ut male mulctatus & omnium egenus extra regionem relegaretur, per Rafnum, Sturlam, Ejulfum, Thorgilſum, aliosqve ad ſui liberationem conſpirantes, exercitum 800. virorum colligi curat, qvi tamen poſt feſtum venit, nam qvam primum ejus captivitas evulgata eſt, non tantum per univerſam diœceſin ſacrorum uſus & exercitium intermiſſum fuit, ſed etiam provinciales conglomerato 200. ruſticorum globo, prece magis qvam vi libertatem impetrarunt, qvam ubi nactus eſt, Oddum denuo diris devovit. Qvi geminam hanc providens procellam, ad tempus provincia exceſſit, dilapſis vero exercitibus iterum advolat, cumqve Rafnum & Ejulfum invaſurus in colligendo exercitu totus eſſet, ab ipſis præoccupatus, cum ſeptem aſſeclis occiditur, & qvoniam duplici excommunicatione tenebatur, profani inſtar profano pulvere obruitur.

§. 6.

Thorvardus vero Oddi frater, necem ejus ulturus, tantamqve familiæ inuſtam ignominiam deleturus, non qvidem inſtigante, ſed non prorſus inſcio aut inhibente patruo Brando Abbate (a), tracto in partes communi cognato Thorgilſo Bodvari & Sturla Thordi, cum Ejulfo & Rafno magno prælio conflixit, in qvo Ejulfus ipſius Thorvaldi haſta transfixus occubuit. Rafnus vero vitæ fuga conſuluit, qvo cognito Epiſcopus Thorgilſum & Thorvardum diriſſimis imprecationibus perſeqvitur, neqve ullo modo, æqviſſimas licet proponerent conditiones, abſolutionem impetrare potuerunt. Sed nihilo ſecius provinciales Thorgilſo præturam Skagfiordenſem detulerunt, qvod Præſulem peſſime uſſit, unde antiqva eorum amicitia in ſummum odium degeneravit. Hic enim Thorgilſianos devovendo, ille autem Epiſcopales plectendo, mutua odia exercuerunt, qvandoqve etiam coram ad minas, tantisqve viris indigna verba deſcenſum fuit (b), usqve dum ſubditi malorum pertæſi, ut priſtinam redintegrarent amicitiam,

---

(a) Vide infra cap. ſeqv. §. 4.

(b) *Sturlunga* lib. 9. cap. 36. " Biſkup var þá miög reidr, oc mælti miög óþægilig ord " vid

citiam, exorare eos potuerunt, qvam deinde conſtanter coluerunt. Nam Thorgilſus a Præſule abſolutus, magnificentiſſimum ei præbuit epulum, largiterqve donatum dimiſit; Eodemqve qvo hæc geſta ſunt anno, cum Ivarus Angeli filius qvi Sigurdo Skalholtenſi, ut ſpe ſua in Regis negotiis promovendis & perficiendis ſegniore relicto, Henrici fidem & auxilium imploraret, conjunctisqve cum Thorgilſo conſiliis & viribus, ut Skagfiordenſes & Ejafiordenſes coloni, Regi obſeqvium promitterent, efficere potuit (a), qvo peracto in Norvegiam tranſiit, integrum qvadriennium

" vid Þórgíls, þau ſem ei hæfir at rita. Hann mælti ad Þórgíls og hanns mönnum mundi þat ecki heimillt er bændr gæfi, og ei ſkal ydr jörd heimil ad gánga á, og ei himininn ad horfa á, og engann hlut heimilann nema helvíti. Þórgíls þagdi og ſvaradi engu. Biſkup kærdi ſakir á Finnbiörn; enn Finnbiörn ſvaradi því, af ſinni hendi. Herra, ſegir hann, þeſſi ord, ſem þer hafid talad í dag vid Þórgíls legunaut minn, munu þykia vitrum mönnum óſkynſamliga tölud, þó hinn heimſkaſti og hinn illgiarnaſti madr hefdi ſvo talad, þá mundi hann þykia nær dauda verdr. —— Er þad nú lióſt fyri allra manna augum, ad þá gullhálſana, ſem her hafa geyſad yfir ſveitir med ránum og reſſíngum, þá hafid þer látid ſtanda hiá ydr vid altari í heilagri kyrkiu, oc lagt á þá alla virdt; og er þad nú lýgelauſt, ad þeir hafa marga menn innibrendt, og marga menn ſaklauſa í reyk inni kiæft. Um ſum illvirke þeirra er ſumum mönnum tvímælis lauſt, hvert þer munud allvel þurt hafa um ſetid um allar vitundir; enn þad vita allir, ad brennuvargar eru rækaſtir giörver bædi í guds lögum og manna. Spratt biſkup þá upp og ſagdi diöfulinn mæla fyrir munn hönum." Id eſt: *Epiſcopus ira æſtuabat, & admodum ingratis verbis Thorgilſum alloqvebatur, qvæ nec ſcribi decet. Dixit* (inter alia) *Thorgilſum & ejus aſſeclas juſto titulo non poſſidere, qvod coloni illis darent, nec terra*, inqvit, *juſto vobis erit titulo qvam calcetis, nec cælum qvod aſpicietis, nec ulla res juſto vobis titulo* (erit) *præter infernum. Thorgilſus tacuit, & nihil reſpondit. Epiſcopus Finnbiörno cauſas intentavit, Finnbiörnus autem regeſſit: Domine*, inqvit, *hæc verba, qvibus contubernalem meum Thorgilſum hodie allocuti eſtis, viris ſapientibus inſipienter prolata videbuntur, qvamvis & ſtultiſſimus illa ac maligniſſimus homo protulerit, morte fere dignus haberetur. —— Jam in propatulo eſt, vos cervices illas aureas, qvæ rapinis & cædibus per has provincias graſſatæ fuerunt, apud ſanctæ eccleſiæ altare, juxta vosmet ipſos ſtare ſiniſſe, & omni honore proſeqvi; eſt tamen penitus evictum, illos multos innocentes viros incendio conſumſiſſe, & fumo ſuffocaſſe. Qvorundam eqvidem illorum ſcelerum qvibusdam non ambigitur, vos a conſcientia non perfecte eſſe immunes; Illud vero omnibus eſt notum, tam legibus divinis, qvam humanis, incendiarios ſummum eſſe piaculum. Epiſcopus tunc exſiliens, diabolum per os ejus eloqvi, dixit.*

(a) Longa & tædioſa hæc injuriarum & maleficiorum ſeries in *Sturlungæ* lib. 9. ut & *Hiſtoria Haconis Haconidis* legi poteſt, qvo curioſum lectorem remittimus.

ennium in Regis ſatellitio commoraturus, in qvo tandem, cum Holenſem epiſcopatum annis 13. geſſiſſet, qvinqvennium vero tantummodo Holis egiſſet, Anno 1260. vitæ finem fecit. In templo Divi Olai, qvod Tunsbergæ eſt, ipſo Rege ei parentante, ſepulturam nactus eſt (a).

Cap. VIII.

De Brando Jonæ filio.

§. 1.

Brandus Jonæ qvarti Holenſium Præſulis Brandi Sæmundini ex filia nepos & eponymus (b), litterarum fundamentis, qvam primum per ætatem licuit, rite poſitis, per ſacros ordines usqve ad ſacerdotium gradatim aſcendit, tandemqve anno 1247. Abbas Verenſis conſtituitur (c).

§. 2.

Spectata ejus prudentia & pietas effecerunt, ut ipſi a Sigurdo Skalholtenſium Præſule Anno 1250. peregre ituro, integrumqve qvadriennium abfuturo, Eccleſiarum cura committeretur. Qvo fungens officio, non tantum varias popularium controverſias ſopivit & ſepelivit, ſed etiam alias ſæpe inter diſſentientes arbitrum & pacis ſeqveſtrum egit (d).

§. 3.

(a) *Vita Haconis Haconidæ* ad annum 1260. " Henrich biſkup var jardadr ad Olafs " kyrkio í Túnsbergi, oc þackadi ſiálfr Kóngr ſaung á grafarbacka. lagdi miög " til lofs hönum um marga luti, ſem verdugt var. " Id eſt: *Henricus Epiſcopus in templo Olai qvod Tunsbergi eſt, ſepultus fuit, cui ipſe Rex in exeqviis parentavit, multa in ejus laudes adferens, ut & promeruerat.*

(b) Genealogiam noſtri deſiderans legat *Sturlungam* lib. 3. cap. 4.

(c) Cœnobium hocce indifferenter vocatur *Verenſe* vel *Thyckvabajenſe*. Ipſum enim prædium, *Thyckvebair*, tractus autem, in qvo ſitum eſt, *Ver* ſeu *Alftaver* appellatur.

(d) Hæ controverſiæ partim Holenſis, partim Skalholtenſis curiæ incolas concernunt. Interdum enim ſynchronorum Præſulum hiſtoriæ longo invicem diſtant intervallo, interdum

§. 3.

Anno enim 1242. Giſſurum Thorvaldi & Urækiam Snorronis una cum utroqve Epiſcopo in gratiam & amicitiam reducere allaboravit (a). Anno 1251. Ogmundum Helgonis, qvi Steinunam ipſius ſororem in matrimonio habuit, cum fratris ſui filio Sæmundo Ormi reconciliavit, & anno ſeqventi cum Ogmundus rupto fœdere Sæmundum ex inſidiis invadens occidiſſet, arbiter denuo lectus, non ſine æqvitatis laude litem compoſuit (b). Anno 1253. ab Henrico Holenſi Epiſcopo in provinciam Borgarfiord accercitus, media hyeme laborioſum ſuſcepit iter, adunatisqve cum Præſule conſiliis, inter Thorgilſum Bödvari & Rafnum Oddi amicitiam redintegrare, ſed fruſtra, fategit. Qvocirca poſtridie in templo Reykholtenſi concionem habens, ad Epiſcopo factam Rafni & Sturlæ excommunicationem, ut Skalholtenſis Præſulis vices agens, confirmavit (c). Anno 1254. eundem Thorgilſum, qvi Valgardi cujusdam cæde aliisqve facinoribus graviorem diſciplinam Eccleſiaſticam meruerat, ad Henricum Holenſem miſit, ut ab eo pœnis affectus competentibus abſolveretur (d).

§. 4.

dum fere eædem aut valde ſimiles ſunt, interdum eandem habentes radicem, in varios, eosqve diſſimiles ramos diffinduntur, factoqve jam longiore, jam breviore gyro, interdum ad radicem ſeu ſtipitem redeunt communem, interdum ſecus. Nobis autem, ne noſtri res geſtæ ſejungerentur, hic omnes congerere viſum eſt.

(a) Supra Sect. 3. cap. 9. §. 3. Confer *Sturlunga* libr. 6. cap. 36.

(b) *Sturlunga* libr. 7. cap. 48. usqve ad 58.

(c) *Sturlunga* lib. 8. cap. 17.

(d) Factum hoc Anno 1254. anteqvam Sigurdus Præſul e peregrinatione Norvegica rediit. Qvid autem Abbatem Epiſcopi vicarium ad id impulerit, dictu facile non eſt. Sed ſi conjecturam facere liceat, aut non habuit abſolutam poteſtatem ab omnibus peccatis abſolvendi; Graviſſima enim delicta a ſolo Epiſcopo remitti debebant, conf. *Jur. Eccleſiaſtici* cap. 40; Aut licet habuerit, vir pius & prudens omnem de ſe maleloqvendi & ſentiendi anſam aliis præcidere voluit; qvod in dictamine pœnarum, & abſolutionis forma cognato & amito cariſſimo plus juſto indulſiſſet.

§. 4.

Anno 1255. Thorgilſo & Thorvardo Thorarini, bellum Rafno & Ejulfo ob cædem Oddi, ipſius Abbatis ſobrini illaturis, expeditionem qvidem diſſvaſit, ſed ut videtur, humani aliqvid paſſus, non ſevere prohibuit (a). Anno 1258. cum Thorvardus amicum ſuum Thorgilſum perfidioſe circumventum peſſimo exemplo obtruncaſſet, & res ad ſeditionem & bellum ſpectaret, partes litigantes ab Ejulfo Abbate Thveraënſi perſvaderi ſibi paſſæ ſunt, ut judicibus pari utrinqve numero ſelectis, arbitrum honorarium agente Brando Abbate, litem committerent. Qvominus autem hoc modo controverſia componeretur, Thorvardi tergiverſationibus factum eſt, qvibus cauſæ actores usqve ad Annum 1262. eluſit. Tunc enim tandem per Sturlam Thordi & Regium Legatum Hallvardum Gullsko, qvi tum in Islandia agebat, de mulcta pecuniaria hæredibus ſolvenda transactum fuit. Sed cum Thorgilſus Aulicus & Præfectus Regius fuiſſet, ipſi etiam ſatisfaciendum erat. Qvapropter Brandus Anno 1263, jam Holenſis Epiſcopus, & Magni Norvegiæ Regis intimus factus amicus, Thorvardum proxima æſtate ad Regem ſe iturum jure jurando promittere impulit (b).

§. 5.

Demandatam ſibi Abbatiam, cui qvindecim annis præfuit, ita ornavit, ut omnibus coætaneis facile palmam præriperet. Inſtituto enim inibi ludo litterario, complures juvenum erudivit, qvorum Jorundus Holenſis, Arnas Skalholtenſis Epiſcopi, & Runolfus Abbas Verenſis famigeratiſſimi exſtiterunt. Varia opera hiſtorica elaboraſſe perhibetur, qvæ aut ætatem non tulerunt, aut ſi ſuperſunt, Auctoris nomen non præferunt. Tantum de ſpiſſo illo volumine, communiter dicto *Stiórn*, inter eruditos

(a) *Sturlunga* lib. 9. cap. 25. ubi etiam Thorvardum olim Thorgilſum occiſurum prædixiſſe fertur, qvod tamen longo poſt tempore evenit.

(b) Epiſcopum pro Thorvardo apud Regem interceſſiſſe inde probabile ſit, qvod Rex non tantum ei delictum condonaret, ſed etiam paulo poſt ſplendida præfectura ornaret.

eruditos non ambigitur, qvod ex Latino in Islandicum idioma transtulerit, ut & vita celeberr. Germanorum Imperatoris Caroli Magni, qvam noſter itidem in vernaculam lingvam transfudit (a).

§. 6.

Tot talibusqve virtutibus tantam ſibi Brandus famam acqviſivit, ut Henrico Holano in Norvegia mortuo, Einarus Archiepiſcopus Nidaroſienſis, non jam ut antea peregrinum qvendam vacuæ ſedi intrudere conſultum ducens, Brando per litteras ſucceſſionem offerret, Nidaroſiamqve invitaret. Qvi conditionem accepturus, protinus eo contendit, ma-

 ximaqve

(a) *UNDALINUS Deſcript. Norveg.* pag. 168. refert Ericum Brochenhuſium circa annum 1567. Præfectum provinciæ Mandalenſis ſancte affirmaſſe, vidiſſe ſe Codicem Biblicum, ſermone Iſlandico ante annos circiter 300. ſcriptum, qvi codex, ſiqvid conjectura valeo, fuit ipſe liber *Stiórn.* Minime obſtat ratio temporum; Nam ſi annis 1567. demſeris annos 300, emergit annus 1267. qvi eſt tertius ab obitu Brandi. Valde itaqve veriſimile ſit, codicem, qvem vidit Brochenhuſius, in qvo primæ ſingulorum capitum litteræ aureæ fuerunt, apographum qvoddam fuiſſe in gratiam Regis vel Magnatis cujusdam ad autographum Brandianum expreſſum. Apud nos perrara ſunt libri exemplaria, nec jam niſi in ditiorum Bibliothecis reperiuntur. Sunt qvi volunt noſtram *Stiórn* eſſe meram tranſlationem *Hiſtoriæ Scholaſticæ PETRI COMESTORIS* Cancellarii Academiæ Pariſienſis, qvi Anno 1189. obiit. In qva, ut docet *CAVEUS Hiſtor. lit. Script. Eccleſ.* pag. 474. Hiſtoriam ſacram a principio Geneſis usqve ad finem Actuum Apoſtolicorum, in compendium redegit, multis incertis, ſi non fabuloſis, hinc inde inſperſis; De hiſtoria qvoqve Ethnicorum qvædam incidentia, pro ratione temporum inſeruit. Qvæ de Hiſtoria Manducatoris lata ſententia minus bene qvadrat in librum *Stiórn;* Nam licet multa fabuloſa contineat, & ſubinde qvædam ex Hiſtoria Ethnica aſpergat, non tamen (ut puto) eſt ipſa *PETRI COMESTORIS Hiſt. Scholaſtica* qvam multis locis allegat, ut & alios ejusdem farinæ Authores, qvorum fabulas & ſomnia ſacro Textui commiſcet, eoqve pulcherrimum conatum non parum conſpurcat. Cum vero accurata libri recenſio tantum expoſcere volumen videatur, ut noſtræ paginæ anguſtia id nec capiat, nec inſtituti ratio id penitus expoſcat, tali labore eo lubentius ſuperſedemus, qvo accuratius & plenius id dudum præſtitit Illuſtriſſ. Siællandiæ Epiſcopus *LUDOVICUS HARBOE* in Tractatu Isländische Bibelgeschichte, qvi libro Dänische Bibliothek inſertus eſt. Id pro certo habemus, hanc Bibliorum verſionem ſeu Paraphraſin Norvegicam, aut ſi mavis Iſlandicam, qvam ipſe Author rogatu Magni Norvegiæ Regis ſe adornaſſe fatetur, omnium qvæ exſtant ſeptentrionalium, longe antiqviſſimam eſſe.

ximaqve hyemis parte in Regum aula transacta, Anno 1263. ab Archiepiscopo & Capitulo Nidarosiensi Episcopus Holensis solenniter electus & declaratus, una cum Gilberto Hamarensi 4. Non. Martii in præsentia duorum Regum, universæ aulæ, duorumqve Episcoporum Petri Bergensis & Thorgilsi Stafangrensis, inauguratus fuit, collatumqve sibi Episcopatum seqvente æstate adiit, qvem vix sesqvi-annum rexit; Nam Anno 1264. præmatura morte abreptus fuit (a).

(a) Author *Sturlungæ* qvi Brando synchronus vixit, tale ei præbet elogium libr. 7. cap. 45. " Brandr prestr Jónsson var vígdr til Abóta á Því ári sem Hákon " Kóngr var vígdr undir korónu. hann red fyri austr í Þyckvabæ oc var ágætr " höfdínge. klerkr gódr, vitr og vinsæll, ríkr og gódgiarn, og hafdi mikla mann " heill. " Id est: *Sacerdos Brandus Jonæ filius in Abbatem consecratus est eodem anno, qvo Rex Hacon coronatus. Ille* (monasterio) *Thyckvabaiensi in* (qvarta) *orientali præfuit, & erat magnas eximius, bene doctus, sapiens, multis amicis beatus, potens, benignus, & multorum favore gaudens.* Qvod sine assentatione dictum esse putamus.



HISTO-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ ISLANDIÆ.

PERIODUS III.

Ab Anno MCCLXIV. ad Annum MCD.

SECTIO I.

De mutatione regiminis Islandorum, Regibus Norvegiæ, eorumqve Satrapis, qvos Islandiæ præfecerunt, ut & Archiepiſcopis Norvegiæ.

Cap. I.

De mutatione regiminis.

§. I.

Hactenus de rebus Islandorum eccleſiaſticis in ſtatu reipublicæ Ariſtocratico degentium egimus, qvarum moderamen ad hæc usqve tempora, per ducentos, plus minus, annos, ab Archiepiſcoporum nutu & Epiſcoporum placitis unice pependit: Poſthac autem, de iisdem qvidem, aut ſimilibus rebus gentis noſtræ ſcribendum nobis erit; ſed qvæ, ſub ſtatu reipublicæ monarchico, aut, ſi penitius inſpexeris, ex monarchico & hierarchico mixto; Novus enim legum Codex, qvi hoc tempore incolis datus fuit, Regem eqvidem ſupremum Eccleſiæ caput agnoſcit, ſed nihilominus Epiſcopum ipſi a latere collocando, rempublicam bicipitem fa-

cere videtur; cujus verba ſunt: *Duo ſunt Dei ſervi & diſpenſatores, Rex & Epiſcopus; Rex a Deo habet ſecularem poteſtatem in rebus ſecularibus; Epiſcopus vero habet a Deo ſpiritualem poteſtatem in rebus ſpiritualibus, adeo, ut alter alterum in omnibus juſtis cauſis legitime adjuvare debeat, ſeqve ipſos noſcere, qvod hanc poteſtatem non a ſemet ipſis, ſed a Deo habeant, qvoniam Dei diſpenſatores ſunt* (a). Cauſæ autem mutationis regiminis & ſtatus reipublicæ, præter rerum fata, ſeu verius, ipſius Dei beneplacitum & diſpenſationem, qvi ſolus tempora mutat & imperia transfert, hæ fuerunt præcipuæ: (1) Antiqvæ Ariſtocratiæ, primo in Oligarchiam, tandem vero in Tyrannidem & Anarchiæ qvandam ſpeciem, degeneratio; Nam ſub ipſam hancce mutationem, Magnatum, qvo qvis potentior, eo perditior eſſe cœpit, omnia vi & armis gerere, rapinis, cædibus, incendiis, ſeditionibus, omnimodisqve injuriis, nullum modum vel metam ſtatuere, ita, ut liqveat, aliqvando 1300. armatos, & 20. navium claſſes, ex altera parte, ad inteſtina certamina & mutuam perniciem producta fuiſſe, qvæ nefanda licentia eo tandem temeritatis proceſſit, ut a rebus & perſonis ſacris ſceleratas manus non abſtinuerint Potentes, cui malo medendo non alia viſa eſt expeditior ratio, qvam ſi omnes unius Regis imperio coërcerentur. (2) Regum Norvegiæ in noſtrates humanitas, preces, perſvaſiones & ſpecioſiſſima promiſſio, qvibus ambitioſos qvorundam noſtratium animos impleverunt & demulſerunt. (3) Acceſſit & ipſa religio, (efficaciſſimum in rebus gerendis telum & inſtrumentum) Nam Vilhelmus Epiſcopus Albanus, Eccleſiæ Romanæ Cardinalis, cum in Norvegia, circa Annum 1247. præſens adeſſet, cujus verba, qvaſi ex tripode, aut ex ipſius Pontificis ore prolata eſſent, accepta fuerunt; inconveniens & impium eſſe, Islandos præter reliqvarum gentium morem nullius Regis imperio ſubjectos, ſuis moribus, ſuopteqve ingenio vivere, palam dixerat, Regiqve, ut eosdem ſuo adjiceret imperio, author ſvaſorqve exſtiterat; qvod plebi Islandicæ inculcare & perſvadere, Epiſcopi, ad id a Rege, Cardinalis inſtinctu ſubornati, haud qvaqvam omiſerunt (b). Cum vero nobis in ſeqventibus negotia & res, non tantum ſub Norvegiæ Regum imperio, ſed eorundem Præfectorum nutu & juſſu geſtæ, tractandæ

(a) *Cod. Leg. Island.* Tit. de Religione Chriſtiana cap. 2.

(b) Qvo & pertinet nexus ſubordinationis inter Epiſcopos Iſlandiæ & Archiepiſcopum Norvegiæ, qvi ſub republica dudum obtinuerat.

dæ ſint, ut hic primo, de hac imperii & regiminis mutatione, deinde autem, ſuis locis, de ipſis Regibus, ut eccleſiæ nutriciis ac tutoribus, eorumqve Præfectis, qvorum opera, ad expediendum negotia uſi ſunt, qvædam inſeramus, haud abs re eſſe videtur.

§. 2.

Tempore Ariſtocratiæ, qvæ Islandis circiter 390. annis duravit, res eorum ſat florentes fuerunt, ideoqvè a vicinis Regibus, Dano, Norvego, Sveco, Anglo, Scoto, ut & Orcadum Comitibus, aliisqve Magnatibus, partim ut vicini, partim ut amici colebantur, imo, tanti aliqvando æſtimati ſunt, ut filias & cognatas iis nuptum dare non dedignarentur. Loptus Sæmundi Polyhiſtoris) filius Thoram Magni Nudipedis Norvegiæ Regis filiam, uxorem duxit: Hordo Grimkeli filio Haraldus Gothiæ Comes filiam ſuam Helgam nuptum dedit: Thorvalldus Thidrandi Droploigam Biorgulfi Hetlandiæ Comitis filiam, Fimbogus Robuſtus Haconis Norvegiæ Comitis neptim, in matrimonio habuerant: Sæmundo Jonæ, Orcadum Comes, matrimonium filiæ obtulit, ſed per Sæmundum ſtetit, qvo minus contractum fuit; Cæterum, non obſtantibus amicitiæ legibus, qvidam horum, Islandorum libertati inſidiari deprehenſi ſunt; Nam præter Haralldum Gormi filium Daniæ Regem, qvem aliqvando claſſem in Islandos paratam habuiſſe, ſed magicis artibus abſterritum ab inſtituto deſtitiſſe ferunt, Norvegicos Reges id plus ſimplici vice tentaſſe, certum eſt. Qvorum primus fuit Haralldus Pulchricomus, qvi qvendam, nomine Unum Gardari filium ſubornavit, Præfecturam Islandiæ eidem pollicitus, ſi Islandorum Primatibus captis aut interfectis, Regis poteſtati inſulam ſubjiceret; & qvo minus incolis ſuſpectus eſſet, duodecim tantum virorum ſodalitio ſtipavit; Inſulani vero inſidias ſubolentes, eum recipere noluerant, & prius qvam aliqvid tentare poſſet, a Leidulfo Athleta, cujus filiam ſtupraverat, e medio ſublatus fuit (a).

§. 3.

(a) De Ariſtocratia Iſlandorum agit *ARNGRIMUS Crymog.* lib. 1. cap. 7. 8. 9. Sed de mutatione Reipubl. lib. 3. unde qvædam horum mutuati ſumus. Conf. *Landnama* pag. 131.

§. 3.

Idem etiam tentavit Olaus Craſſus, qvi circa annum 1224. Thorarinum Neſjulfi, (al. Neflioti) filium, natione Islandum ad populares miſit, Regia munera Optimatibus perferentem, Regiumqve favorem & neſcio qvos aureos montes pollicentem, ſi homagium Regi præſtarent, populumqve ad tributum ſolvendum inducerent. Si vero his petitis ſatisfacere recuſarent, vellent ſaltem Inſulam Grimseyam ſuæ poteſtati permittere, ipſiqve, qvorum nomina ediderat, firmandæ amicitiæ gratia, ad ſe in Norvegiam tranſire. His Regis blanditiis, nonnullis Magnatum victis, parum abſuit, qvin voti Rex compos fieret, ni in conventu, qvi hujus rei gratia ad generale inſulæ forum habitus fuit, Einarus de Thvera ſententiam rogatus, luculenta oratione, conatibus obviam iiſſet, qva ad oculum demonſtravit, *ſi Regi colla ſubmitterent & ejus tributarii fierent, nihil aliud reſtare qvam ut tributum tributo adderetur, usqve dum tandem, nec fortunarum nec proprii capitis habituri eſſent poteſtatem; Nec prudentius eſſe, ipſi inſulam Grimseyam concedere; ibidem enim vel ſola piſcatione mediocrem exercitum ali poſſe, qvi ſine dubio inde in continentem liburnicis excurſiones facturus foret, incolasqve, qvorum habitationes ob locorum ſitus adeo ſint raræ & diſtractæ, ut unus alteri contra ſubitam hoſtium irruptionem auxilio eſſe neqveat, facili negotio ſubacturus: Eo autem Regis petito, ut primarii reipublicæ viri ad ſe veniant, nihil aliud intendi, qvam ut iisdem ſecum detentis, plebs abſciſſo qvaſi capite trunca in obſeqvium deducatur; Benignum ſane, humanum, mitem & clementem hunc eſſe Regem, ſed incertum, an tales habiturus ſit ſucceſſores; hujus itaqve amicitiam, donis & muneribus, qvalia ſint eqvi, falcones, panni carbaſei, & id genus alia, colendam eſſe atqve retinendam, ſed libertatem fortunarumqve jura ſarta tecta conſervanda, & cum ſingula hæc Regis petita inſidioſa ſint, & benevolentiæ titulo tantum fucata, omnia rotunde perneganda eſſe dictitavit* (a). In hanc Enari ſententiam ab omnibus, pedibus manibusqve itum eſt, concluſum ſimul, ut Magnatum filii aut fratres ipſorum loco Regem ſalutatum irent, qvos ille initio benigniſſime excepit, ſed in patriam reverſuros, invitos ſecum detinuit, uno ſolum excepto, qvem in Islandiam eadem fere in mandatis habentem remiſit; Qvæ omnia cum Islandi ſurdis auribus præterirent;

(a) Vide *ARNGRIMI Crymog.* l. cit. & *Vit. Olai Craſſi.*

terirent; Rex juvenes durius tractare, inqve ipsam Islandiam aliqvid gravius tentare velle videbatur, ni hoc ipso tempore cum Knuto Magno Daniæ & Angliæ Rege bellum & intestinæ seditiones, in qvibus, pro ipsius Norvegiæ imperio & propria salute, certandum erat, peroportune intervenissent, unde omnis spes rei petitæ potiundæ decollavit.

§. 4.

Simile qvid etiam Olai frater uterinus, & in Regno tandem, post Magnum Olai filium successor, Haralldus Sigurdi filius, Imperiosus dictus, non qvidem vi aut aperte, sed beneficiorum illecebris, tentare voluisse creditus est, sed de successu desperans, a proposito destitit; permansitqve Islandicæ reipublicæ status Aristocraticus usqve ad tempora Haconis Haconidæ, qvi rem ab aliis frustra petitam ad optatum finem perduxit.

§. 5.

Hacon, de qvo nobis hic sermo est, nothus fuit & posthuma proles Haconis Sverreris filii (a), Norvegiæ Regis, natus Anno 1204. In juventute vanas expertus est cleri & tutorum fraudes & technas, qvi regnum ei eripere voluerunt; qvod nec prius adeptus est, qvam mater ordalio, seu portatione ferri candentis probaverat, eum ab Hacone Rege genitum esse, & thronus ei a totius Regni Senatu adjudicatus fuerat, adjuvante factione Prætorianorum, qvi se Birkebeinos nominabant, & Sverreris familiam tanto amore, qvanto clerus odio, proseqvebantur. Primum imperii decennium inqvietarunt Ribbungorum & Baglorum factiones, qvorum duces Regium sibi nomen & honorem adrogabant, illis autem subjugatis aut dissipatis, cum Skulio ei res fuit: Hic, Ingi Regis, seu regni, anteqvam Hacon thronum ascenderat, usurpatoris, frater, a Clero adjutus, regnum primo arripere voluit, sed a factione Birkibeinorum victus, Comitis titulo & tertia Norvegiæ parte beatus acqvievit: Postea autem Regius socer factus, & Ducis nomine insignitus, mentem non mutavit, nam

(a) Qvæ de celeberrimo hocce Rege habet *Lexicon universale* & nonnulli alii, partim incerta, partim erronea sunt, qvæ omnia refutare non est hujus loci nec nostri officii.

nam Regi ſemper infidus fuit, eiqve inſidias ſtruere nunqvam deſtitit, qvæ Anno 1240. in apertam tandem rebellionem eruperunt, & ipſius complicumqve vita ſteterunt. Cum vicinis autem Hacon pacem coluit, præter qvam qvod cum Svecis qvædam velitationes, & cum Danis nonnullæ hoſtilitates inciderunt, qvæ tamen non in apertum bellum eruperunt; ſed Anno 1257. Hafniæ in præſentia Regum ſedatæ ſunt. Regno & ſubditis commodiſſimum ſeſe præbuit Regem, ſcelera enim ſevere punivit, virtutes autem magni æſtimavit & remuneravit, leges correxit & emendavit, plurima templa aliaqve ſplendida ædificia erexit, omnibus ſe mitem benignum & humanum præſtitit, &, ut verbo dicam, in armis & toga æqve clarus, omniqve virtutum genere ornatus fuiſſe fertur. Anno 1247. à Vilhelmo Cardinale, ejus rei cauſa in Norvegiam a Pontifice miſſo, magna pompa & cæremoniis coronatus fuit, qvi honor magni conſtitit (a). Coronam vero imperialem cum honore & titulo cæſareo, qvem ei Innocentius IV. obtulit, magno animo conſtanter renuit. Ex Margretha Skulii Ducis filia ſuſcepit: (1) Haconem, qvi Anno 1240. juſſu patris Rex proclamatus, Anno 1257. obiit. (2) Magnum, qvi eodem anno Regis titulo ornatus, ſed 1261. in nuptiis, qvas cum Danica Principe celebravit, coronatus fuit. (3) Chriſtinam, qvæ 1252. Philippo Caſteliæ Principi nupſit (b). (4) Ceciliam, qvæ eodem anno Haralldo Hæbudarum Regi elocata, una cum marito naufragio periit. Anno 1263. ex expeditione Scotica revertens, recuperatis, qvæ defecerant, provinciis, victor & voti compos factus, in Orcadibus 18. cal. Januarii, anno ætatis 60. regni 47, vitam cum morte commutavit.

§. 6.

(a) Qvod præter 500. marcas Cardinali datas, Pontifici Romano 15000. marcas ſterlingorum numeraverit, vix eſt credibile, nam præterqvam qvod Sturla Theodori, Author ſynchronus, qvi *Haconis Vitam* ſcripſit, expreſſe dicit, qvod Rex coronationem potius omittere voluerit, qvam Clero in minimis gratificari, Norvegiam tum temporis, tantarum impenſarum vix capacem fuiſſe, veriſimile videtur. Fatetur autem, laudatus Author Regem Cardinali multa pretioſa dona dediſſe. Confer *TORFÆI Hiſt. Norv.* Tom. 4. lib. 4. cap. 35. ubi verba *MATTHÆI PARISIENSIS* adfert.

(b) Chriſtina hæcce inter eos locum mereri videtur, qvi pedem regno Dano-Norvegico extulerunt, cujus veſtigia in *Vita Haconis* a Sturla Theodori conſcripta manifeſte legi poſſunt, qvæ Perulliſt. *PONTOPPIDANI* diligentiam, in *Veſtigiis Dan. extra Daniam*, effugiſſe videtur. Conf. *TORFÆI Hiſtor. Norveg.* Tom. 4. libr. 4. capp. 42. 43. & 44.

§. 6.

Primus, cujus opera uti voluit Augustissimus Rex, ad persvadendum Islandis, ut se, suaqve omnia Norvegis dederent, fuit celebris ille Historicus Snorro Sturlæus. Hic, in Norvegia circa Annum 1219. præsens, per Dagfinnum Regis Consiliarium efficere potuit, ut expeditio qvæ a Norvegis in Islandiam adornabatur, ultum injurias, qvas Sæmundum Jonæ, aliosqve Islandos suis mercatoribus intulisse rebantur, omitteretur: Id autem, qvo facilius obtinere posset, Snorro, Islandos calliditate & technis, qvam aperta vi aggredi, satius esse dixit, & ut fama tulit, sua se auctoritate & consiliis effecturum, ut Islandi Regiæ potestati subjicerentur, promisit, deqve hac re, cum Islandis Regis nomine transigendi potestatem accepit; Baronis seu Nobilium titulo & privilegiis præter alia munia in pretium operis ornatus, unde a Norvegis ut Legatus aut pacis inter Norvegos & Islandos seqvester æstimatus, Islandis autem ut proditor patriæ abominationi fuit; qvæ omnia in Islandiam reversus dissimulavit, &, sive qvod de successu desperavit, sive per fallaciam, nam mens viri cum voce non semper consensit, tantum abfuit ut promissa præstaret, ut ne unqvam qvidem tentaret (a).

§. 7.

Anno 1235. Rex Sturlam Sighvati filium, Snorronis sobrinum, Roma in patriam tendentem, promissionibus de totius Islandiæ Præfectura obtinenda allectum, ad persvadendum popularibus, ut se suaqve Norvego Regi submitterent, ipsiqve subditi & tributarii fierent, subornavit, simul monens, ne cædibus aut aperta vi, sed calliditate opus aggrediatur. Ille autem monitorum immemor & moræ impatiens, (erat enim ingenio acer feroxqve) omnia rapinis, cædibus & sangvine miscere cœpit, qvæ violentia ipsius demum vita stetit (b).

§. 8.

Cum itaqve cerneret Rex, & indigenas avitæ libertatis tenacissimos esse, & nihil se sine Episcoporum auxilio perficere posse, iidem

 enim

(a) *Sturlunga* libr. 4. cap. 25. *Hist. Haconis Haconidæ.*

(b) *Sturlunga* lib. 6. *Hist. Hac. Haconidæ.*

enim tunc temporis, animæ instar, corpus illud publicum dirigebant, alienigenas, eosqve ex suorum clientum numero electos, Islandis imponi curavit, e qvibus fuit Henricus Caroli filius; Huic, Anno 1247. ad Cathedram Holensem proficiscenti, svasu & consilio Vilhelmi Cardinalis, Thordum Sighvati filium adjunxit, eademqve de Islandis ad sui obseqvium ducendis, mandata dedit, idqve, qvam primum Islandiam ingressi sunt, tentare cœperunt, sed accepta tantum in deditionem provincia Borgfiordensi (qvæ tamen brevi post descivit) nonnullisqve, qvæ Snorronis Sturlæi antea fuerunt, prædiis, Regio Fisco adjudicatis, invicem discordes facti, ab incepto destiterunt (a). Denuo ergo Rex eidem Henrico Præsuli, iisdem instructo mandatis, Anno 1251. Gissurum Thorvalldi & Thorgilsum Bödvari coadjutores dedit, qvi pariter ac priores, capitali inter se dissentientes odio, (Præsul enim utrumqve collegarum anathematis fulmine percussit,) nihil plane effecerunt (b).

§. 9.

Anno 1254. Sigurdum Skalholtensem Episcopum, qvi integrum qvadriennium in Norvegia hæserat, cui Aulicorum qvendam, nomine Sigurdum Silke-Auga ɔ: *Byssinum oculum*, adjunxit, ejusdem negotii causa in Islandiam ablegavit; & mox, anno seqvente, virum Nobilem Ivarum Englason, seu Angeli filium, superaddidit, qvi Skalholti cum Præsule hybernans, remissioremqve in perficiendis Regis mandatis qvam speraverat, animadvertens, ineunte vere 1256. Henricum Holensem adiit, qvi junctis cum Thorgilso Bödvari filio viribus & consiliis (amicitiam enim jam redintegraverant), tantum effecit, ut Skagfiordenses & Ejafiordenses Regi obseqvium & tributum promitterent (c).

§. 10.

(a) *Sturlunga* lib. 7. cap. 47. *Hist. Haconis Haconidæ* ad hunc Annum.

(b) *Sturlunga* lib. 8. cap. 7. seq. *Hist. Haconis Haconidæ* ad Annos 1251 & 1252.

(c) *Sturlunga* lib. 9. cap. 50. *Hist. Haconis Haconidæ* ad hos Annos. Menda in *Crymog.* irrepserunt, vocantem Sigurdum Episcopum Norvegiæ, & Gissurum Ducem; Comes enim, sed non Dux fuit. Sigurdus autem fuit Norvegus natione, sed Episcopus diœceseos Skalholtinæ.

§. 10.

Anno 1258. Giſſurum Thorvalldi Comitis titulo & dignitate ornatum, unaqve Aulicum qvendam Thorvaldum Album, Comitis facta & conſilia obſervaturum, in Islandiam miſit; Sed Comes proprio magis honori & emolumento qvam Regis commodo velificans, hac vice nihil promiſſorum præſtitit. Qvod ubi Regi innotuit, Ivarum Arnlioti & Paulum, Lynſeimam ineunte æſtate Anni 1260. ad Islandos, multa ſecum monita, epiſtolas, & edicta perferentes, legavit, ſed qvi ſimiliter ac priores, eadem æſtate re infecta ad Regem redierunt, qvod per Comitis potiſſimum amicos ſtetiſſe cauſſabantur (a).

§. 11.

Ultimam legationem Hallvardus Gullskór ɔ: *Deauratus calceus*, Anno 1261. obivit, qvi id demum obtinuit, (omnes jam in idem vires, Giſſuro Comite, Rafno Oddi, aliisqve intendentibus) ut Islandia Norvego fieret tributaria, nec tamen ſimul tota, orientalis enim qvadrans ad huc reſtitit, qvi Anno 1264. in deditionem demum conſenſit (b).

§. 12.

Leges & Conditiones deditionis fuerunt:

1) *Ut Rex Islandis jus patrium ſartum tectum conſervaret.*

2) *Ut de navibus & extraneis mercibus, inſulæ maxime neceſſariis, qvotannis Islandiæ proſpiceret.*

3) *Ut hæreditates Islandis forte in Norvegia obtingentes, eisdem poſt qvodvis temporis intervallum poſcentibus concederentur.*

4) *Ne Islandi portoria ſolverent.*

5) *Islandi ejus æſtimationis eſſent in Norvegia, cujus olim, atqve ejusdem juris compotes, ut cum optimi, & prout iisdem Rex Norvegiæ ſuis diplomatibus confirmaverat.*

(a) *Sturlunga* lib. 9. cap. 53. *Hiſt. Hac. Hac.*

(b) *Sturlunga* lib. 10. cap. 9. & *Hiſt. Hac. Hac.*

6) *Rex pacis publicæ custodem ageret omnibus viribus.*

7) *Insulam per Comitem Satrapæ loco immissum, Rex gubernaret, cui Regis nomine, dum ipse suo officio, erga Regem fideliter, & erga subditos juste fungeretur, & dum conditiones & Privilegia a Regia parte inviolata servarentur, incolæ omnem legitimam audientiam præstarent: His autem non servatis, Islandi nullo juramento erga Regiam Majestatem tenerentur* (a).

CAP. II.

De Magno Haconis filio; vulgo Lagabæter.

§. I.

Patri in expeditione Scotica Anno 1263. exstincto, successit filius Magnus, qvem pater Anno 1257. consortem Regni fecerat. Hic Ingiborgam Erici Danorum Regis, (vivi *Plogpenning*, sed post mortem *Sancti* vocati) qvem frater Abel Anno 1250. nefarie obtruncari curaverat, filiam, Anno 1261. uxorem duxit, statimqve post nuptias, consentiente patre, una cum conjuge magna solennitate coronatus est. Vulgo vocatur Laga bæter seu *Legum emendator*, eo qvod ex qvatuor Norvegorum Legum codicibus, qvibus hactenus usi fuerant, unum fecit, cujus præscripto omnes regni incolæ posthac viverent. Laudatur etiam ob singulare pietatis & pacis studium, nam præter alia pietatis indicia, sibi ipsi de decimis ex omnibus reditibus, subditorum more solvendis, legem præscripsit (b). Cum Danorum Rege, qvi uxoris dotem solvere renuit, controversiam qvidem habuit, qvæ tandem ad manus venit, ita, ut prælio certarent, in qvo Magnus inferior fuit, sed alias semper pacis amans, & inter litigantes pacis conciliator exstitit; hinc controversias de finibus inter ipsum & Svecum obortas, amica disceptatione, qvam gladio & vi transi-

(a) Qvæ supra de mutatione Regiminis in Islandia retttuli, prolixe narrantur in *TORFÆI Hist. Norv.* Tom. 4. lib. 5.

(b) Hæc constitutio habetur in *PONTOPPID. Annal. Ecclesf. Dan. Diplom.* Tom. 1. pag. 728. ad Annum 1267. Conf. *TORFÆI Hist. Norveg.* Tom. 4. libr. 6. pag. 364.

tranfigere maluit: nec alia, qvam pacis amor, caufa fuit, qvod Orcades & partem Scotiæ, qvæ inter Norvegos Scotosqve perpetuum Eridos pomum fuerat, Scotorum Regi vendidit: Similiter etiam, cum Jona Nidarofienfi Archiepifcopo, viro irreqvieti ingenii, honoris, opumqve appetentiffimo, Anno 1277. transegit.

§. 2.

Islandos, qvos pater non vi, fed precario & fplendidis conditionibus, ut focios magis qvam fubditos Norvegiæ regno adjecerat, in fide & clientela retinere omnibus modis annixus eft, unde factum, ut ex eorum popularibus Præfectos illis imponeret, ut ex §. 4. dicendis patebit; & ut novos hofce fubditos eo magis demulceret, Rex leges eorum corrigendas fufcepit, qvas eis primum per Thorvardum Thorarini, Sturlam Theodori & Indridum Böggul transmifit. Cumqve non fatis elimatæ viderentur, manus operi denuo admovens, perfecit; Sed Anno 1280. morte præventus introducere non potuit; Easdem itaqve per Jonam Nomophylacem, ipfis transmifit & commendavit Ericus filius & fucceffor, cujus fvafu tandem receptæ funt, indeqve id nomen habent, ut *Jonsbók*, feu codex Jonæus vulgo audiant, qvæ ad hunc usqve diem magna ex parte Islandis in ufu funt. Præter hunc Codicem, Refcripta qvædam Islandis mifit, qvorum exftantiora funt:

α) Circa Annum 1276. qvo rogat, ne incolæ alias leges recipiant, qvam qvæ a fe & Archiepifcopo confirmatæ fint.

β) 1277. in qvo, eos, qvi caufas aut lites Prætorum judicio fubducunt, ab Epifcopis easdem dijudicari cupientes, objurgat.

γ) Huc etiam referri meretur conventio cum Archiepifcopo Anno 1277. inita, qva omni juri Leges Ecclefiafticas confcribendi & fubditis obtrudendi, pro fe fuisqve pofteris renuncians; Archiepifcopo ejusqve fucceffioribus idem addixit, qvæ, cum poftea, pro Regni lege publica habita, & ab Epifcopis Islandiæ fæpius allegata fuerit, ad finem hujus Cap. inferetur.

δ) Nec omnino prætereundum diploma, qvod codici juris præfixum legitur, utpote de Regis pietate, humanitate, erga fubditos amore, &

de

de omnibus bene merendi ſtudio, optimum veraxqve ferens teſtimonium, datum Annò 1280. qvi fuit Regi emortualis (a).

§. 3.

Ex præſcripto fœderis, qvod cum Islandis fecerat Rex Norvegiæ ejus ſe ſceptro ſubmittentibus, Præfectum ſeu Satrapam iisdem præponere tenebatur, qvod per primum ſexennium ſeu ad annum usqve 1270. omiſſum, aut (ob certas qvidem, ſed nobis ignotas cauſas) dilatum fuiſſe videtur, eo enim tempore Hiſtoriæ & Annales, qvotqvot nobis inſpicere licuit, Regii Præfecti, qvi reliqvis incolis cum imperio præfuit, nullam faciunt mentionem; aut ſtatuendum, qvod veriſimilius eſt, Giſſurum Thorvaldi, qvem Rex circa Annum 1258. Comitis titulo ornaverat, & Rafnum Oddi, qvi inter primos Regi ſe ſubmiſerat, aliqvid imperii in reliqvos habuiſſe, licet Hiſtoriæ id non expreſſe dicant, qvod tamen ultra annum 1267. de Giſſuro non poteſt extendi, eodem enim Giſſurus ſvaſu Jorundi Epiſcopi, cucullo accepto, monaſterium Vidöenſe iniit, ibidemqve proximo anno 2. id. Januarii obiit.

§. 4.

Anno autem 1270. Islandiam proprium nactam fuiſſe Præfectum certum eſt, tunc enim Rex Rafnum Oddi & Ormum Ormi filium, utrumqve natione Islandum, in Aulicorum numerum prius adſcitos, univerſæ Islandiæ præfecit, qvorum Ormus in provinciam tendens, undis abſorbtus eſt, Rafnus vero incolumis evadens, totius Inſulæ Præfecturam ſolus obtinuit. Natus fuit celeber hicce vir Anno 1226. patrem habens Oddum Alæ ſeu Alexii filium, avum vero maternum Rafnum Sveinbiornonis, qvem Thorvaldus Vatnsfiordenſis inſontem inſidioſe occidit. Anno 1242, decimum ſextum ætatis annum agens, Theodori Kakali partibus ſeſe adjunxit, eiqve deinceps conſtanter adhæſit, tantiqve ab eo habitus eſt, ut Theodorus neptem cariſſimam Thuridam Sturlæ filiam, virginem excellentis formæ, dotis & qvalitatum, nuptum ei daret. Anno 1280. una cum Sturla Theodori, in Giſſurum Thorvaldi movens, Thorgilſum

(a) Edictum hoc Codici Legum Iſlandico præmiſſum, etiam latine verſum legi poteſt apud *TORFÆUM Hiſt. Norveg*. Tom. 4. libr. 6. cap. 5. pag. 350.

ſum Bödvari filium, contrariæ partis ducem, Stafhollti, ex inſidiis adortus cepit, Giſſuro autem potiri fortuna impeditus, cum eodem, ſeqvente æſtate, verbo in gratiam rediit, qvæ tamen nunqvam ſincera fuit. Anno 1255. Giſſuri ſatellitem Oddum Thorarini ejusqve aſſeclas occidit, ſed in prælio Thveraënſi, qvo Thorvardus Oddi frater, necem ejus, adſcitis in ſocietatem Sturla Thordi & Thorgilſo Bodvari, ultum ibat, fuſus fugatusqve fuit. Anno 1262, primus, aut inter primos Islandiæ Magnates Regis Norvegi ſceptro ſeſe ſubmiſit, aliisqve, ut idem facerent, auctor fuit, ideoqve a Regibus magni ſemper æſtimatus. Cum affine ſuo Sturla Thordi inimicitias exercuit, qvem Anno 1263, cum paulo ante ipſius inſidias ægre evaſerat, captum, & tantum non vinctum in Norvegiam coram Rege cauſam dicturum, transmiſit. Anno 1277, Nobilium privilegiis decoratus fuit; Sed Anno 1279, Regis, Regniqve ſupremus factus eſt Vexillarius. Qvid tanqvam Islandiæ Satrapa, cui annos 19. præfuit; in officio geſſerit, alibi a nobis eſt expoſitum, ideoqve hic actum agere nolumus. Tantæ fuit authoritatis & æſtimationis, ut licet Arnas Thorlaci filius ei ſæpe excommunicationem minitaretur, ejusqve convictum ut excommunicati fugeret, nunqvam tamen ipſo actu eum excommunicare auderet; Regiqve de eo aliqvando ſcriberet, ſi modo Regi conſultum videretur, uni cuidam totius Islandiæ ſatrapiam concredere, Rafnum ſolum officio parem eſſe. Tandem juſſu Jorundi Archiepiſcopi in Norvegia Anno 1288, diris devotus fuit, ſed ab eodem paulo poſt abſolutus. In expeditione Danica, cui 1289. interfuit, fidelem Regi manu & conſiliis navans operam, in minimo digito, parvum, ut primo videbatur, vulnus accepit, qvod vir militaris fortitudinis famam aucupatus, contemſit, ſed ſenſim adeo increvit, ut omnem reſpuerit medicinam, & Tunsbergæ Norvegorum vitam ei eriperet, cum vixiſſet annos 63. Vir, omnium judicio conſtans, prudens, magnanimus & patriæ amans.



(a) *Transactio inter Regem & Archiepiscopum.*

In Nomine Patris & filii & Spiritus Sancti! Amen.

Ut certitudo presentium, det veram in perpetuum & evidentem memoriam preteritorum, noverint universi, tam presentes qvam futuri, qvod cum nuper inter illustrem Principem Magnum Dei gratia Regem Norvegiæ, & venerabilem Patrem Johannem, eadem gratia Archiepiscopum Nidrosiensem; materia qvestionis esset suborta super eo, qvod idem Archiepiscopus asseruit, ut aliqve cause, qve ad forum Ecclesiasticum canonice pertinebant, usqve ad tempora dicti Regis ex consvetudine antiqva & ab Ecclesia qvodam modo propter discordie periculum & pacis discidium evitandum, per patientiam tollerata, coram secularibus judicibus tractabantur, insuper qvod privilegiis Ecclesie sue qvibusdam, & specialiter privilegio Magni cujusdam, ut dicebatur, Regis Norvegie derogatum fuerat, ut creditur, non utendo maxime in ea parte privilegii, qva continebatur, qvod prefatus Magnus devovit se & regnum suum beato Olao Regi & Martyri, & in signum subjectionis precepit, coronam post decessum suum & omnium in regnum sibi succedentium, offerri prefato Martyri in Ecclesia cathedrali, nec non & cuidam constitutioni patrie per eundem forte Magnum edite, qve innuit Reges Norvegie debere eligi & in

(a) *Sáttargiörd herra Magnúss Kóngs oc Jóns Erkibiskups.*

I nafni faudr oc sonar oc heilags annda amen.

At sannleikr nálægra hluta geri oss eilífa sætt (oc fullkomit minni lídandi luta). Þat se öllum mönnum kunnigt hiáverandum oc vidrkennendum: at nýliga medan kæru efni hafa upprunnid millum ágæz höfdingia oc virduligs herra. Magnús Noregs kóngs. oc herra Jóns med þeirri samri miskunn erkibiskups af Nidarósi. yfir því sem herra erkibiskup sagdi. at nockur mál þau sem laugliga heyrdu til heilagrar kirkiu umdæmis. prófadiz oc dæmdiz firir leikmannadómi allt til dagha Magnús Kóngs af fornri sidveniu. oc nockut sno kirkinnar þolinmædi. at fordadiz sundrþycki oc fiárbrigdi. Svo oc í því at undandráttr (hafdi mikill veittr verit verndarbrefum kirkiu hanns) hafi veitt verid brefum kirkium hanns letliga. svo sem sýniz. firir vanræktar saker. oc einkanliga frelsisbrefi Magnús Erlíngssonar Noregs kóngs. sem sagdiz allrahellz í þeim hluta bressins er seger at þesse same Magnús. het sig oc ríki sitt hinum helga Olafi kóngi. oc til merkis at hann gerdiz undermadr hins helga Olafs Kóngs. (oc) í Nidaróskirkiu. baud hann at offra kórónu hinum helga Olafi epter fráfall sitt. oc allra þeirra er epter hann kunnu at koma til ríkis. Svo var oc afdregin ein skapan (landsins) um þenna Magnús giör (lettliga) rettliga

in electione Archiepiſcopum & Epiſcopos inter ceteros Electores voces precipuas obtinere, qve omnia predicta venerabilis Pater Archiepiſcopus tanqvam ſponſe Chriſti in parte ſollicitudinis procurator fidelis peciit, ut in uſum & in Eccleſie ſue utilitatem Dominus Rex predictus in poſterum duceret admittenda. Ad reſpondendum vero articulis ſupra dictis, ac contra peticionem Archiepiſcopi, ſupradictus dominus Rex illuſtris ſufficienter aſſeruit, ſe habere raciones ſi ſuper hiis coram juſto judice duceret contendendum, & maxime contra electionem, ſubjectionem & oblationem corone de qvibus vix vel nunqvam poſſet probari Nidroſienſem poſſeſſionem habuiſſe, & novum genus exactionis videri poterat, illud ab eo exigi, qvod non fuerat hactenus attemptatum vel conſvetum. Conſiderans itaqve prefatus Pater Archiepiſcopus ex una parte ſe non poſſe ſupra memorata absqve ſcrupulo conſcientie vel conniventie pertranſire, ex altera, ſi ſuper hiis moveret qveſtionem, poſſet perturbacio & diſcordia magna inter Regnum & Eccleſiam ſuſcitari, multorum animabus & corporibus nocitura, preſertim cum non ſolum in tollendis conſvetudinibus contra populum, verum etiam in aliis directe contra ipſum Regem & tocius Regni potenciam agi videretur, pacem & concordiam volens eligere, ad dicti domini Regis Magni Dei gracia illuſtris clementiam; tam Eccleſie qvam Regno, ſepius ac manifeſtius exhibitam & oſtenſam, ſe convertit,

Ccc 2 ſuppli-

rettliga (at) er ſyner (Noregs kónga) Noregs kóngs ſkulu kióſazſt af koſninginum erkibiſkups. beidiz af hálfu ſinnar áhyggiu. ſuo ſem trúrr fyrirhyggiumadr (brúdar kriſtz) at herra Kóngrinn ſkylldi tilleggia hedan í frá til nytia oc nytſemdar heilagri kirkiu. En til at ſvara (greinum) oc móti-beizlu herra Erkibiſkups. Sagdi virduligr herra Magnús Kóngr ſig hafa kóngligar ſkynſemder. ef hann ſkylldi þrœta yfer þeſſum hlutum fyrer rettum dómara. oc allra hellz móti koſningi. undirgiöf oc offran kórónunnar. af hverium hlutum varla má edr alldri prófaz Nidaróskirkiu hafa (haft) oc mœtti ſýnaz nýr háttr kraufunnar. er þat krefdiz af hönum. ſem eigi var her til freiſtad. ne uant. Nú ſkodar (ſkodanda) herra erkibiſkup (erkibiſkupi) af einni hálfu ſigh eigi mega yferhylma þeſſa hluti utan ſamvizku (ſár). oc annarri hálfu ſá hann at ef hann hefdi kœru efni yfer þeſſum hlutum. mœtti rugl oc mikid ſundrþycki uppkueikiaz millum ríkiſins oc kyrkiunnar. meinſamligh maurgum ſálum oc likömum. allrahellz med því at eigi at eins af venium af tökundum móti fólkinu. helldr iafnvel í audrum hlutum. móti ſiálfum kónginum. oc allz mœtti ríkiſins. ſýndiz giort vera. af því at herra erkibiſkup villdi frid oc ſamþycki. ſýner (ſneiri) hann ſig til milldleiks oc gódvilia. herra Magnús Kóngs. hvern er hann hafdi optliga oc opinberliga rett (ted). oc veitt. ſuo kirkium ſem ríkinu. bidiandi at þeir

ſkylldu

ſupplicans, ut inter ſe de prediċtis omnibus taliter ordinarent, qvod cederet ad honorem Dei omnipotentis & utilitatem Eccleſie majorem, animarum ipſorum, & tocius ſibi commiſſi populi ad ſalutem. Prefatus autem Dominus Rex Illuſtris ex ſolite benignitatis affeċtu, qvem ad honeſta qveqve, & maxime circa Matrem Nidroſienſem Eccleſiam habuit, & habere dignoſcitur, volens eam amplioribus libertatibus & privilegiis ſuis temporibus decorari, tanqvam pacis amator & cultor juſticie, poſt multos traċtatus hinc inde habitos ſuper prediċtis, interveniente conſilio & aſſenſu Epiſcoporum, Baronum, & Canonicorum Nidroſienſium & Capitulorum aliarum Eccleſiarum Cathedralium in Norvegia exiſtentium, cum diċto Patre Archiepiſcopo, Anno Domini 1277. in vigilia beati Laurentii apud Caſtrum Tunsbergenſe, in Eccleſia fratrum minorum, duxit amicabiliter componendum in hunc modum, videlicet qvod prediċtus Pater Archiepiſcopus, pro bono pacis & majori Eccleſie commodo & animarum procuranda ſalute, renunciavit cum conſilio & aſſenſu Capituli ſui, nomine Nidroſienſis Eccleſiæ, pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, canonice intrantibus, in perpetuum, omni juri; ſi qvod in prediċta eleċtione Regum, ſubjeċtione ſeu oblatione corone habebat vel habere poterat, tam in petitorio, qvam in poſſeſſorio, ratione diċti privilegii ſeu aliarum literarum ſeu legis, vel qvocunqve alio modo ſibi competere videretur, omnibus aliis

ſkylldu ſuo ſkipa aullum þeſſum hlutum millum ſín. at þeim veri til œru. gudi almátkum oc kirkium til meiri nytſemdar. ſiálfra þeirra ſálum. oc allz fólks. (þeim í hendur feugius) til gœfu oc giptu. Enn fyrſt herra Kónginum. af fýrſt nanaligrar gódgirudar er hann hefer haft til allra ſœmiligra hluta. oc allra hellz til heilagrar kirkiu í Nidaróſi. oc ſýnt er at hann hefer viliandi hana prýda. ſua ſem frídr ellſkari. oc fágari rettlœtis. med meira frelſi oc verndar brefum á ſínum dagum. Epter margar vidrtaulur. hafdar af hvorstuegia hendi. giordi hann vináttuſamliga ſœtt vid herra erkibiſkup med rádi oc ſamþykt annarra biſkupa oc lendra (lærda) manna. oc korsbrœdra af Nidaróſi. oc kórsbrædra af annara biſkupsſtólum (biſkupsſtóla valldi). þeirra ſem í Noregi eru. á Laurenciusmeſſo aptan í kirkiu berfœttra brœdra í Túnsbergi. þá er lidner vóru frá burd vars herra þúſundrad vetra oc tuau hundrud vetra oc ſiautíu oc ſiau vetr. á þenna hátt. Ath virduligr herra erkibiſkup. fyrir gódu fridarins (marki). oc meiri nytſemd kyrkiunnar. oc ſálna hiálp oc heilſu. gaf upp fyrir ſigh œfinliga. med rádi oc ſamþykt korsbrœdra ſinna undir nafni Nidaróſskirkiu fyrir ſig. oc allra ſinna laugligra epterkomenuda. allt valld oc tilkall. ef hann hefdi nockud. edr hafa mœtti. yfer ſaugdum koſningh kónga. undergiöf edr offran kórónunnar. ſuo í tilkalli. ſem í eigu. Saker þeſſ verndarbrefs edr laugmálz

aliis juribus ad Ecclesiam spectantibus, qve in Legibus Patrie continentur, & Ecclesiarum privilegiis aliis, semper salvis, dummodo supersit aliqvis qvi legitime possit & debeat jure hereditario succedere; si vero nullus inveniatur successor jure hereditario, Archiepiscopus & Episcopi inter ceteros nobiliores & discreciores Regni Electores in electione tantummodo voces primas & potissimas obtineant, protestando secundum suas consciencias, qvod sinceriter ad illius electionem laborabunt, qvem Regno & Regnum inhabitantibus judicaverint apciorem. Prefatus autem Dominus Rex renunciavit pro se & heredibus & successoribus suis in perpetuum, omni juri, si qvod in audicione examinacione & determinacione causarum ad Ecclesiam spectancium hactenus habuerat, inhibens firmiter universis exactoribus & legiferis Regiis, tam propinqvis qvam remotis, tam presentibus qvam futuris, per totum regnum, ne de ipsis causis presumant judicare, vel pretextu alicujus consvetudinis, qvam retroactis temporibus Reges habuerant vel habere visi fuerant, se aliqvatenus intromittant, sed per judices ecclesiasticos tales cause de cetero libere dirimantur, ut sunt hec, omnes cause clericorum qvando inter se litigant, vel a laicis impetuntur, matrimoniorum, natalium, juris patronatus, decimarum, votorum, testamentorum, maxime qvando agitur de legatis ecclesiis &

---

málz sem ádr. er umtalad. edr annarra brefa laugligra þar um. edr med hverium hætti. er sýndiz hönum tilheyra. Aullum ödrum rettendum. iafnan ósköddum. þeim sem tilheyra kirkiunnar. oc í landzlaugunum eru. oc í andrum verndarbrefum kirkiunnar. æ medan nockur skal. edr má epterkoma laugligri erfd. En ef engi finnz epterkomandi med laugligri erfd. þá hafi erkibiskup oc biskupar med annara manna rádi oc samþykt. þeirra sem kiósa skulu. fystu oc mestu (rausta) í kosningin-um (vitnandi) af eins vitandi epter sínum samvitzkum. at þeir skulu rettliga hafa (starfa í) kosning þess sem þeir dæma nytsamligan vera ríkinu. oc þeim sem ríkid byggia. En herra Kóngrinn gaf upp fyrir sig. oc suo sína erfingia oc epterkom-endr eilífliga allt valld oc tilkall. ef hann hefer nockud haft her til. at heyra edr prófa. edr órskurd veita þeirra málum. sem heyra til kirkiunni. fyrirbiódandi fast-liga öllum sýslumönnum oc laugmönnum kónganna. suo nær sem fiari. suo hiáver-öndum sem tilkomendum um allt ríkid. at þeir dirfizst eigi þess at dæma um þessi mál. ne hluti sig nockurskyns í því af fyrnsku nockurar venju er kóngar hafa haft. edr sýnz hafa haft fyrrmeir. Helldr skulu þesskyns mál af kirkiunnar dómara friálsliga skipaz. hedan í frá. suo sem þessi mál segia. (þessor mál eru. klerkamál) þá er þeir þræta millum sín. edr sækiaz af leikmönnum. um hiúskap. oc hversu hverr er laugliga getinn. um kirkna frelsi. um tíunder. oc heit. oc skipan er menn gera á síduz-

& piis locis & religiosis, tuicio peregrinorum visitantium limina beati Olavi & aliarum Ecclesiarum Cathedralium & in Norvegia & eorum cause. Item cause possessionum Ecclesiarum, sacrilegii, perjurii, usurarum, simonie, heresis, fornicationis, adulterii, & incestus, & alie consimiles, qve ad Ecclesiam spectant mero jure. Salvo semper Regio jure in hiis causis, ubicunqve debetur ex consvetudine approbata vel legibus Regni mulcta pene pecuniarie persolvenda. Item denuo concessit Dominus Rex, & firmiter observari precepit, ut semper licitum sit Archiepiscopo & Episcopis in Capellis a Regibus fundatis vel dotatis, sic ut & in aliis Ecclesiis & Capellis sue provincie, instituere idoneas, sine ipsorum & aliorum laïcorum assensu & presentatione, personas. Item concessit qvod in electionibus Episcoporum & Abbatum Nidrosiensis provincie, nulla vis, nulla potentia, nulla auctoritas Regis vel Principis interveniat, sed ille preficiatur, qvem ipsi, ad qvos electio pertinet, vacanti Ecclesie, scientia & moribus judicaverint aptiorem, denunciantes ante confirmationem, electionem factam, Domino Regi, qvi pro tempore fuerit, per Canonicos ejusdem ecclesie, vel decens nuncium & honestum, si presens fuerit, vel in via per qvam fuerit ad confirmationem transiturus, ut tunc, pro ut moris est, Regio aspectui personaliter se presentet. Item concessit, qvod Episcopi,

---

á síduzstum daugum sínum. fyrir sál sinni. allrahellz ef þat gefa kirkium edr helgum stödum. edr klaustrum. vernd pílagríma þeirra sem fara til stadar hins helga Olafs kóngs. oc annara biskups stóla í Noregi. oc þeirra mál. suo & sama um mál kirknaeignanna. um bannz verk. oc meinsœri. um okr. oc þar sem sellder eru oc keypter andliger hluter. um villu edr vantrú. um frillulífi. um hórdóma. oc frændsemis spell. oc önnur mál þvílík. sem til kirkna heyra. ath hennar retti ósköddum iafnan kóngsretti í þeim málum. hverrvetna þar sem af vel prófadri veniu. edr landzlaugum á kóngi at gialldaz fiársekt. Suo iáttadi oc herra Kóngrinn á nýa leik. oc baud fastliga at geyma. at iafnan se herra erkibiskupinum oc biskupum siálflofat at gera oc skipa sœmiliga lœrda menn. suo (i þeim kapellum) þœr kapellur sem kóngar hafa látid uppgera edr sínar eigner til gefa. sem í ödrum kirkium edr kapellum síns erkibiskups ríkis: utan þeirra oc annara leikmanna samþykt. edr presentan. Suo iáttadi hann oc at ecki afl ne máttr. oc ecki valld kóngs edr annara veralligra höfdingia hlýtiz (lutiz) í kosning biskupa edr ábóta í Nidarós erkibiskups ríki. helldr skipiz sá fyrir eda þeir til hverra er þeir til hversa er kosníughinn heyrer dœma nytsamligr (nytsamliga) uera at vizku oc sidferdi. þeirri (kirkiu) er sinn forstióra hefer mist. skulu þeir boda giörsan kosning. ádr en stadfest se þeim kóngi sem þá er. Um kórsbrœdr þeirrar kirkiu sem þá er edr vidrkiœmilig sendibod oc sœmiligt.

Epiſcopi, Abbates ſeu Clerici in expeditione ire cum Rege, vel ad hoc qvicqvam de ſuo impendere minime teneantur, niſi forte neceſſitas tam gravis & evidens immineat, qvod id a Dyoceſano Epiſcopo, & ſapientioribus Eccleſiaſticis viris fieri permittatur. Item denuo conceſſit, qvod Regibus non liceat approbatas Patriæ Leges, & ſcriptas ac penas pecuniarias, ſive in clericis ſive in laïcis contra antiqvam conſvetudinem, in Eccleſiarum ſeu clericorum diſpendium immutare. Item conceſſit, qvod liceat Archiepiſcopo & ejus ſucceſſoribus emere aves, gerofalcones griſeos & auſtures ſicut ab anteceſſoribus ſuis eſt actenus obſervatum. Item annuit & conceſſit, qvod in dandis decimis, de terris & manſionibus ſuis, Reges omnino ſeqvantur Canonicas ſanctiones. Item conceſſit qvod 30. *Leſter* farine mittantur ad Islandiam, ex parte dicti Archiepiſcopi, qvando ſibi viſum fuerit illis preſertim temporibus, qvibus id patrie pacietur ubertas, propter hoc in aliis rebus portandis licentia non negata. Item conceſſit Domino Archiepiſcopo vectigalia de una navi, ſingulis annis de Islandia ad ſuam dyoceſin veniente. Item conceſſit denuo & mandavit omnes peregrinos, limina beati Olavi & dictarum Eccleſiarum Cathedralium in Norvegia viſitantes devocionis cauſa tam advenas qvam indigenas, ſive gverre tempus ſit, ſive pacis, in eundo & redeundo, firma

ſœmiligt. nema herra kóngrinn ſendi. edr ſe nœr. edr ákuedi um hverrn hönum ſe. ſkal hann uera ſtadfaſtr at því ſem ſidr er til. preſenti hann ſiálfan ſig kónginum. Suo iátadi hann oc at biſkupar (ábótar) edr klerkar ſkylldi ecki ſkylldir til at fara í leidángrsferd med kónginum. ne til þeſſ nockud leggia af ſínu. nema œrin naudſyn ſe til. at þat lofadiz af biſkupi. oc enum vitruzſtum klerkum þeſſ biſkupsdœmis. Suo hit ſama at eigi lofiz kónginum um at ſkipta til ſkada kirkiunnar edr klerkanna. landz laug ſamþykt oc ritud. oc fiárpínu. hvört at þat er helldr á klerkum edr leikmönnum. móti fornri ſkipan oc veniu. Suo mœlti hann at lofa ſkylldi (erkibiſkupi) biſkupi oc hanns epterkomendum at kaupa fugla, geirrfálk. grávali. oc gáshauka. ſuo ſem her til hefer uerit giort af hanns formönnum. Suo iádi hann oc veitti at kóngr ſkylldi fylgia fullkomliga tíundargerdum af laundum oc bœium ſínum epter guds laugum. Suo iáttadi hann oc at þriátíu leſta miöls ſkylldu ſendaz til Iſlandz af erkibiſkups hálfu þegar erkibiſkupi ſýniz. oc allrahellz á þeim tímum ſem árgángr landzinz er. eigi því helldr neitaz hönum at flytia adra hluti. Suo iáttadi hann oc herra erkibiſkupi landaura af ſínu (einu) ſkipi á hueriu miſſeri (ári) því ſem kemr af Iſlandi til hanns biſkupsdóms ſua ſem bref hanns vottar. Suo iáttadi hann oc á nýia leik. oc baud alla pílagríma. vitiandi ſtadar ens helga Olafs. oc annarra biſkupsſtóla í Noregi. fyrir ſálu ſinni. bœdi innlendzkra oc útlendzkra. huort ſem í landinu er fridr edr eigi. at þeir ſkulu aurugliga í gódum fridi heiman fara.

firma ſecuritate potiri, qvi vero inventi fuerint ipſos indebite moleſtare, niſi forte aliqvis vel aliqvi exploratores eſſe preſumantur, & propter hec ipſos ad probationem capi contingat, juxta qvod culpa reqvirit, per judicem Eccleſiaſticum pena debita caſtigentur, & ad parendum judici Eccleſiaſtico per Regem & ejus ballivos & exactores, ſi neceſſe fuerit, compellantur. Volens autem inſuper predictus Dominus Rex Eccleſiam Nidroſienſem adhuc amplioribus beneficiis, qvam huc usqve habuerat ſuis temporibus honorare, Domino Archiepiſcopo & ſuis ſucceſſoribus pro ſe & ſuis heredibus in perpetuum centum homines ab expeditionibus Regiis & vacationibus & a tractione navium & ſpecialiter de tributo, qvod vulgariter *Leidange* appellatur, conceſſit liberos & immunes, ita qvod qvidam ex hiis centum, (qvi *Skutulſveinar* appellantur) a predictis ſint immunes, eo modo, qvo homines Regis eſſe ſolent, & (ante) tempus compoſicionis facte habebant, cum duabus aliis perſonis, qvas ipſi ad hoc de ſua familia duxerint eligendas: ceteri vero cum ſecunda perſona predicta gaudeant libertate. Item cuilibet Epiſcoporum videlicet Aslöenſi, Bergenſi, Stavangrenſi, Hamarenſi, ſecundum modum predictum conceſſit homines 40. niſi forte Domino Regi Archiepiſcopo & Epiſcopis, propter gravem reipublice neceſſitatem, vel Regni defenſionem viſum fuerit aliter expedire ad tempus, ita qvod ceſſante neceſſitate ſeu defenſione, predicti homines

---

fara. oc heim. nema nockur þeirra ſýniz vera nióſnarmadr. oc verda þeir tekner til próſanar fyrer þat. þá ſkulu þeir pínaz med þeim pínum ſem til heyrer. fyrer kirknanna dómara. epter ſinni misgerd. oc til hlýdni kirkiunnar dómara. ſkulu þeir naudgaz ef naudſyn er til fyrer herra kónginum. edr hanns ſýſlumönnum. edr ödrum umbodsmönnum. Nú med því yfir þetta fram. viliandi herra Kóngrinn heilaga Nidaróskirkiu ſœma med meirum gódgirndum á ſínum dögum. en ádr hefer hún haft. veitti hann herra erkibiſkupi. oc hanns epterkomendum (eilífliga). fyrir ſig. oc ſína erfingia hundrat manna. vera friálſliga oc hlutlauſa af leidángrsferdum kónganna oc kallſóknum (kallanum). oc ſkipdráttum. oc einkannliga af leidángrsferdinni. Suo þeir ſem ſkutilſueinar eru. ſkulu vera hlutlauſer af þeſſum hlutum. med þeim hœtti ſem kóngsmenn vóru vaner at vera. oc þeir höfdu ádr í tíma þeſſar ſœttargerdar. med þeim (tveim) ödrum mönnum ſem þeir vilia hellz tilkióſa af ſínu (hyſki. En allir adrir gledizt þeſſu frelſi med ödrum manni) lidi. Suo iáttadi hann oc med ſama hœtti huerium biſkupa. Oſlóarbiſkupi. Biörginarbiſkupi. Stafángrsbiſkupi. Hamarsbiſkupi. fiorutín manna. nema herra kónginum. edr erkibiſkupi. oc audrum biſkupum (mönnum) ſýniz ödruvíſſ tilfelliligt uera. fyrir ſaker almenniligrar naudſyniar. edr verndar ríkiſins. Suo (ſidamenn ſ) lidnum þeſſari naud-

mines tam Epiſcoporum qvam Archiepiſcopi, eo ipſo, prædicta gaudeant libertate. Cuilibet eciam plebano dictorum Epiſcopatuum, ſive in rure ſive in civitatibus morentur, conceſſit, qvod cum duabus perſonis de ſua familia a dicto tributo qvod vulgariter dicitur *Leidangi* ſint liberi, & unus familiarium, qvem ſibi plebanus magis noverit neceſſarium, ab expeditionibus Regiis ſit qvietus. Item conceſſit, qvod ſi homines Archiepiſcopi centum prædicti, injuriati fuerint, ſibi ad invicem in curia vel navibus, ſcilicet propria cum duabus aliis vel comitatu dicti Archiepiſcopi exhiſtentes, tunc judicio ipſius Archiepiſcopi debent ſtare, ab eo, ſecundum qvod culpa popoſcerit, & ſibi videbitur puniendi, & ad ipſum in talibus caſibus mulcta, ſecundum leges patrie pro transgreſſoribus debita, pertinebit: Niſi mortem vel membrorum mutillationem invicem ſibi vel aliis, qvod abſit, inferant, in qvibus caſibus ad Domini Regis judicium vel ejus exactorum cum mulcta pertinebunt, ſalva Domino Archiepiſcopo in hoc caſu competenti ſatisfactione, ob ſue preſencie reverenciam & honorem: Si vero dicti centum homines Archiepiſcopi, alibi qvam in prenominatis locis deliqverint, tunc poteſt leſus reum, non obſtante fori excepcione ſub qvo maluerit Regis vel prefati Patris judicio convenire, & mulcte pro talibus extortæ medietas ad Archiepiſcopum pertinebit. Item con-

naudſyn oc uernd glediz þeſſer menn því frelſi. ſuo (erkibiſkupar ſem) þeſſer menn erkibiſkupi ſem biſkupar. ſem þeir höfdu ádr. ſuo oc hid ſama iátti hann huerium ſem einum lœrdum manni. þeſſara biſkupsſtóla. huart ſem þeir eru í kaupſtödum. edr herudum. ſkulu friálſir vera af leidángri med ödrum tueimr mönnum af ſínu lidi. oc einn af hanns þiónoſtumönnum þann er hann ſer ſer helldr nytſamligan vera. ſkal friáls af kóngs bodferdum. Suo iáttadi hann oc at ef þeſſer hundrad manna erkibiſkups verda miſſátter ſín í millum. í hanns gardi verandi. edr á ſkipum. edr á hanns ſkipi (edr á ödrum tveimr). edr í hanns fylgd. þá ſkulu þeir ſtanda á dómi erkibiſkups. oc bœta epter því ſem hönum ſýniz. oc misgerd þeirra er til. oc ſekter epter landzlaugum. ſkylldan þeirra ſkal heyra til hanns fyrir þeirra misgerder í þeſſum atburdum. nema þeir veitti ſín á millum edr audrum dauda. þann ſem gud láti ei uera. edr limalát. í huerium atburdum er þeir heyra med ſektinni til kóngdómſins edr hanns ſýſlumönnum óſkaddri í þeſſum atburdum uidrkuœmiligri yferbót herra erkibiſkupi fyrir œruſakir oc ſœmdar hanns náuiſtar. Enn ef þetta hundrad manna misgerir annars ſtadar en nú uar ſagt. þá má ſá koma hönum til dóms er misgiört var vid. huart ſem hann vill helldr til kóngs. edr erkibiſkups. oc ſektarinnar fyrir þvílíka hluti. ſkal helmingr ſektarinnar til kóngs heyra. en

concessit, qvod sub prohibitione, a se vel suis successoribus aut eorum exactoribus seu ballivis facta vel facienda super emcionibus vel rebus de loco ad locum transferendis non intelligantur Episcopi vel clerici vel eorum laïci in eorum negociis agendis specialibus constituti, sine Archiepiscopi & Episcoporum assensu, dum modo Regno vel necessitati Reipublice mora super reqvisicione Episcoporum dispendium sive periculum evidens non generet in premissis. Item concessit qvod liceat Domino Archiepiscopo habere unum hominem qvi cudat denarios, prout litera sua super hoc confecta testatur. (*Tunc etiam de decimis per totam Norvegiam sanctio inita fuit, excepta diœcesi Hamarensi, Raumarikia & Soleyis, ut decimæ hæ haud imminutæ in perpetuum solvantur, de locario, instrumentis cerevisiæ coqvendæ destinatis, molendinis, hypocaustis, furnis pistorum, & locario sylvæ, salinis, retibus & plagis, ita ut horum locator decimas absqve ulla subtractione solvat, conductor autem, qvi in proprium emolumentum illa conducit, omnes primum impensas subtrahat, & de lucro remanente decimas solvat. De lucro autem qvod de navibus provenit, postqvam perfecta, & velo ac apparatu instructa est, eodem modo peragatur; Primo (*qvidem*) de duabus lucri partibus de primo ejus itinere provenientis decimæ solvantur, & ita deinceps continuo, (tertia vero

---

en hálft biskupi. Suo iáttadi hann oc undir forbœn (forbod) af ser. edr af sínum epterkomandum. elligar af þeirra sýslumönnum. edr lensmönnum. gera edr gerandi yfer saultum kaupum edr audrum hlutum. þeim sem flytiaz af stad oc til annars stadar. þá skal ecki skiliaz undir biskupar. edr klerkar edr þeirra leikmenn einkannliga staddir í þeirra erendum. utan erkibiskups edr annara biskupa samþykt. (æ medan dulan) edr med dualan. yfer epterleitan biskupa. geri eigi í þessum hlutum vada edr opinberliga háska ríkinu. edr almenniligri kristni. Suo iáttadi hann oc at siálflofad se erkibiskupi at hafa einn mann til silfrsláttu. epter því sem bref hanns uottar. oc þá uar samid um tíundargerd um allan Noregh. utan Hamars biskupsdœmi. oc Raumaríki. oc Sóleyar; at menn skulu þessa tíund gera. œfinliga óskerda. af garda leigum. aulgögnum. mylnum. oc badstofum. braudofnum (*forte* braudofnum). oc skógarleigum. salltkötlum. netium. oc nótum. suo at sá sem bygger þessa hluti. greidi tíund af óskerda leigumönnum. en hinn er leiger ser framvegis til afla. taki fyst af þat allt er hann legger til kostar. oc tíundi af afla sínum. En af skipa leigum greidiz med þeim hœtti. at sídan er skipid er fullgert. oc segl oc reidi til fenginn. í fystu geriz tíund af tueim hlutum leigunnar þegar í fystu ferd oc iafnan sídan. (hinn þridi) en þat er legz til umbóta skipinu oc reida. Af búleigum öllum geriz tíund. sin peningar. þar í sókn sem bygt er. uegner af leigukú hverri oc

vero lucri pars) in reparationem & apparatum conferatur. De pecoribus conductis, qvinqve nummi ponderati de qvacunqve vacca conducta vel pecore ei æqvivalenti, in parœcia in qva elocatur decimarum loco pendantur, ita ut locarium recipiens, aut ejus mandatarius, in ea parœcia in qva elocatio fit, qvinqve nummos expendat. Si autem neuter adfuerit, conductor (*decimas*) ſolvat, tantundem vero locarii, poſſeſſori dematur; Caſeus vero lactis die Veneris proximo ante feſtum Johannis Baptiſtæ pabulo æqviparatur. De pecoribus vero, qvibus qvis per ſe utitur, ita ut illa non elocet, de lacte unius ſolidi diei caſeum, loco decimarum de lacte & locario, perſolvat; qvi dies erit dies Veneris proximus ante feſtum S. Olai prius. Sed de toto lacte alterius diei, qvod die Veneris proximo ante feſtum Johannis Baptiſtæ provenit, caſeus pabulo (*æqviparandus*) ſolvatur. Ita & decimæ expendantur de lana vervecum, qvi ſub dio in inſulis ſuſtentantur, de omnibus frugibus, tam minutis qvam grandioribus. Hæ decimæ etiam ex more conſveto ſolvantur, qvæ hic recenſentur. De omni frumento, ſecali & tritico, cannabi & lino, rapis & piſis, decimæ de piſcibus arefactis, phocis & balænis, & oleo de ſqvalis (*excocto*), & omnis generis decimæ de piſcibus. Ita & omnes navium gubernatores de portionum ſuarum piſcibus arefactis totas decimas ſolvere tenentur, qvi & curent ac provideant, (ut) nautæ etiam omnes (pro rata navis & nautarum portionum) (*decimas*) in totum expendant, ut has, nec piſces arefacti Regi cedentes, nec penſio præſidiaria, nec

 tribu-

oc af hueriu málnytu kýrlagi. ſuo at ſá ſem tekr leiguna geri (greidi) af þeſſu fim peninga. þar í ſókn ſem bygt er. elligar hanns umbodsmadr. En ef þar er huorgi til. greidi hann er leiger. oc falli nidr ſuo mikid af leigunni fyrir þeim er á. en oſtur ſtandi vid elldi ſem ádr af þeirri miólk allri ſem verdr friádaginn næſta fyrir iónsmeſſo. En af því búi ſem menn hafa ſer til nytia. ſuo at þeir byggia eigi. greidi oſt af eins dags miólk allri fyrir tíund. af miólk oc leigu. en ſá ſkal vera friádagr næſtr fyrir Olafsmeſſodag hinn fyrra. En af annars dags miólk allri þeirri er verdr friádaginn fyrir iónsmeſſo. greidiz oſtr vid elldi. ſuo ſkal oc greidaz ullartíund af þeim ſaudum öllum ſem fœdaz í eyum úti. oc af alldini öllu. ſmá oc ſtóru. ſkal tíund afgreidaz. þeſſar tíundir ſkulu oc greidaz ſem vandi hefer til verid. oc her fylgia. Af ſádi öllu. rúg. oc hueiti. hampi. oc líni. næpum oc errtum. oc ſkreidartíund. af ſelum. oc hvaltíund. af háſkerdingalýſi (hákerlinga). oc allzkonar fiſkatíund. Suo oc ſkipſtiórnarmenn allir eru ſkylldir at greida af ſkreid tíund alla af ſínum hlutum. oc ſkodi oc akti. oc ſuo greidi ſkipueriar allir fullkomliga (ſem lutum ſkips oc ſkipara gegner). ſuo at huarki ſkerdi tíund kóngsſkreid. ne landnard. ne

tributum in expeditiones, nec ulla alia penſio diminuat, prout illi juramento confirmare ſuſtinebunt, qvamvis penſiones iſtæ prius qvam decimæ expendantur; (*illi præterea*) proſpiciant, ut decimas dei nomine recepturi, illis commode fruantur, decimæ vero Domini Epiſcopi de piſcibus arefactis in ædificio piſcibus arefaciendis deſtinato, ſemper aſſerventur, tot vero piſces pro permutatione & conſervatione ſolvantur, qvot legibus eſt præſcriptum. De omni ligno decimæ ſolvantur, de omni ſale, de latumiis molaribus, de mercimoniis & omnifario qvæſtu operarum & fabrili. De pice vicena qvævis menſura, & de ferro vicena qvævis libra pro rata expendantur.*) Si autem ſuper aliqvo articulorum in eadem compoſicione contentorum contigerit dubitationem aliqvam ſuboriri, ad declaracionem illius due perſone ydonee, una a Rege prefato, alia vero ab Archiepiſcopo vel ſuis ſucceſſoribus eligantur, qve ſi demum ſuper hoc neqviverint concordare, tertiam advocandi ad id perſonam, liberam habeant poteſtatem, & valeat qvod ab eis vel duabus earum fuerit declaratum. Hanc autem compoſicionem amicabilem inierunt ſepe nominati Dominus Rex illuſtris & reverendus Pater Archiepiſcopus, preſentibus veneralibus Patribus Epiſcopis Andrea Osloënſi, Arnone Stavangrenſi, & iſtis Baronibus Regni, Domino Erlingo, Domino Rognaldo, Domino Andrea Plyt & Domino Gautone de Tolgo, Domino Bernone Erlingi,

ne leidángrsgiörd. ne nockurar adrar ſkylldr epter því ſem þeir uilia eidi fyrerhallda. þótt þeſſer hlutir lúkiz fyrr en tíund. oc hagi ſuo til. at þeim komi til nytia ſem hafa ſkulu. af guds hálfu. ſkal tíunda ſkreid herra biſkups fylgia iafnan hiall. oc ſuo marger fiſkar hueriu kaupi. oc afgiœzlu (afgreidzlu). epter því ſem laugh vatta. Af vidi aullum ſkal tíund greidaz. af ſallti öllu. oc kuernbergi. af kaupeyri. oc allzſkonar vinnu afla. oc ſmídar. Af tiöru ſkal greidaz hinn tuttukti aſkr. af iárni hit tuttukta huert pund. epter rettri tiltölu. Nú ef nockur efan kann til at koma yfer nockurn hlut þeſſara greina ſem í þeſſari ſœttargiörd eru. þá ſkal tuo kióſa til umſkýringar. annan af herra kónginum. en annan af (herra) erkibiſkups (erkibiſkupi edr hanns) epterkomenndum. oc ef þeſſer geta eigi ſamþyckt milli ſín. þá ſkulu þeir friáls uölld hafa til at kióſa enn þridia mann med ſer. oc þat ſkal ſtanda ſem þeir tveir órſkera oc umſemia. En þeſſa (unáttuliga ſamſætt) ſaumu ſœtt giördu þeſſer ſaumu herrar. (göfugi) herra Magnús kóngr. oc virduligr herra Jón erkibiſkup. virduligum fedrum hiáuerandum. herra Andreſi biſkupi af Oſló. herra Arna biſkupi af Stafángri. herra Aſkatinn biſkupi af Bergin. þeſſum barónum ríkiſſins. herra Erlíngi. herra Raugnualldi (herra Andreſi plyt. herra Gaut í tólgu). herra Biarna Erlíngsſyni. herra Þóri biſkupsſyni. herra Auduni Hugleiksſyni. herra Vígleiki

lingi, Domino Thoria Haqvini, Domino Audeno Hugleiki, & Domino Vigleiko Odæni. & Canonicis Nidrofienfibus ejusdem Capituli tunc procuratoribus, Dominis Sigvato, Erlendo, Thorphinno, Oedæno & aliorum Capitulorum viris prudentibus & difcretis, qvi prefentem compoficionem, ut perpetuum robur obtineat, firmitatis hinc inde juramento vallaverunt, renunciantes in hoc facto omni exceptioni doli mali, fraudis, actioni in futurum, & fpecialiter reftitutioni in integrum, & omnibus literis inter ipfos vel predeceffores fuos actenus qvo ad renunciata fupradicta habitis & obtentis, & omnibus indulgentiis & privilegiis Apoftolicis impetratis & impetrandis, & omni alii remedio juris canonici & civilis, per qve predicta Compoficio & finalis concordia poffet impediri feu modo aliqvo irritari. Forma autem juramenti preftiti ex parte Domini Regis & Regni Principum talis eft: Ego ponens manum meam fuper facrofancta Evangelia hoc juro per Deum, qvod omnia qve Dominus meus Rex Magnus Sancte Ecclefie conceffit, qve in prefenti compoficione funt nominata, Dominus Magnus fervabit & omnes fui fucceffores, & ego fervabo, & omnes in ftatu meo fucceffuri in perpetuum, fecundum difcrecionem & fcientiam mihi, a Deo datam & fervari faciam, & adjutor ero pro viribus meis ut prefens compoficio ad commodum Ecclefie obfervetur, prefto hoc juramentum in animam Domini mei Regis Magni & omnium fibi fuccedentium, tam Ducum & Comitum, qvam Regum, in animam

Vígleiki Audunarfyni. oc kórsbrædrum í Nidarófe. fullkomnum umbodsmönnum kapítulí Nidarófs. herra Signati. herra Erlendi. herra Þórfinni. herra Auduni. oc andrum vitruztum mönnum oc fkynfömum herra kóngfins. oc kôrsbrœdrum annara kapítula þeirra fem fuörudu (fóru) at þeffi fœtt fkylldi halldaz. oc œfinliga ftadfeftu hafa. fyrerbiódandi í þeffum fœttargerdum allt mótkaft. fuik. flœrdar. einkannliga fkipan aptr til ens fama efnis. oc öllum brefum milli þeirra (fyrri) fyrirmanna. her til höfum (höfdum ok) fengnum um þeffa uppgefna hluti. oc öllum andrum páfaligum verndarbrefum. (fengnum eda fátz fkulu) oc öllu ödru fulltíngi guds laga oc manna. um hueria hluti þeffi fœttargerd. oc óendilig famþykt megi tálmaz. edr med nockuru móthi riúfaft. En þeffi var háttr eidftafs þeirra fem fuördu af hálfu herra kóngfins. oc baróna ríkifins. Þefs legg ek hönd á bók oc því fkýt ec til guds. at alla þá hluti fem minn herra Magnús á at hallda. oc aller hanns epterkomendr. ek ok míner allir epterkomendr eilífliga. epter flíku viti oc fkynfemd fem gud hefer gefid mer. oc halldaz láta. oc tilftyrkia at halldiz kirkiunni til handa. epter mínum mátt oc megni. Suer ek ok þenna eid upp á fálu míns herra Magnúfs kóngs. oc allra hanns epterkomenda. á mína fálu. oc minna epterkomenda. Suo hiálpi mer gud.

meam & omnium in ſtatu meo ſuccedentium. Sic me Deus adjuvet & hec ſancta Evangelia. Forma autem juramenti preſtiti ex parte prelatorum & procuratorum Capitulorum talis eſt. Ego ponens manum meam ſuper ſacroſancta Evangelia hoc juro per Deum, qvod omnia qvibus Dominus meus Johannes Archiepiſcopus & Epiſcopi ſui ex parte Eccleſie renunciaverunt pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, obſervabit & obſervabunt, & ea qve in hac compoſicione nominatim renunciata ſunt Regie dignitati, ego pro viribus meis ſecundum ſcienciam & diſcrecionem mihi a Deo datam obſervabo, & omnes mei ſucceſſores obſervabunt, & adjutor ero ut preſens compoſicio obſervetur & in perpetuum duret; preſto hoc juramentum in animam Domini mei Johannis Archiepiſcopi & omnium ſibi ſuccedentium, in animam meam & ſucceſſorum meorum. Sic me Deus adjuvet & hec ſancta Evangelia. In cujus rei teſtimonium una cum ſigillis Domini Regis & Archiepiſcopi prenominati, prenominati Epiſcopi, Barones, & Capitula, ſigilla ſua duxerunt preſentibus apponenda; Datum apud predictum caſtrum, anno & die predictis; Regni vero Domini Magni Dei gratia illuſtris Regis Norvegie 14. Conſecrationis vero venerabilis patris Johannis Nidroſienſis Archiepiſcopi anno 10. (a).

CAP.

---

gud. oc þeſſi enu helgu gudſpiöll. En þeſſi uar eidſtafr þeirra ſem ſuördu af hálfu erkibiſkups oc annara manna oc biſkupa. oc umbodsmanna kapítulórum. Til þeſſ legg ek hönd á bók. oc því ſkýt ec til guds. at alla þá hluti ſem nú eru uppiádir kóngdóminum af kirkiunnar hálfu. ok uars herra Jóns erkibiſkups. oc annara biſkupa. oc í ſamſœtt þeſſarri eru nefnder uppá ſál míns herra Jóns erkibiſkups. ok adrer biſkupar hallda. ok allir hanns epterkomendr ok þeirra. ok ek. ok allir míner epterkomendr eilífliga. epter ſlíku viti ſem gud hefer mer gefid. oc halldaz láta. oc tilſtyrkia. at halldiz kónginum til handa. epter mínum mœtti ok megni. ſuer ek þenna eid uppá ſál míns herra Jóns erkibiſkups. ok allra hanns epterkomenda. oc þeirra. ok á mína ſál. ok allra minna epterkomenda. Suo hiálpi mer gud. ok þeſſi gudſpiöll. En til uitnisburdar þeſſara hluta ſem (ſetti) herra kóngrinn hefir (her fyrir) fyrergefid ſitt innſigli (herra erkibiſkup ſitt). biſkupar. ok barónar. ok kapítula ſín innſigli. Var þetta bref gert í Túnsbergi. á þeim degi ok vetri ſem fyrr ſeger. á fiórtánda ári ríkis herra Magnúſs kóngs. á tíunda ári biſkupsdóms herra Jóns erkibiſkups.

(a) *Vid. PONTOPPIDANI* Annal. Diplomat. Eccleſ. Dan. *Tom. 1. p. 741. unde hanc Transactionem exſcripſimus. Differt ab hac in qvibusdam, Tractatus præliminaris,*

Bergis

CAP. III.

De Erico Magni filio; vulgo Prestahatare.

§. I.

Anno 1280, optimo patri successit filius adolescens Ericus (a), cui, anteqvam coronam imponeret Archiepiscopus, tale expressit juramentum (b): *Profiteor & promitto coram Deo & sanctis ejus, amodo pacem & justitiam Ecclesiæ Dei populoqve mihi subjecto observare, Pontificibus & Clericis (pro ut teneor) condignum honorem exhibere, secundum discrecionem mihi a Deo datam, atqve ea qvæ a Regibus Ecclesiæ, collata & reddita sunt, sicut compositum est inter Ecclesiam & Regna indelebiliter observare, malasqve leges & consvetudines perversas, præcipue contra Ecclesiasticam libertatem facientes abolere, & bonas condere, pro ut de consilio fidelium nostrorum melius invenire poterimus.*

§. 2.

Bergis 1273. ab utraqve parte initus, qvem exhibet Celeberr. TORFÆUS Historia Norveg. *Tom. 4. pag. 354. Qvæ in Transactione præscripta semicirculis cum asteriscis inclusa leguntur, apud PONTOPPIDANUM loco cit. non inveniuntur. Is enim sine dubio suam Transactionem e Codice Bibliothecæ Magnæanæ* No. 333. Folio, *hausit, ubi folium unum, qvod dictæ lacunæ respondet, deest.*

(a) In annis Erici computandis valde perplexus & sibi non constans est *UNDALINUS* aliiqve, dicit enim eum natum esse Anno 1267. sed 1281. decimum nonum egisse annum, qvæ, qvomodo cohæreant, nemo non videt, cum certum sit, patrem ejus Anno 1261. Dominica post Nativitatem Mariæ nuptias cum Ingebiorga Erici Daniæ Regis filia celebrasse, & Anno 1262. primogenitum eorum filium Olaum natum esse, qvi paulo post decessit: conf. *Vitam Haconis Haconidæ.* Deinde Anno 1263. natum esse Principem secundo genitum, nomine Magnum, qvi octavo a nativitate die decessit; *Annales Flateyenses* nativitatem ejus referunt ad Annum 1268. qvibus cum facit Breve Honorii Papæ, qvod cum magnam lucem affundat controversiæ inter imperium & ecclesiam hac tempestate in Norvegia vigenti, illud ad finem hujus Cap. sub Lit. A. exhibebimus.

(b) Ex patriarum legum præscripto subditis se imperaturos jurare, Regum Norvegorum, cum ad sceptra accederent, avitus mos fuit; Sed ut in Ecclesiæ aut Episcoporum verba jurarent, ut hic exigebatur, prorsus novum inauditumqve fuit, unde etiam paulo post ipse Rex hoc juramentum aliter, qvam vellent Præsules, explicare novit, veritatem proverbii confirmans: *Arcum nimium tensum facile frangi.*

§. 2.

Anno 1281, primum cum Margareta Alexandri Tertii Scotorum Regis filia contraxit conjugium, ex qva unicam filiam nomine Margaretam fuſcepit, qvæ, cum e Norvegia in Scotiam ad fuſcipiendum Regni habenas, transfretaret, circa Scotiæ oras interiit (a). Ad fecundas nuptias Ericus Anno 1293. aut 1294. cum Iſabella Roberti Ducis Boruſſiæ filia deſcendit, ex qva etiam filiam habuit Ingeborgam nominatam, qvæ, ut qvidam volunt Valdimaro Finnlandiæ Duci nupſit. Acceptis Regni habenis Ericus, cum Daniæ Rege Erico Menved de materna hæreditate expoſtulare cœpit, qvi, cum cauſam ad Ducem Holſatiæ remitteret, ut pote bona illa detinentem, impatiens moræ, arma induit, inqve Daniam irrumpens, ferro & flamma omnia devaſtavit, qvod itidem Daniæ Rex jure talionis, qvavis oblata occaſione, Norvegis retribuit. Acceſſerunt ad hanc belli cauſam etiam aliæ, qvarum præcipua fuit, qvod Norvegiæ Rex, Dani hoſtes & exules, qvi Erici Glipping parricidii inſimulabantur, in ſuam tutelam ſuſcepit, eisqve in Norvegia tutum præbuit aſylum, unde in Daniam excurſiones crebro fecerunt, & licet multi multa tentarent, variiqve congreſſus pacificatorii deſtinarentur, nunqvam tamen inter eos pax & amicitia cöaleſcere potuit (b).

§. 3.

(a) *UNDALINI Chron. Norveg.* vult hanc Margaretam fuiſſe ipſam Alexandri Scotorum Regis filiam, Erici conjugem, cui ſententiæ ſubſcribere neqvimus, cum & Iſlandica reclament monumenta, & *BUCHANANUS Rerum Scoticarum* Scriptor teſtetur libr. 7. Margaretam Norvegiæ Reginam, ante parentis obitum e vivis exceſſiſſe, relicta filia cognomine, qvam marito Erico Norvegiæ Regi pepererat. Hanc, nos Annalium noſtrorum auctoritate ſubnixi, in imperio Scotico avo ſucceſſuram, ad Scotiæ oras interiiſſe ſtatuimus, qvamvis nuperrime laudatus *BUCHANANUS* in Norvegia mortuam innuere videatur, *Hiſt. Scotic.* libr. 8. ubi, de conciliandis inter illam & Edvardum Secundum Angliæ Regem, per Scotorum Legatos nuptiis, ita loqvitur: *Hi,* (legati) *qvod Margarita ante eorum adventum, diem obierat, mæſti, re infecta, domum redierunt.* Qvod cum noſtris monumentis facile poteſt conciliari, ſi dicamus fatum Regiæ Virginis in Scotia, ante ſuſceptam hanc legationem non fuiſſe divulgatum, ſed Legatis, in Norvegiam delatis, primum innotuiſſe.

(b) De hoc bello vide *HVITFELDIUM, PONTANUM, HOLBERGIUM, TORFÆUM;* rerum Danicarum & Norvegicarum Scriptores florentiſſimos.

§. 3.

Firmata Regia auctoritate, Ericus cleri immodicis exactionibus & imperio, obviam ire, pessulumqve obdere cœpit, qvod non ferens Jonas Archiepiscopus longæ dominationi svetus, pro virili semet opposuit, usqve dum tandem Regis potentiam timens aut timere simulans, exemplo Eysteini & Erici Cæci, voluntarium exilium iniit, in qvo tandem Scaris in Gothia vitam cum morte commutavit. Nec minoris momenti fuit controversia, qvæ ei cum Episcopis Islandiæ, Arna Thorlaci & Jorundo Thorsteini filio, de Jure Canonico & præbendis intercessit, qvæ tandem Anno 1297, conventione qvadam (a) inter Regem & Episcopum Arnam, Augvaldsnesi facta, sublata esse videbatur. Erat Erico acre ingenium, cleri despoticæ fere & imperiosæ dominationis impatiens, qvi ardor tamen cum supervenientibus annis aliqvantum defrixit, præsertim postqvam lapsu eqvi crus ei fuerat comminutum; & tantum abest ut *Prestabatare* sive Misocleri nomen promeruerit, ut optimis potius Norvegiæ Regibus annumerandus sit (b). Obiit Anno 1299. die 13. Julii (c). In Islandiam plura transmisit Rescripta & Juris emendationes, qvorum, qvæ res Ecclesiasticas concernunt, præcipua sunt seqventia.

α) 1283.

(a) Transactionem hanc vide ad finem hujus Cap. Lit. B. Conspectus ejus habetur in *TORFÆI Histor. Norveg.* Tom. 4. pag. 398. 399. Plura de illa vid. infra Sect. 3. cap. 1. §. 45. *ARNGRIMUS* illam ad Annum 1295. refert, vitioso, sine dubio, apographo seductus. Sed de computatione annorum regiminis Erici notandum est, qvod duplici modo institui qveat; primo a 1273. qvo pater ei regium titulum tribuit, sed communiter ab Anno 1280. computantur.

(b) Vid. infra Sect. 3. cap. 1. §. 27. 45. Sect. 4. cap. 1. §. 13.

(c) Diem emortualem Erici Regis *TORFÆUS*, aliiqve, qvotqvot hujus Regis historiam scripserunt, aut mortis ejus mentionem fecerunt, non indicant. Sed eum nos docet Audfinnus Episcopus Bergensis in literis ad Thordum Grönlandiæ Episcopum, datis 1308. 10 Cal. Julii ita scribens: " Tídendi hafa med oss tilfallit bædi stór ok " þúng á þessom vetrom. hvart þer hafit þau spurt eda ægi. Um fráfall virduligs herra " oc höfdingia. herra Eiriks konóngs i Noreghe. er andadizst í Biörguín fimm nóttum " epter Seliumannavaku. anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono." Id est: *His hyemibus magni & graves casus exstitere, sive illi ad vestras aures pervenere, sive non; De obitu illustris domini & principis, domini Erici Regis Norvegiæ, qvi decessit Bergis, qvinqve noctibus post festum Selöensium, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono.*

α) 1283. ubi jubetur, ut de jure Præbendarum & Decimis eodem modo habeatur, & ſint in ſtatu qvo fuerunt tempore Haconis Regis & Sigurdi Archiepiſcopi.

β) Eodem, ut videtur, Anno, ſed ut qvibusdam placet, Anno 1291. alterum ejusdem fere tenoris aut ſimilis argumenti editum eſt (a).

γ) Omnes cauſæ ſecundum legum tenorem tractentur & dijudicentur non vero excommunicationibus & ſacrorum ceſſatione puniantur. Datum, ut videtur, 1295. (b).

δ) Præpoſiti ne audiant privatas confeſſiones, ſeu Confeſſionarios non agant; cujus Datum incertum eſt (c).

§. 4.

Accepto Norvegiæ ſceptro Ericus Rafnum in Præfectura Islandiæ confirmavit, qvi eandem ad Annum 1289. geſſit; ſed qvis eidem in hoc officio ſucceſſerit, incertum eſt, facile tamen adduci poſſum, ut credam, Thorvardum Thorarini filium, ad minimum in diœceſi Schalholtina, hoc officio functum eſſe, nam Anno 1293. ejus juſſu & auctoritate laïci præbendas qvasdam occuparunt, qvod fieri vix potuit, niſi ſummum gesſiſſet magiſtratum. Hic, poſtqvam Thorgilſum Bodvari filium cognatum ſuum, ſed Regis Norvegi ſatellitem, qvi ipſi, in ulciſcenda Oddi Thorarini nece, fidelem navaverat operam, inſidioſe & nefarie occiderat, a patruo ſuo Brando Jonæo Epiſcopo Holano Anno 1263, juris jurandi religione adactus fuit, ut Regi ſemet ſiſteret, a qvo, intercedente patruo Regis gratia florente, abſolutus eſt & ſatellitum numero adſcriptus (d), pauloqve poſt, una cum Sturla Theodori, ad conſcribendum ſeu emendandum legum codicem adhibitus, qvem Rex per eosdem & Indridum Boggul Anno 1271. Islandis transmiſit. Anno 1274. ab Arna Epiſcopo, qvem graviter offenderat, excommunicatus fuiſſe videtur, ſed eidem reconciliatus, Anno 1287. pro Lopto Helgonis in Epiſcopi gratiam apud Regem

(a) Vid. ad finem hujus Cap. Lit. C.

(b) Vid. ibid. Litr. D.

(c) Hæc conſtitutio habetur ad calcem *Juris Island.* edit. 1709. Cæterum vid. ad finem hujus Cap. Lit. E.

(d) Vid. ſupra Per. 2. Sect. 4. cap. 7. §. 6. collat. cap. 8. §. 4.

Regem intercessit. Anno 1275. per Sighvatum Landum, Canonicum Nidarosiensem, Gregorii 10. literas acqvisivit; qvibus Islandiæ Episcopis mandabatur ut cineres Oddi Thorarini, qvi multiplici innodatus anathemate Anno 1255. occisus fuerat, exhumatos absolverent (a). Anno 1277. Nobilium albo inscriptus fuit; & Anno 1288. Olao Ragneidæ filio in legatione Islandica adjunctus. Cumqve multoties ultro citroqve inter Islandiam & Norvegiam commeasset, in Norvegia ad secundas cum divite nobiliqve vidua nuptias transiit. Anno 1296. vitam cum morte commutavit.

§. 5.

Licet, qvod de Thorvardi Præfectura conjectati sumus, non omni careat dubio, multo tamen incertius est, qvis ab ejus morte ad Annum 1314. Islandiæ supremam gesserit Præfecturam; sed in tanto Annalium silentio, qvi nullius Præfecti mentionem faciunt, multorum autem Magnatum, qvi hoc vel illo anno inter Norvegiam & Islandiam transfretarunt, non videtur vero absimile neminem simul totius Insulæ fuisse Præfectum aut supremum gessisse Magistratum, sed summam rerum penes solum Regem fuisse, qvi nunc per Nomophylaces, nunc per hunc vel illum huic vel illi qvadranti Præfectum, nunc per Legatos, Rescripta & Edicta, res administraverit & ordinaverit, qvæ conjectura seqventibus firmari posse videtur. Anno 1293. Petrus Heidensis Regia qvædam attulit mandata, cui qvadrans borealis specialiter commissus fuit. Anno 1295. Gudmundus Skaldstikill eidem præficitur. Annis 1301, 1303 & 1305. Alfus de Kroko, nunc soli boreali, nunc boreali & orientali simul Præfectus fuit, vir avarus & inflatus, sed vanus & excors, nam immodicis ejus exactionibus & superbo imperio cum qvidam se opponerent, erronesqve & inqvilini in comitiis Hegranesensibus, tumultu facto, scuta ferirent & vociferari inciperent, tanto perculsus est terrore, ut qvo se verteret, nesciret, pauloqve post animam efflavit. Anno 1306. Haukus Erlendi & Sveno Longus Regia qvædam Edicta & Rescripta adtulerunt. Anno 1307. Ivarus Vigfusi Regia qvædam adtulit mandata, qvæ inter alia Prætoribus dimidiam partem Regii tributi, seu decem ulnas cedebant, antea autem

(a) Plura de absolutione Oddi vid. infra Sect. 4. cap. 1. §. 5. 7.

qvarta tantum seu qvinqve ulnæ cesserunt. Anno 1308. Bardus Hogni & Hoikus antea memoratus Nomophylaces ab exteris cum mandatis qvibusdam Regiis reversi sunt; similiter etiam post biennium seu Anno 1310. Plures qvidem tales legationes enumerari possunt, sed easdem hic referre supersedemus, cum hæc ad stabiliendum nostram conjecturam sufficere videantur.

Litr. A.

(a) Honorius páfi þión þióna guds. sendir hinum kiœrazsta sínum syni í christo ágiœtum Eireki Noregskóngi kuediu ok postuliga blezan. Meistari petr af mediolan vorr elskuligr sonr ok heilagrar kirkiu kanzeler. sagdi suo. oss hiáverandum. at þá er á lífi var sœllar áminningar Martinus páfi er nœstr var fyrir oss tók hann vidr nockurum brefum þeim sem saman vóru giorr under þessa ens sama páfans nafni med þessi formeran. Martinus biskup þiónn þióna guds sender enum kiœrasta sínum syni í christo ágiœtum eiriki noregskongi kuediu oc postuliga blezan. medr þuí at kónglígh sœmd skylldaz at elska rettan dóm. þá hœfer at þat se forprísad í girnd hiarta þíns. at framkuœmd kóngligrar yfersýndar greini suo gerandi hluti med fyrerfarandi skynsemi. at eigi þursi þar nockura ásakan til at leggia edr hirtingar snarpleik. helldr þat at allt kóngs medferdi se lofligt. ok gudi þœgiligt. Samþyckid ok vingiarnliga vidr iafnad ok rettlœti. virduliger brœdr. A. biskup af osló. ok Þórfinnr biskup af hamri. greindu

(a) *Hoc Breve ex versione Celeberr.* TORFÆI Hist. Norveg. *Tom.* 4. *pag.* 372. *tale est:* Honorius Pontifex servus servorum Dei, filio in Christo carissimo, illustrissimo Norvegiæ Regi Erico salutem & Apostolicam benedictionem. Magister Petrus Mediolanensis filius noster dilectus & Sacrosanctæ Ecclesiæ Cancellarius, nobis præsentibus dixit, vivo beatæ memoriæ Pontifice Martino antecessore nostro, se accepisse litteras qvasdam sub ejusdem Pontificis nomine conscriptas, hac formula. Martinus Pontifex servus servorum Dei, filio in Christo carissimo, illustrissimo Norvegiæ Regi Erico salutem & Apostolicam benedictionem. Qvandoqvidem Regia dignitas justum judicium diligere tenetur, oportet ita prævia discretione, agenda digerat, ne opus sit, aut arguere, aut castigationis severitatem addere; sed ut omnes Regiæ actiones laudabiles sint & Deo gratæ, æqvitati & justitiæ amice consentientes. Reverendus frater Andreas Episcopus Osloiensis, & Thorfinnus Hamarensis, non saltem ex sua, sed & omnium

greindu fyrir off. eigi ath eins af finni hálfu. helldr ok af allra annara bifkupa. formanna ok klerka heilagrar nidaróskirkiu í því fama erkibifkupsdœmi þá hluti fem fyrrum gerduz millum gódrar minningar erkibifkups nidaróskirkiu ok ágiœtrar minningar Magnúfs noreghs kóngs faudr þíns. þat einkannliga err þeffi kóngr. ok fýflumenn í hanns ríki gerdu umfkipti á um þau en gódu ok fornu laug er í því landi hafa gengid en tóku þar upp í ftadin laug ok nýar fidveniur. þœr fem kunnigt vard at hellzft í miög nidrudu heilagrar kirkiu frelfi ok verndum. einkannliga fyrft því privilegia (privilegio) er ágiœtrar áminningar Magnús erlingsfon noregs kóngs (kóngr) gaf ok veitti nidaróskirkiu í hveriu er þetta ftód millum annara hluta. at fá enn fami kóngr het ok gaf fik ok fitt ríki í valld enum helga ólafi kóngi En til merkis þeffarar uppgiafar. baud hann fkyllduliga at epter hanns andlát. ok allra hanns eptirkomandi. fkylldi kónglig króna offraz til ens helga ólafs kóngs í nidaróskirkiu. Suo uar ofs ok flutt ath þau vóru forn laug í landi. at þann tíma er kóngskosningr þurfti at vera. þá fkulu erkibifkups ok annara bifkupa eid (eidr) ok tillaugr um þat efni fyrir meft halldin vera. Suo ok þat at fýflumennirnir dirfiz ei under fig at draga. ok yfer at fitia þeim fökum ok dómum. fem at rettu heyra til heilagrar kirkiu formönnum. ok um fídir kom þá í kiœru med audru marghátludu efni ýmisligra greina. millum erkibifkups ok kóngfins faudr þíns. en med gódra manna tillaugu ftadfeftiz

omnium aliorum ejusdem Archiepifcopatus Epifcoporum, Priorum & Clericorum S. Nidarofienfi Ecclefiæ perfona, retulerunt nobis, qvæ inter beatæ memoriæ Archiepifcopum Nidarofienfem Johannem, & illuftris memoriæ Regem Magnum patrem tuum acta funt; nimirum ut idem Rex & præfecti regni ejus leges transmutarint, antiqvas bonasqve in regno ifto ufitatas abrogando, novasqve & inauditas conftitutiones reponendo: qvæ ut jam notum eft, SS. Ecclefiæ libertatem & tutelam nimis everterunt, præprimis vero privilegia ab illuftris memoriæ Rege Magno Erlingo Ecclefiæ Nidarofienfi data, qvibus inter cætera ipfe fe regnumqve fuum in poteftatem S. Olafi tradidit, & in teftimonium, fe defuncto coronam fuam fucceſſorumqve omnium in templo Nidarofienfi S. Olafo fufpendendam debite præcepit. Relatum etiam nobis eft, antiqvas leges tenuiffe, ut qvoties Rex creandus fit, Archiepifcopi aliorumqve Epifcoporum fuffragia plurimum in illa caufa poffint. Similiter ne præfecti præfumerent fibi arrogare poteftatem decidendi dijudicandiqve ea, qvæ ad Sanctæ Ecclefiæ curatores jure pertinent; qvæ tandem unacum cæteris controverfiis inter Archiepifcopum & Regem patrem tuum in litem venerunt; fed interceffione bonorum virorum

feſtiz þeirra í millum umgiarnligr (uingiarnligr) ſamningr um allar greiner þeirra í millum med ſamþycki biſkupanna ok kórsbrödra. ok annara formanna heilagrar kirkiu. ok ei ſídr med ſamþycki baróna í noregs kóngs ríki. veittu þar til huorertueggiu ſín ſœri. at þeſſi ſœtt ſkylldi halldaz ok vardueitt vera af erkibiſkupi ok kóngi. ok öllum þeirra laugligum epterkomandum. So et ſama fluttiz fyrir oſs. at kóngrinn fader þinn uardveitti þeſſä ſœtt. oc let faſtliga halldaz um allt ſitt ríki œ medan hann lifdi. En epter hanns dag á þrettánda ári þíns alldrs. þá er þú uart kórónadr. ſuarder þú at hallda ok uardveitaz láta heilagrar kirkiu frelſi ok rettindi. Suo ed ſama fyrir nefnda ſœtt at nœrverandum ok ſamþyckiundum þínum uerndarmönnum. Nú epter þat tóku þeſſer ſömu þíner verndarmenn ok rádgiafar þíner er ſœttina höfdu ſvarid at vardveita. oc gengu háſkaſamliga á ſín ſœri. ok gerduz ei minniger ſinnar ſáluhiálpar. Suo at þeir dirfduz at ſkipa ok innleida nockur laug ok ſidueniur móti fyrrſagdri ſœtt þeir ſögdu ok fram nockur laug til kirkna ok þeirra formanna. þau ſem ei nidradu lítt kirkiunnar frelſi. þar med letu þeir fylgia umſkipti þeirra gódu laga ſem fyrr gengu í landinu. En allar þeſſar ſkipaner ok veniur er þeir leiddu í landid med þeim hœtti. budu þeir at ſtadfaſtliga ſkylldi halldaz. oc vardveitaz. under nafni þínu. oc at ſuo komnu efni koſtgiœfdi erkibiſkup móti at ſtanda vandum verkum. þeſſháttar verndarmanna geymſlu. oc ſua at fyrer þá ſkylld. hafdi hann þíng vidr ſína underbiſkupa. med audrum kirkiunnar formönnum. ok millum, annara

---

rum amicabile pactum inter illos firmabatur, ſuper omnibus controverſiis cum aſſenſu Epiſcoporum, Canonicorum, aliorumqve SS. Eccleſiæ Prælatorum, nec non Baronum regni Norvegici, qvi ex utraqve parte juramenta præſtiterunt, fore ut contractus iſte inter Archiepiſcopum & Regem omnesqve eorum legitimos ſucceſſores inviolatus ſervaretur. Qvin & ad nos delatum eſt, Regem patrem tuum eundem ſervaſſe, & per regnum ſuum, qvoad viveret, firmiter ſervari præcepiſſe. Sed cum tu poſt illius mortem decimo tertio (*Torfæus habet*: XVIII) ætatis anno coronareris, præſentibus & conſentientibus tutoribus tuis, juraſſe te SS. Eccleſiæ libertatem juraqve illibata, & ut prædictum contractum, ſervaturum. Poſtea iidem tutores & Conſiliarii tui, qvi in fœdus hoc jurarunt, obliti ſalutis ſuæ, datam fidem perniciosè violaverunt, auſi leges qvasdam dicto fœderi adverſas introducere, latis inſuper contra Eccleſias earumqve curatores, libertati haut parum inimicis legibus, abrogatis prioribus illis bonisqve, in regno uſurpatis. Hæ autem univerſæ conſtitutiones præceptaqve ab iis in regnum hoc modo introducta, ſub tuo nomine firmiter teneri ſervariqve mandarunt; qvæ cum ita eſſent, Archiepiſcopus tutorum atqve Conſiliariorum horum

annara hluta þeirra er ſkipuduz á því þíngi mönnum til ſidbótar. ſagdi erkibiſkup frá guds laugum ok páfaliga ſkipan. móti þeim er þat ſkipa ok ſtadfeſta er til nidranar er heilagri kirkiu. baud hann ok faſtliga at þeſſi guds laug ſkylldi af öllum vardveitaz ok þat med at allir hanns underbiſkupar. hverr í ſínu biſkupsdœmi ſkylldi þeſſi ſömu laug leſa láta. hid minnſta ſinn á tólf mánudum. En af þvílíkum hlutum. fyrrnefnder. verndarmenn. geymſlumenn oc rádgiafar. at erkibiſkup ok adrir biſkupar leiddi í land mikla nýúng ok óhœfur. ok at ſlíkir hlutir vœri þer ok þínu ríki til mikillar þýngingar. ok þar fyrer appellerudu þeir til poſtuligs ſœtis. En þótt erkibiſkup giördi þeſſum ſumum margar áminningar. at þeir leti af um ſíder þeim ólaugum ok ſiduenium ok ſkipanum er mótſtadlig vóru heilagrar kirkiu frelſi ok þó at hann vottadi fyrir þeim at þeir ſem ſlíkra hluta dirfiz móti kirkiu. ſelli í páfans bann af ſiálfu verkinu. þá fyrerlitu þeir ei því ſídr þeſsháttar áminningar hanns. med fordœmdri dirfd. erkibiſkup bodadi ok einkannliga tuo af þeſſum verndarmönnum þínum í banni vera. annan biarna af gizſka. ok þann er kalladr er andres pluckr. En þó at biſkup gerdi ſína ſkylldu herum. þá ſamneyttu þeſſer ſuo ſem ádr audrum kriſtnum mönnum. En adrir verndarmenn ok rádgiafar ſamþyktu þeim ei at eins. ok ſamneyttu. helldr ſkyllddu þeir ok adra menn til þeirra ſamlags. ok enn á ofan. at þeſſa hina ſömu ok adra þá ſem bannſettir vóru. fyrir ſína opinbera glœpi. þá vegſömudu

---

horum maleficiis ſumma ope obnitebatur; ideoqve cum Epiſcopis ſuffraganeis Prælatisqve Eccleſiæ forum celebrans, inter alia ad morum emendationem conſtituta legem Divinam & Pontificalia decreta promulgavit contra SS. Eccleſiæ libertatis everſores, monuitqve ſedulo, ut Divinæ hæ leges ab omnibus ſervarentur, utqve Epiſcoporum qvilibet in ſua diœceſi ad minimum ſemel qvovis anno eas publicari curaret. De his autem prædicti tutores, procuratores & Conſiliarii dixerunt, Archiepiſcopum aliosqve Epiſcopos nova & infanda inducere, in tuum regniqve tui ingens gravamen, atqve ideo ad ſedem Apoſtolicam provocarunt. Verum licet Archiepiſcopus qvosdam horum multoties moneret, omitterent mores ſtatutaqve SS. Eccleſiæ libertati repugnantia, & qvamvis teſtatus ſit, hos talia contra Eccleſiam audentes actu ipſo a Pontifice excommunicatos; illi tamen nihilo minus hæc & ſimilia monita, exſecranda temeritate contemſerunt. Sed & Archiepiſcopus duos præcipue tuorum procuratorum, Bernhardum nempe de Giſko & Andream Pluckum dictum, anathematis fulmine percuſſit. Verum licet Epiſcopus, qvæ ipſius officii erant, impigre exſeqveretur, illi tamen in Chriſtianorum communionem admiſſi ſunt; ſed & cæteri tutores & Conſiliarii his non aſſentierunt modo, ſed & alios homines ad convictum eorum adegerunt,

sömudu þeir þá miklu framar en ádr hafdi verid í sœmidum ok mannvirdingum. oc þá er þessi andres pluckr er fyr gátum ver andadiz í því banni. þá tóku adrer verndarmenn ok geymslumenn ok rádgiafar þínir hanns líkama. ok letu grafinn verda í biörgin. í siálfs þíns kapellu. Nú eigi því sídr þá minti erkibiskup á uendiliga. suo þig sem þína rádsmenn. at þer allir samt letid nidrfalla þesshättar þýngian ok þraungingar til heilagra kirkna. hann bad ydr aptrgiallda kirkium ok þeirra persónum. þat sem þœr höfdu ádr fyrir ydr mist. laug ok siduenjur ok skipanir þœr sem þer haufdod innleitt. ok vída dirfduz móti kirkiunnar frelsi. bad hann ydr vendiliga affkafa ydrum bókum ok brefum. edr at minnsta lagi. at þer vottid opinberliga. at þer vilit slíka hluti ei sídan frammi hafa vid kirkiurnar. edr á þeirra umbodsmenn. En þú ok þíner verndarmenn. geymslumenn ok rádgiafar vanrœktu med mikilli þriózku at hlýda þesshättar áminningum. Sídan sendi erkibiskup fyrir ser ok sínum undirmönnum ok biskupum vísa sendiboda til postuligs sœtis. eptir þeirri appelleran. sem þínir rádgiafar höfdu fyrirgert. þú skipadir ok enn sendiboda til uor. En er þetta erendi ok hvaratueggiu sendibod kom fyrir oss. þá fálum ver þá á hendi þessum kardinalibus virduligum bródr vórum erkibiskupi. ok vorum elskuligum sonum. sanctorum marcelline et petri presbytero. ok í sancte marie in malata diacono. at þeir skylldu heyra þetta sendibod hid sama. oc sídan oss kunnigt gera af huorumtueggium sendibodum

adegerunt, & præter omnia hæc eosdem aliosqve propter notoria scelera excommunicatos magis magisqve honoribus & gloria afficiebant, Andreæ item Plucki (qvem diximus) in diris sacris demortui corpus, reliqvi tutores & consiliarii Bergis in tuo sacello humari fecerunt. Nec minus Archiepiscopus te tuosqve diligenter monuit, ut talibus adversus Sanctas Ecclesias oneribus & coarctationibus abstineretis, oravit, ut Ecclesiis Ecclesiasticisqve ablata restitueretis, leges & statuta a vobis inventa, passimqve contra Ecclesiæ libertatem sævientia, ex libris & documentis vestris sedulo deleretis, aut ad minimum talibus in posterum contra Ecclesias earumqve curatores exercendis publice renunciaretis. Tu vero tuiqve tutores, procuratores & consiliarii, his talibus monitis auscultare contumaciter neglexistis. Postea Archiepiscopus sui suorumqve Episcoporum & suffraganeorum nomine prudentes Legatos ad sedem Apostolicam misit, secundum provocationem a tuis factam. Sed & tu ipse ad nos Legatos misisti. Ut vero causa hæc partiumqve Legati nobis primum sistebantur, commendavimus illos his Cardinalibus, Reverendo fratri nostro Archiepiscopo, filiisqve nostris dilectis Sanctorum Marcellinæ & Petri presbytero & S. Mariæ in Malata Diacono, ut Legatis examinatis ad nos de utraqve parte referrent. Postqvam vero dicti Legati

um. Nú med þuí þá er þessir sendibodar haufdu marga hluti frami haft fyrir þessum kardinalibus. þá beiddiz þinn sendibodi millum annara hluta at vid (ver) skylldum senda legatum til noregs. at kalla aptr þœr þýngianir ok hardendi er hann sagdi ed þú ok þiner menn þylder af biskupum ok ödrum lœrdum mönnum um allt þitt ríki. En at audrum kosti kalladiz hann ecki mundu um geyma þesshàttar appelleran. ok at þessi sendibodi suo vanlygtudu. þá tóku þinir rádgiafar ok helldu fyrir mera (meira) sinn rángan vilia en skynsemd edr rettendi. suo at þeir tóku ok fœrdu í bönd þá lœrda menn sem biskupa starf höfdu. ok prófasta ok klerka. suo et sama leikmenn. þá sem med eidum voru skylldugir under biskupa þiónostu. þessa hvöratuegiu rœntu þeir. ok í útlegd ráku. af öllu sínu gódzi. oc laugdu suo meingiord á meingiord ofan. oc af (at) sîkum rángendum fram höfdum á guds rett af (at) þínum rádgiöfum. þá freistadi erkibiskup fram á gánga í móti. epter skylldu síns embœttis. epter þœr laugligar áminningar. sem hann hafdi þeim gert. En þar móti dirfduz þessir hinir saumu med mikilli illzku. ok uanrœkt gudligri tign siálfan erkibiskup. ok suo hid sama A. biskup af osló. ok þórfinn biskup af hamri. opinberliga í útlegdarpínu at skipa ok brautreka af sínum biskupsstólum. ok enn meira. at þeir rœntu þá öllu sínu gódzi. fyrir þá eina skulld. at biskuparnir villdu hallda þá sœtt. err fyrri gátum ver. millum erkibiskups ok kóngsins faudr þíns. ok þat annad at þau lög ok skipanir er berliga vóru innleidd móti heilagrar kirkiu frelsi. villdu þeir suo sem þeir

Legati multa coram Cardinalibus egissent, inter alia postulavit, ut Legatum in Norvegiam mitteremus, ad revocanda onera iniqvasqve conditiones ab Episcopis aliisqve Ecclesiasticis tibi tuisqve, ut ipse dicebat, per universum regnum impositas, secus se hanc provocationem non magni facturum jactitans. Atqve ita hac legatione haut satis peracta, consiliarii tui pravam suam voluntatem justitiæ & rationi præferentes, Ecclesiasticos, Episcoporum, Præpositorum & Clericorum vicarios, captos in vincula conjecerunt, ut & laïcos, qvi in Episcoporum servitium juraverant, horum utrosqve spoliaverunt & bonis omnibus nudatos proscripserunt, scelera sceleribus cumulantes. His injuriis contra jus Divinum exercitis adactus (*Archiepiscopus*) iis obniti studuit, pro officii sui ratione, post justas ad tuos admonitiones; ii vero malevole, contemtu Divinæ Majestatis, ipsum Archiepiscopum, ut & Andream Episcopum Oslejensem & Thorfinnum Hamarensem, exilio damnare & sedibus expellere, & qvod excelluit, omnibus bonis nudare, ausi sunt, solummodo qvod Episcopi contractum, de qvo prius, servandum urgerent, nec se aut alios, ut par erat, obligare vellent, ad

þeir áttu eigi hallda. edr halldaz láta. Erkibiſkup ok adrer biſkupar. höfdu þolad um hríd þvílíka útlegd. ſem fyrr var ſagt. ok erkibiſkup œtladi heim at hallda til ſíns erkibiſkupsſtóls. ok gallt hann náttúrunnar ſkulld. oc andadiz af þeſſi verölld. Enn er þeſſi tídendi gerduz. kaulludu þínir rádgiafar heim aptr ſinn ſendiboda af kúría med þínu bodi. ok dirfduz þá þeirra hluta er kirkium ok þeirra perſónum vóru til mikillar nidranar. Nú af ſlíkum hlutum kom til vorr fyrrnefndir biſkupar. ok bádu lítilátliga at ver ſkylldum ſampínaz í voru hiarta þeirra fátœka lifnadi þeir bádu oſs ok at geyma med faudrligri forſiá at ei ſkylldadiz þeir lengr í útlegdar pínu. at þola brígzli biſkupligri tign. Nú med því at þeſſer hluter. ſem ver höfum tínda. ef at ſannleikinum er geymt. þá mislíka þeir gudi. er fyrirkoma kóngligri heilſu. ok ſpilla hardla miög þinni frœgd. þá biódum ver ok áminnum kóngliga tign. ſkylldandi þig í uppgefning ſynda þinna. at þú hugſer med vendilegri aktan. at eigi ſómer kóngligri tign. at þú hafir þig ſuo. edr gerir til lœrdra manna í þínu ríki. edr þolir af ödrum. at ſuo ſe til þeirra gert. ſem her til hefer verid. þar ſem þú œttir þá at vegſama ſem gudsþiónoſtumenn ok þeirra málum at fylgia med vidrkiœmiligum góduilia (*).

Litr.

ad ſervandas leges & ſtatuta S. Eccleſiæ libertati manifeſte repugnantia. Archiepiſcopus reliqvique Epiſcopi aliqvantiſper exilium, qvod memoravimus, tolerarunt; is vero ſedem ſuam Archiepiſcopalem repetiturus, naturæ debitum ſolvens mundo exceſſit; qvod ut factum eſt, Conſiliarii tui Legatum ſuum ex curia mandato tuo revocarunt, auſi res Eccleſiis Eccleſiaſticisqve damnoſas. Hæc propter venerunt ad nos dicti Epiſcopi, ſubmiſſe rogantes, ut in corde noſtro inopi ipſorum vitæ compateremur, paternaqve providentia ulterius exilium, dignitatisqve Epiſcopalis opprobrium, averteremus. Jam cum hæc omnia, qvæ enumeravimus, ſi verum fateri volumus, Deo ingrata, Regiæ ſaluti noxia, tuoqve honori valde pernicioſa ſint, monemus & præcipimus Serenitati Regiæ, injungentes tibi ſub remiſſione peccatorum tuorum, ut accurate perpendas, non decere Majeſtatem Regiam ut ita te geras, aut alios ſe gerere patiaris adverſus Eccleſiaſticos intra regnum tuum, qvemadmodum hactenus obtinuit, cum debeas miniſtros illos Dei honorare, & decente benevolentia cauſam illorum defendere.

(*) *Iſlandica hæc Brevis Apoſtolici verſio ex Codice Bibliothecæ Magnæanæ* No. 354. Folio *exſcripta eſt. Codex iſte videtur ſcriptus eſſe manu Paſtorum Jonæ Thordi filii & Magni Thorhalli filii, qvi* Codicem Flateyenſem *in Bibliotheca Regia reperiundum exararunt. Prior uſqve ad Annum* 1396. *ſcripſit, qvo anno, vel forte paulo poſt obiiſſe*

Litr. B.

(b) Eirekur med gudz mifkunn noregs kóngr. fon magnús kóngs fendir allum maunnum lærdum ok leikum á Iflandi kuediu guds oc fína. Vier giorum ydr kunnigt at uier hofum fætz vid Arna bifkup í Skálahollte. oc giort fullan veg á vid hann um ftade oc kirknaeigner í Skálholltz bifkupsdæme med ráde oc famþyckt Jorundar Erkibifkups. at þeir ftader í Skálholltz bifkupsdæme fem kirkiur eigu allar. fkulo vera undir bifkups forrædi. Enn þær fem leikmenn eigu hálfar edr meiri. fkulo leikmenn hallda med þvílíkum kennimanna fkylldum fem fá hefer fyrirfkillt er gaf. enn lúka af ekki framar. Suo fkal oc Skálholltz bifcup vifitera fitt ár huern fiórdúng landzins fíns bifkupsdæmis. oc rída ei optar í fama ftad. fyrre enn hann hefer ádr alla fína fýflu í mille yferridit. Ríða heiman epter Petursmeffo. oc fuo lángt fram á hauft. fem fiórdúngur vinzt. oc fkipte finne yferreid at iafnade. Sóru fex preftar med bifkupinum at þeffi fættargiord fkylldi ftanda óbrigdiliga fyrir fik oc fína eptirkomendr æfinnliga. Biódum vier ydr aullum at hallda þetta fyrir laug. nema hver

 er

obiiſſe videtur; Nam Statutorum epiſcopalium, hic occurrentium, ultimum eſt Vilchini Epiſcopi de dicto anno, & Annales Flateyenſes *in proxime præcedenti anno deſinunt. Jonas Thordi filius priorem* Codicis Flateyenſis *partem exſcripſit, ut & hujus de qvo loqvimur, Codicis, & uterqve præterea a Svenonio Epiſcopo, ad exteros, ut videtur, ſimul miſſi ſunt. Exſcriptorum neutri calligraphiæ laus derogari poteſt, ſed qvod at orthographiam poſterior priori palmam præripit. Breve iſtud ſcriptum eſt manu poſterioris. Qvæ in cæſis ſunt, ſunt lectiones emendatiores.*

(b) *Id eſt:* Ericus Dei gratia Norvegiæ Rex, Magni Regis filius, univerſis Iſlandiæ civibus, qvam clericis qvam laïcis, ſalutem Dei & ſuam mittit. Notum facimus, nos, adhibito conſilio, & conſenſu Archiepiſcopi Jorundi, cum Arna Epiſcopo Schalholtenſi, de Præbendis intra diœceſin Skalholtenſem ſitis, ita pactos eſſe & firmiter concluſiſſe, ut prædia qvæ ex aſſe ad Eccleſiam pertinent ſub Epiſcopi manu & poteſtate poſthac maneant, qvæ autem laïci dimidia vel ultra poſſident, ea ipſi in poſterum, conditionibus de penſionibus ſacris perſonis tribuendis, a primo fundatore adjectis, ne in minimo qvidem mutatis retineant. Præſul Skalholtenſis qvovis anno unam ſuæ diœceſeos qvartam viſitet, neqve eandem denuo freqventet, niſi prius totam diœceſin permeaverit. Incipienda erit viſitatio poſt feſtum Petri, & tantiſper in autumnum protrahenda, donec totius qvartæ viſitatio abſoluta erit. Hunc contractum a ſe ſuisqve ſucceſſoribus firmum & inviolabilem habendum, Epiſcopus cum ſex Clericis jurejurando religione interpoſita confirmavit. Mandamus itaqve ut hæc in leges referatis, ſecus

er audruvís giorer. vili ſæta af oſs reide oc reſſingum. ok þó fella á ſik páuans bann oc gudz reide oc hanns heilagra manna. Ok til ſannenda her um ſettu Jörundur erkibiſkup oc Arne biſkup ſín innſigli med vóro innſigli fyrir þeſſa ſættargiord er gior var á Augvalldzneſi. kroſſmeſſo aptan á ſiautiánda áre ríkis vors. Herra Finnur innſiglade. Jón klerkur ritade. (*) Gefi þat Jeſus Chriſtus at þeſſar vorar ſkipaner oc rettarbætr þeſſar oc allar adrar ſem ver höfum útgefit, geymit þer ſvo oc halldit, at ydr ſe til nytſemdar oc æfinligs gagns. gudi til heidurs oc oſs til æru aullum ſamt oc fagnadar Amen.

Litr. C.

(c) Eirikr med guds nád Noregs kóngr oc Hákon med þeirri sömu nád Noregs hertuge, ſyner Magnúſar Kóngs hins kórónada, ſenda öllum þeim ſem þetta bref ſiá edr heyra kvediu gudz oc ſína. Idugliga hefer verit kiært fyrir oſs oc getit af almúgans hendi. her oc vída annarsſtadar ſídan ver tókum ríkisſtiórn epter födr vórn óverduger. at prófaſtar ok lærder menn hafa þýngt þeim mönnum í tíundar giordum ok ödrum álögum. helldr en ádr hefer verit vani til undir at búa. bádu þeir oſs at leggia rád á ſem ver erum ſkylduger til milli lærdra ok leikmanna. at þeim mætti

ſecus enim ſi feceritis, a nobis indignatio & pœna; a Papa excommunicatio, a Deo & ſanctis ira exſpectanda erit. Pactum hoc Jorundus Archiepiſcopus & Arnas Præſul ſuis ſigillis unacum noſtro confirmarunt. Datum Augvaldsneſi, feſto exaltatæ ſanctæ Crucis, regni noſtri decimo ſeptimo, per Dominum Finnonem Secretarium, & Jonam clericum Amanuenſem.

(*) Faxit Jeſus Chriſtus ut hæc noſtra mandata & edicta, & omnia cætera qvæ edidimus, vos ita obſervetis & cuſtiodatis, ut vobis inde emolumentum & fructus æternus in gloriam Dei, nobis autem omnibus honos & gaudium redundet Amen. *Hoc epiphonema qvod in chartaceo exemplari habetur, manifeſte hic eſt ſuppoſititium. Cæterum ipſa Transactio ex Codice Bibliothecæ Magnæanæ* 138. *in Qvarto hic exhibetur.*

(c) *Id eſt:* Eirikus Dei gratia Norvegiæ Rex, & Hacon eadem gratia Norvegiæ Dux, filii Regis Magni coronati, omnibus has literas viſuris & audituris ſalutem Dei & ſuam mittunt. Sæpe ex qvo nos indigni poſt patrem noſtrum regni gubernacula tractare cœpimus, continuas plebis qverelas percepimus, qvod præpoſiti & clerus illam oneribus impoſitis præter priſtinum gravaverint. A nobis igitur poſtulavit ut inter ſe & illos

mætti ei verda til ofmikilla þyngfla. Ok med því ver kennum ofs fkylduga at hugfa um allra manna naudfyniar. þeirra fem under vort valld eru fkipader. þá vilium ver at þer vitit. at ver höfum fuo famþykt vid herra Jörund erkibifkup. oc vid adra bifkupa í landinu. at forn kriftinsdómsbálkr fkuli ftanda um tíundargiörder. fiár fekter. ok um alla adra hluti er lærder menn eigu at hafa med þeim öllum er menn eru vaner under at búa epter fornum vana. ádr en fáttargiörd var giörd í Túnsberge millum virduligs herra Magnúfar faudr vors ok herra Jóns erkibifkups. Bióđum ver öllum mönnum í hverri ftett þeir eru edr tign at giöra heilagri kirkiu rett. ok hennar lærdum monnum greida allar fínar fkullder. þær fem famþyktar eru at hafa. ok þeim eru fkipadar. fuo fem þeir vilia hafa þöck ok umbun af ofs. Enn öllum handgengnum mönnum ber epter at fiá. at ei verdi framar lagt á almúgann enn nú höfum ver ok bifkuparner famþykt. ok fuo at hueriger miffi finna rettinda. því at aller vita ofs jafnfkyllda til at fylgia heilagri kirkiu ok hennar lærdum mönnum til fíns rettar fem leikmönnum til fíns.

Litr. D.

(d) Eirikr med gudz náđ &c. Allr kriftindómsrettr ok þær fáker fem þar kunna til at falla feu epter því fem at fornu hefer verit. ok allir

illos ita moderaremur, ne nimiis exactionibus opprimeretur. Cum igitur omnium noftrorum fubditorum neceffitatibus fubvenire teneamur, vobis notificamus, nos cum Archiepifcopo Jörundo aliisqve regni hujus Epifcopis contraxiffe, ut fecundum jus ecclefiafticum vetus caufæ de decimis, mulctis, atqve adeo omnibus qvæ ad perfonas ecclefiafticas pertinent, decidantur, utqve vetus confvetudo in exactionibus oneribusqve iis debitis, in ufum revocentur, nimirum, qvæ obtinuit, antequam Transactio inter illuftrem dominum patrem noftrum Regem Magnum & Archiepifcopum Johannem (Tunsbergi) fieret. Imperamus igitur ut omnes & finguli cujuscunqve ftatus vel conditionis fuerint, omnia qvæ facræ ecclefiæ ejusqve miniftris jure conftituto confenfuqve debentur, contribuant, prout gratiam de nobis demereri cupiunt. Satellitibus autem noftris fingulis, ut accurate provideant ne plebs exactionibus oneretur, præter eas qvæ inter nos & Epifcopos convenerunt, ne ulli parti vis aut injuria fiat. Norunt enim omnes qvod haud minus ecclefiæ, perfonisqve ecclefiafticis patrocinari, qvam laïcis ad juris fui executionem obligemur.

(d) *Id eft:* Ericus Dei gratia &c. Omne jus canonicum & caufæ inde dependentes fecundum antiqvam confvetudinem procedant, & omnes caufæ ex præfcripto legum agantur,

allir hlutir fækizſt epter laugum. enn ei med útſetning af heilagri kirkiu eda þiónuſtubanni. Þvíat laugmenn eró til þeſs ſkipader at ſegia laug um kriſtindómsrett ſem aunnur mál.

Litr. E.

(e) Eiríkr Magnúsſon med gudz miſkunn Noregs-kóngr hinn kórónadi. Af því at ver köllum oſs ſkyllduga innvirduliga epter at ſiá ok um at bæta laug ok landzrett. þá ſkipum ver af nockura þá luti ad ſinni þá ver letum frambera. ok letum ſkrifa þetta bref med þeſſum greinum er epterfylgia. I fyrſtu at þeir preſtar hafi prófaſtdæmi ſem eigi hafa ſóknar kyrkiur edr heyra leynd ſkripta mál. Item þeir bændr ſkilríker innan ſóknar ſem vel eru fiáder hafi umbod oc uardveitzlu yfer kirkiuſie oc því gódze ſem hún á at hafa ſier til upphalldz. ok med uitordi preſtzins oc giori herra biſkupi reikning. enn kórsbrædrum ef hann er ei nær. Suo ſkulu oc handgengner menn. preſtar oc biſkupsmenn giora útfárar leidángur oc ſkipaſie ſem adrer menn. Geymi menn at þyrmſlum ſínum verdi lýſt ádr ſamgángr hióna verdr í millum. Þvíat ef þau geta baurn ſídan er þeim var lýſt. þá ſkolo þau vera ſkilgetin þó at ſídarmeir prófizt meinbuger á þeirra á millum. Þat er oc fyrirbodit at nockur madr naud-gizt

---

tur, non vero per excommunicationem eccleſiaſticam aut interdictum a ſacris. Nomophylacum enim eſt officium tam de cauſis juris eccleſiaſtici, qvam cæteris, ſententiam ferre.

(e) *Id eſt:* Ericus filius Magni Dei gratia Rex Norvegiæ coronatus. Cum leges & jus regni accurate revidere & emendare noſtri eſſe officii reputemus, hac vice, iccirco qvasdam res præcipimus qvæ nobis proponebantur, & hoc edictum in ſeqventibus articulis conſcribi fecimus. Inprimis ut ſacerdotes qvi nullam habent curam animarum, & qvi confeſſiones privatas non audiunt, præpoſitura fungantur. Item ut coloni integræ famæ intra parœciam degentes & opulenti, bonorum eccleſiæ & facultatum, qvas illa in ſui ſuſtentationem poſſidet, tutelam & curam cum ſacerdotis conſenſu gerant, & Domino Epiſcopo, vel in ejus abſentia Canonicis rationem reddant. Tam homines Regis qvam ſacerdotes & homines Epiſcoporum penſionem in expeditiones & inſtructionem navium, ita ut cæteri omnes, expendunto. Probe curetur ut ante congreſſum conjugum eorum facultas moralis (*matrimonium contrahendi*) in anteceſſum promulgetur; ſi enim poſt promulgationem liberos progenuerint, illi legitimi reputantor, qvamvis impedimenta poſtea emerſerint. Prohibetur qvoqve, ut qvis ad tale

gizt til þess eiginordz at hann skal þá konu eiga sem hann hafdi ádr fyrir frillu. ef hann legzt med henni sídan hann bar þat til skriptar oc yferbóta (*).

Cap. IV.

Hacon Magni filius, Háleggr *dictus* (a).

§. I.

Filius fuit Magni Legum Emendatoris, natus Anno 1270. iv. id. Aprilis; a patre circa Annum 1273. Ducis honore insignitus, & a fratre Erico statim post mortem patris in consortium regni adscitus, ut ex Edictis sub utriusqve nomine editis constat: Mortuo autem fratre, regnum solus administrare cœpit. Uxorem habuit Evphemiam Ladislai Rugiæ Ducis filiam, ex qva unicam fæminæi sexus prolem suscepit, nomine Ingeborgam, natam 1301. qvæ deinde Erico Sveciæ Duci nupsit. Una cum Regno, hæreditarium cum Daniæ Rege Erico Menved bellum accepit, qvod varia fortuna gestum, usqve ad Annum 1308 duravit, qvo inter eos pax tandem coäluit. Intercesserunt ei etiam controversiæ cum genero suo Erico, item Russorum Imperatore, Martino Finnorum Rege, qvem a Gissero

tale conjugium cogatur, uxorem (*scilicet*) ducat, qvam antea concubinæ loco habuerat, qvamvis (*&*) cum ea consveverit, postqvam (*peccatum illud*) confessione & pœnis condignis expiavit.

(*) *Hæc constitutio, excepto ejus procemio, qvod ex chartaceo qvodam nostro exemplari supplevimus, exhibetur ex codice pergameno Bibliothecæ Magnæanæ* No. 138. Qvarto. *Videtur autem ipsa Constitutio primitus Norvegis data esse, & postea in Islandiam introducta, non raro admodum exemplo.*

(a) Solenne fuit Norvegis, Regibus aliqvid cognomen adjicere, a lineamentis, statura, facto aliqvo, vel etiam minima re desumtum. Sic Haraldum *Pulchricomum* a decora cæsarie denominarunt. Ericum I. *Blodox* seu sangvineam securim. Haraldum II. *Gráfelld*, a vestimentis. Olaum Haraldi filium *Crassum*, a statura. Haraldum III. *Imperiosum* a moribus & ingenio. Olaum III. *Qvietum* & *Bónda*, a moribus, cum pacis amans esset. Magnum II. (aut ut qvidam volunt III.) *Nudipedem*. Sigurdi Haraldi filium *Munnr*, seu Os, a lineamentis, & sic de cæteris.

Giſſero Galle natione Islando, ad Regem adductum, eiqve ſupplicem, ſi non ſubditum factum eſſe perhibent.

§. 2.

Videtur fuiſſe vir valde religioſus; Ejus enim nutu aut juſſu, Gudmundus qvondam Epiſcopus Holanus exhumatus & adorationi poſtitutus fuit. Unde poſteri eum, Sanctum appellarunt (a). Clero qvam frater, faventior fuit; nam Archiepiſcopum Jorundum bis contra rebelles Nidaroſienſes, qvorum anteſignani erant qvidam Canonici, adjuvit, eosqve in gratiam cum eo reduxit. Islandis ſemet mitem præbuit, eisqve aliqvot dedit edicta, qvæ in Codice Legum alibiqve occurrunt. Edicta autem res eccleſiaſticas cernentia, Islandis miſſa, celebriora ſunt:

α) Confirmatio juris aſyli templis debiti, qva omnibus, qvi ad ea confugiunt, ſecuritas indicitur (b).

β) De variis decimas concernentibus, Epiſcoporum & Cleri exactionibus oppoſitum, ut videtur Anno 1305. datum (c).

γ) De Jure Eccleſiaſtico & judicibus, Norvegis primo datum, ſed ab Haconis nepote & ſucceſſore deinde ad Islandos transmiſſum (d).

δ) Con-

(a) Videatur Reſcriptum Chriſtiani II. Iſlandis Anno 1507. cum Pro-Regem Norvegiæ ageret, transmiſſum, qvo confirmat omnia Reſcripta & Edicta Haconis Sancti Norvegiæ Regis, qvi procul dubio eſt hic Hacon Magni filius. Et, ſi non nimium fallor, hic eſt *Hagen* ille, de cujus canonizatione egit Chriſtianus 2. Anno 1521. Vid. Perilluſtr. *JOH. GRAMMII Diatrib. de Chriſt. II. Reform. Rel. in Dania.*

(b) " Sva höfum wer ok ſtadfeſt at alla þá vandrædamenn ſem komaz á kirkiunáder ſkal " ſektalauſt flytia til Noregs. ok koma þeim þar í kirkiu epter rádi lögmanz ok " ſýſlumanuz. utan þá ſem kirkia á æi at hallda epter lögum. " Id eſt: *Ita & confirmavimus, ut omnes delictorum atrocium rei, qvi jure aſyli templorum potiti ſunt, impune in Norvegiam transvebantur, & ibidem e conſilio Nomophylacis & Prætoris templo demandentur, exceptis tantum iis, qvos templum jure tueri non tenetur.* Hic longæ ſatis Conſtitutionis, ad Iſlandos 1314. transmiſſæ, articulus exſcriptus eſt e Codice Bibliothecæ Magnæanæ No. 351. in Folio. Epilogum Conſtitutionis vid. ſupra pag. 233. 234.

(c) Vide infra ad finem hujus Cap. Lit. A.

(d) Vid. ibidem Litr. B.

δ) Confirmatio Veteris Juris Ecclesiastici, data 1316 (a). Obiit Rex Hacon Anno 1319. 8. id. Maii.

§. 3.

Cui, ab Anno 1299. ad Annum 1314. Islandiæ Præfecturam commiserit, incertum est, ut sub finem præcedentis capitis innuimus. Sed Anno 1314. Islandia nacta est proprium Præfectum Ketillum Thorlaci filium, qvi ex splendidissimis Islandorum familiis oriundus, Anno 1313. Norvegiam petiit & seqvente mox anno, Aulicorum privilegiis ornatus, Regia Edicta in patriam portavit, qvæ in proximis comitiis Anni 1315. in leges referri curavit. Anno 1319. cum qvibusdam aliis evocatus, in Norvegia, ob intervenientem Regis mortem, qvæ 8. idus Maji, eodem anno accidit, biennium transegisse, nec priusqvam 1321. reversus esse videtur, Edictum novi Regis 9. Cal. Julii anni præcedentis datum secum asportans, immodicis Episcoporum exactionibus & innovationibus oppositum (b); aliudqve, qvo Islandorum privilegia & pactum inter Regem subditosqve confirmabatur. Eodem anno Ketillus Regis nomine homagium exegit. Anno 1322. Laurentium Holanum electum Episcopum solio Episcopali solennibus cæremoniis imposuit; Et Anno 1317. cum de causa Modruvallensi inter Laurentium & monachos Modruvallenses disceptaretur, illaqve a delegatis judicibus, Jona Haltori filio Præsule Skalholtensi & Thorlaco Abbate Verensi dijudicaretur, ut supremum provinciæ Magistratum gerens, præsens fuit. Qvid præter hæc gesserit, nisi qvod Anno 1332. & 1338. ad Regem contenderit, nobis non constat. Mortuus est Anno 1342. festo Marci Papæ.

Litr. A.

(c) Hákon med guds miskunn &c. Herra Sueinn Þórisson kærdi fyrir oss af hendi fátækra manna í Skagafirdi at herra Jörundr biskup

(a) Vid. ibid. Litr. C.

(b) Vid. infra cap. 5. §. 2.

(c) *Hæc Constitutio ex Codice membraneo nobis sæpe citato* No. 351. Folio, *& seqvens Constitutio sub Litr. B. ex Codice* No. 138. in Qvarto, *exscriptæ, & Codices ad invicem, ac*

up hefer tekit af þeim til nöckurra fiórtán hundrada. þat er þeir eigu ok haft hafa af hualum þeim sem bændr hafa flutt til landz á helgum dögum ok þar med fimtúnginn af reydi þeirri er hálft fiórda hundrat vetta war á. Ok af því at s iluís uitni buduz fyrir oss at fimtúngr ór hual huerium smám ok stórum þat er fluttz hefer á helgum dögum hefer fátækra manna eign werit at fornu epter því sem lögbók ydar ok forn kristinsdómsrettr vattar. því fyrirbiódum wer huerium manni í huerri stett sem hann er at taka þat af þeim. eda ödrum í hendr at greida en sýslumanni várum. edr þeim sem hann færr til wid at taka ok skipta milli fátækra manna. En huerr sem þess dirfiz þá viti sannliga at hann skal þat fyrirbæta at honum skal misiíka sua at ödrum se til vidrsiónar. Biódum wer ok áminnum herra Jörund biskup at lúka aptr þat sem hann hefer tekit edr taka látit frá fögdum fátækum mönnum innan þess hálfs mánadar sem þer hafit sed várt bref þetta. sua at þat þurfi ægi optar fyrir oss at kæra. þvíat þat berr ollum illa at ræna fátæka menn. en allraverst forstiórnarmanni heilagrar kristni. En ef herra biskup hefer ei rett gert innan þess hálfs mánadar sem brefit vattar. þá biódum wer sýslumanni varum ok handgengnum monnum at taka sua mikit af biskupsgódzi, sem hann hefer af fátækra

---

ac etiam cum exemplari, qvod possidemus, chartaceo collatæ, variantes autem cæsis inclusæ sunt. Latina utriusqve versio a TORFÆO allata talis est:

Hacon Dei gratia &c. Conqvestus est nobis Dominus Svenus Thoreris filius, pauperum Skagafiordensium vices agens, qvod Episcopus Dominus Jörundus de pretio cetorum, qvos rustici Skagafiordenses feriis sacris ad littora advexerunt, decies qvater centum, & qvincuncem ceti decimani, *Reidr* appellati, qvi talenta centum & duodecim cum semisse pendebat, abstulisse; cum autem testes indubitati nobis confirmaverint, qvincuncem cetorum majorum minorumqve, feriis sacris ad litora advectorum, pauperibus a prima memoria secundum codicem legum constitutionesqve canonicas competere, interdicimus, neqvis, cujuscunqve fuerit conditionis aut officii, iis qvicqvam adimat, aut aliis qvam nostris provinciarum præfectis reddat, aut eorum curatoribus, qvi & hæc inter pauperes divident. Qvi vero hæc transgressus fuerit, norit se illam multam incursurum, qvam invitus, inqve exemplum aliorum, pendat. Idcirco mandamus & monemus Dominum Episcopum Jörundum, ut intra duas hebdomadas, ex qvo literas hasce legit, singula, qvæ pauperibus abstulit, aut auferri curavit, restituat, ne tales qverelas sæpius audiamus. Omnibus enim indecorum, imo & turpe est, præsertim rerum sacrarum procuratoribus, reculis suis pauperes spoliare, aut iis qvicqvam injuste adimere. Qvodsi Dominus Episcopus intra præscriptum terminum iis non satisfecerit, præcipimus provinciarum præfectis, nostrisqve

tækra manna fe tekit. ok fua mikinn ávöxt fem góder menn fiá at af megi gánga fídan er þat war tekit.

Litr. B.

(b) Þenna hátt hæfer fýflumaunnum vorum oc laugmaunnum at hafa oc dyggiliga at hallda. at geyma til uppihallds rettinda þegnanna. oc annara undirmanna virduligs herra noregs kóngs. Fyrft at aungvar fekter leggizt á þá framar en laug votta. oc aungvar adrar nýiar álaugur. hvorki fyrir forbodan nie takfettningar edr ftefnur er þeir giora í lýsíngum edr brúdlaups giordum framar enn greint er. Svo oc um fkipaner. þær er menn giora at fíduztum daugum fínum. hvort fem giort er kirkium edr klauftrum edr audrum fkúlo ei framar halldazt enn laugbók vottar. Landvarnar fegl oc reida fkal í kirkiu leggia fem forn vane hefer á verit. Erfa fkulo leikmenn prefta. oc klerka at aullu epter fornum vanda. Leidángr fkulo oc allir giora epter iardar haufn oc fiármagne fem laug votta. Fátækra manna fiórdúngr fkal takazt af aullum tíundum. ok fkiptazt fem at fornu hefer verit. Klerka fveinar allir fkulu búa undir flíkri lýdfkylldu vit kóngdóminn fem adrer kóngs þegnar. gánga under bæde at fektum oc föknum. fkauttum oc fkylldum. oc aullum álaugum utan fvo marger menn fem lofader ero bifkupum. Er þat fyrft hundrat manna erkibifkupi. þeir fem hann vill hafa til nefnt. er friálfer fkulu vera af leidángurs

Ggg 2

ftrisqve fatellitibus, tantum de bonis ejus decerpere, qvantum illo temporis intervallo provenire potuit, fecundum bonorum virorum arbitrium, addendo.

(b) *Id eft:* Hunc modum in confervando civium jure & aliorum Sereniffimi Norvegiæ Regis fubditorum præfecti & nomophylaces teneant oportet: 1) Ne ulla mulcta irrogetur, nifi qvam jus canonicum vetus præfcribit, nec nova onera imponantur, five pro interdictis, five arreftis, five conventibus cum conjugium jam decretum palam promulgatur, aut celebratur. Sed nec donationes teftamento five in ecclefias, five cœnobia, five alios inftitutæ, ultra legis præfcripta valento. 2) Vela navium publicam pacem vindicantium in templis fecundum veterem confvetudinem fervantor. 3) Laïci presbyterorum & clericorum veteri more omnem hæreditatem capiunto. 4) In expeditiones omnes ex agrorum proportione impenfas conferunto. 5) Qvadrans omnium decimarum pauperibus cedito, dividitorqve more veteri. 6) Presbyterorum miniftri, Regi, tanqvam alii fubditi, qva multas, tributa, citationes, collectas, atqve omnia

urs giörd. Skutilsveinar til þriggia nefia oc hver húskarl til tveggia nefia. skulu þeir friálsir af leidángurs giördum oc nefníngum aullum vit kóng. oc svo skipdráttum. Slíkar saumu rettarbætr. skulo oc hafa fiorutýier manna. hvers liódbiskups innan landz. þeir sem siálfer biskuparner vilia oc þeir hafa tilnefnt. Enn ef menn erkibiskups beriazt í hanns hiáveru sín á millum í gardi hans. edr á skipi edr á audrum tveimr skipum, þá skal þá sekt hálfa eiga kóngr. en hálfa erkibiskup. utan manndráp oc lima lát. þá á kóngr einnsaman. Enn þar sem erkibiskups menn beriazt utan hans hiáveru vit adra menn þá á erkibiskup aungva sekt á því. Enn aungvar sekter eru audrum biskupum iátadar hvörki yfer sínum maunnum nie audrum maunnum. utan þær einar sem forn kristinrettr vottar. skulu oc fyrrnefnder erkibiskups menn edr annara biskupa því at eins nióta fyrrnefndra rettarbóta at þeir sie allir ánefndir í einu brefi at hverium biskupsstóli. Einkannliga er ok fyrir bodit at iáta prófaustum edr þeirra umbodsmaunnum nockura almenniliga tolla. fyrirbodit er oc aulllum at gefa fyrer kirkiu grauft. barnskírn. oléan. oc vors herra líkam edr adra þvílíka hluti andliga. nema þat sem med guds (gódum) vilia vill hver giört hafa. þvíat prestar eru skyldir at veita maunnum þvílíka hluti ókeypis. Svo oc þeir menn sem forellrar þeirra hafa látid upp giora kapellur. oc siálfer bændr hafa nockurn kost tillagt sier til tída halldz. edr annars

omnia gravamina, in qvæ reliqvi cives consentiunt, obligantor; præter episcoporum, qvibus immunitas concessa esto. 7) Dapiferi in tria capita, Domestici in duo ab impensis in expeditiones liberi sunto. Eadem privilegia singulis Episcoporum ministris intra patriam concessa sunto. 8) Si ministri Archiepiscopi domi, ipso præsente, aut in navibus cum aliis confligant, Rex & Archiepiscopus multam ex æqvo participanto, nisi cædes factæ sunt, aut membra amputata; his enim casibus multa omnis Regi competit, ut &, si, Archiepiscopo non præsente, sive invicem, sive cum aliis congrediantur. Cæteris Episcopis jus multarum permissum non esto, sive in proprios ministros; sive alios, præter illud, qvod jure canonico est definitum. Sed nec Archiepiscopi aut cæterorum Episcoporum ministri prædictis immunitatibus fruuntor, ni nomina eorum matriculis in singulis episcopalibus sedibus inscripta fuerint. 9) Severe qvoqve interdictum est, ne præpositi ulla publica tributa capiant. 10) Interdictum & omnibus ne pro sepultura, baptismo, chrismate aut sacra synaxi, aut idgenus aliis, qvicqvam contribuant, præterqvam qvod cuilibet, Deo inspirante, placeat, tenentur enim pastores talia singulis sine pretio ministrare. 11) Qvorum majores suis impensis sacella exstruxerunt, ipsive aliqvid ad sacrorum sustentationem, aut alia

annars heilags embættis oc vili biſkup ei preſt til ſá ſem forn vandi hefer á verit. þá ſýnizt ei ſkynſamligt at menn miſſi tídanna. enn greida þó ſitt út. Nú ef próſaſtar edr þeirra umbodz menn gánga á þeſſa hluti ſem nú eru talldir. oc þraungva kóngs þegnum med banne edr hardindum at gánga under ſekter edr adrar nýiar álaugur þær ſem þeir hafa ei fyrr undir búit. þá ſkal laugmadr edr ſýſlumadr hvorn ſem bændr krefia fyrr til. ſkyldugr til vera at fylgia bóndum til rettra laga oc fornra. Hefer oc próſaſtr rettar ſaker á bóndum. þá ſkulo þeir ſkyllder (ſkyllda bændr) til at giora þeim rett. Enn ef ſvo ſýnizt at þeir (próſaſtar gánga) gángi rángliga á þegna vora oc þeir vili med aungvo móti hlýda þeirra fortaulum. helldr at þeir þraungva bóndum med banne edr audrum þýngſlum at gánga under þeirra álaugr. þá er oſſ þat óliúft. at ſá nióti rettinda er audrum vill ecki rett unna. Skal þá laugmadr edr ſýſlumadr ſeigia próſauſtum edr þeirra ummbdzmaunnum at þeir munu ei rettindi giora þeim nema þeir ſie rettir vid adra menn. Nú ef laugmenn edr ſýſlumenn verda at því ſanner. at þeir vilia ei hallda kóngs þegna til rettinda. þá viti ſannliga at þeir ſkulo miſſa kóngs vináttu. oc þó lettliga þiónuſtunnar med. Enn ef laugmenn edr ſýſlumenn vorer finna at próſaſtar edr þeirra umbodzmenn kennazt ei vit (ſkipizt vit) þat ſem fyrr var ſagt ef þeir ero á minnter. þá ſkulo þeir fyrer bióda aullum mönnum ſvo konum ſem kaurlum at vinna fyrer þeim edr at leigia eigner þeirra hús edr iarder.

alia officia, contulerunt, ſi epiſcopus, ut uſus tenuit, iis paſtorem ad ſacra peragenda conſtituere nolit, ut ſacris careant, ſuaqve impendant, ratio nulla eſto. 12) Qvod ſi Præpoſiti aut eorum curatores, hæc mandata transgedientes, adigant ſubditos Regios excommunicatione aut minis ad multas pendendas, aut ad onera ſubeunda, qvæ prius ipſis inſveta erant, tenetor præfectus noſter, aut cives provinciales, prout qvisqvis horum prius a ruſticis interpellatur, cauſam eorum, juraqve vetera & legitima promovere; qvod ſi etiam præpoſiti de ruſticis jure conqverantur, ſimiliter hi tenentor jus ei ſuum reddere. 13) Si vero perſeverent ſubditos noſtros injuria afficere, hisqve edictis noſtris parere detrectantes, minis & excommunicatione eos ad ſuſcipienda hæc onera adigant, gratum & nobis erit, jus ei non reddi, qvi alios jure ſuo privare haud veretur; itaqve nomophylaces aut præfecti indicabunt ſtatim præpoſito ejusqve vicario, ſe iis jus non dicturos, ni ipſi aliis ſuum viciſſim permittant. 14) Qvodſi nomophylaces aut præfecti deprehendantur ſubditis Regis jura denegaſſe, gratia Regia & officiis ſuis excident, ſin autem eos ſedulis hortamentis ad obſeqvium mandatorum convertere neqveant, prohibebunt viris omnibus juxta

iarder. Vitid fyrir víſt ef þier giorit audru vís at þier ſkulit ſæta vorri ſannri óblídu, oc þar á ofan ſvara oſſ fullu brefa broti.

Litr. C.

(c) Hákon med guds miſkun &c. Vier hauſum undirſtadit at laugmenn vorir vilia eigi laug ſeigia um þau mál ſem kirkiuna vardar oc kriſtinsdóms rettr á um at gánga. þvíat eingin kriſtinsdóms bálkr er í þeirri bók ſem virduligr herra Magnús kóngr fadir vor liet ſaman ſetia. (ok þíngtaka) oc því hefir fyrir farizt at vær erkibiſkup oc biſkuparner hauſum ei liduger til ordit kriſtinsdóms bálkinn ſvo at ſetia ſem oſſ líkar. en viliom þó med aungvo móti at heilug kirkia miſſi ſinna rettinda edr hennar formenn. því biódum vier at laugmenn vorir hafi oc halldi oc allir adrer þann kriſtinsdóms rett. ſem verit hefer at fornu hier med ydur. þó hvörki þann ſem Magnús kóngr fadir vor liet ſamanſetia oc ei þann ſem Jón erkibiſkup liet ſamanſetia. Enn þann ſem ádr var (ok forn er) vilium vier at ſá gángi oc þar epter dæmi laugmenn. oc leggi laga órſkurd á. ſvo þó at aull ſú ſekt ſem þar ſtendur í. oc ánefnd er. falli til þridiúngs. Enn ef nockurer hluter eru þeir þar í er ydr þiker áſátt vera oc ei mega ſtanda. þá riti til vor. oc þar med ydra tillaugu. med

---

juxta ac fæminis, ne ipſis miniſtrent, aut eorum poſſeſſiones, ſive agros ſive domos, conducant.

(c) *Id eſt:* Hacon Dei gratia &c. Percepimus Nomophylaces veſtros de cauſis eccleſiaſticis & ad jus eccleſiaſticum ſpectantibus ſententiam ferre recuſare, eo qvod nullus Titulus Juris eccleſiaſtici Codici, ab Illuſtri Domino Magno Rege patre noſtro, conſcripto (& in leges relato) inſit. Dilatum vero fuit id (*negotium*) eo qvod Nobis, Archiepiſcopo & Epiſcopis jus eccleſiaſticum qvod Nobis placeret, condendi tempus non vacavit; Neutiqvam tamen ſanctam eccleſiam aut ejus antiſtites ſuo jure privari volumus. Qvare Nomophylaces noſtros & omnes alios jubemus, habeant & obſervent jus illud eccleſiaſticum qvod antiqvitus vobiſcum obtinuit, nec tamen illud, qvod pater noſter Rex Magnus, nec illud qvod Jonas Archiepiſcopus conſcribi curavere. Qvod autem antea obtinuit, (& antiqvum eſt), ut obſervetur, volumus, & juxta id Nomophylaces judicent & ſententias ferant, ita tamen ut omnes multæ inibi reperiundæ & determinatæ, triente diminuantur. Siqvæ vero illic deſiderentur vel conſiſtere neqveant, tunc Nobis illa & veſtram de iis mentem unacum

med vitordi oc samþycki biskupanna. lærdra manna oc handgeinginna er vitid (vita) hvat landinu hæfer. oc nytsamligt er. Var þetta bref giort í biorgvin. Olafs vöku fyrri aptan. á siautiánda ári ríkis vors. Ivarr canceleri vor innsigladi. Þórgautr notarius ritadi. (*).

Cap. V.

De Magno Erici filio Smeck *vocato.*

§. I.

Anno 1316. Magno Erici filio hanc lucem primo videre contigit. Parentes habuit Ericum Sveciæ Ducem & Ingeborgam Haconis Norvegiæ Regis filiam (a). Biennis patrem amisit, a fratre Birgero Sveciæ Rege insidiose enecatum, sed triennis avo orbatus est, cujus mors, ipsi ad thronum Norvegicum aditum aperuit. Eodem etiam anno Sveci Birgero ob flagitia & fratrum necem infensi, Sveciæ Regem proclamant, coronationem vero ad Annum 1335. distulerunt. Uxorem habuit Blancam ex Valesiorum in Gallia sangvine prognatam, ex qva duos filios Ericum & Ha-

unacum consensu & voto Episcoporum, clericorum & Nostrorum Ministrorum, qvi, qvod e terræ usu sit & conveniat, sciunt, rescribite. Actum Bergis in vigilia festi prioris Sancti Olai, anno regni nostri decimo septimo. Ivarus noster Cancellarius sigillum appendit, Thorgautus Notarius scripsit.

(*) *Exscriptum ex codice membranaceo* No. 138. in Qvarto *a nobis sæpius allegato, collato cum exemplari, qvod nobis est, chartaceo, ex qvo & Epilogum subjunximus. Habetur etiam hoc Edictum sine anno in ARNGRIMI JONÆ* Crymogæa, *& apud TORFÆUM Tom. 4. pag.* 450.

(a) Oportet Ingeborgam hanc prima vice, (nam post Erici mortem ad secundas nuptias cum Canuto Porsio Duce Hallandiæ descendit) nuptam esse fere impubem. Qvidam id referunt ad Annum 1311, cum decennis esset, qvod aliis incredibile videtur, qvi satius & credibilius esse dicunt factum hoc esse 1315. cum ageret annum 14. nam qvindecim annorum Magnum peperit. Interim non desunt exempla puellarum, qvæ tenera ætate conjugium inierunt. Potuerunt & nuptiæ celebrari 1311. licet thorum conjugalem non freqventaverint, nec liberis, priusqvam 1315. operam dederint procreandis.

& Haconem, tresqve filias fuſcepit. Cum Norvegis invitis coronam Sveciæ accepiſſet, ibiqve ſæpiſſime ageret, ipſos autem raro inviſeret, parum abfuit, qvin fidem ei renunciarent; ſed in tempore ſuffocatus fuit hic igniculus, cum Haconem filium ſecundo genitum, qvi in Norvegia educatus fuerat, illis Regem deſignaret, Erico autem Sveciæ Regnum deſtinaret, qvod Anno 1344. factum eſt. De multis, qvæ ei cum Valdimaro Daniæ Rege, propriis filiis Erico & Hacone, ut & ſuis in Svecia ſubditis, interceſſerunt, negotiis, hic diſſerere, non ex re noſtra eſſe videtur; id tantum memorandum cenſemus, qvod Magnus bis captus fuerit; primo in arce Calmariæ, Anno 1361. elapſus inde a rebellibus Svecis, qvi Albertum Megalopolitanum Regem ſibi conſtituerant, denuo capitur, captivus detinetur usqve ad Annum 1371, qvo, a filio ſuo Hacone Norvegiæ Rege liberatus aut redemtus fuit: Deinde, amiſſis duobus Regnis & Ducatu Skanenſi, inglorius in Norvegiam revertitur; tandemqve poſt triennium inter Norvegos transmiſſum, vir valde inſtabilis, inſtabilitatem fortunæ toties expertus, ejusdemqve ludibrium factus, iter aliqvando faciens ad Lindholmum in Bommelfiord, aqvatum undis abſorptus eſt.

§. 2.

Islandis varia Reſcripta & Edicta dedit. Primum, qvod jurisdictionem & res Eccleſiaſticas concernit, datum eſt Anno 1320. qvo injungit Holano Epiſcopo qvotannis ſuam diœceſin viſitare; prohibet autem decimas aliosqve reditus ſacellorum ſeu templorum minoris notæ ab iisdem auferre (a). Secundum agit de decimarum ſolutione, obedientia Clero debita, aliisqve ejusdem generis (b). Tertium, ſunt literæ ſalvi conductus, Ormo Holenſium Epiſcopo communicatæ, datæ Oſloæ 1345 (c). Qvartum, ejusdem ſententiæ, Datum 1350 (d). Qvintum, ſunt

(a) Hanc Conſtitutionem ex Codice membraneo ſæpius citato No. 351. exſcriptam, & a *TORFÆO Hiſt. Norv.* Tom. 4. pag. 459. verſam, ad finem hujus capitis ſub Litr. A. exhibebimus collatam cum No. 138. & apographo qvod habemus cartaceo, qvæ omnia etiam valent de Edicto ſeqventi.

(b) Vid. ad calcem cujus Cap. ſub. Litr. B.

(c) Hæc & proxime ſeqvens ex apographis qvæ penes nos ſunt chartaceis ibidem exhibentur ſub Litr. C. D.

(d) Vid. *ARNGRIMI Crymog.* & *TORFÆI Hiſt. Norveg.* Tom. 4. pag. 480.

ſunt literæ tutelares laicis in diœceſi Holana, contra Epiſcoporum vim & exactiones. Datæ 1353. (a). Sextum agit de Privilegiis Ormi Epiſcopi, templiqve Holani, ut & de Jure Canonico, qvod poſthac in diœceſi Holana vim legis habere debeat. Dat. 1355. (b).

§. 3.

In Islandiæ præfectura Ketillum Thorlaci filium, qvi eandem ab Anno 1314. geſſerat, confirmavit, usqve ad Annum 1341. qvo, eidem Botulfum Andreæ, natione Norvegum, ſubſtituit. Hic, vivo adhuc Ketillo, demandatam provinciam accepiſſe videtur, qvam biennio tantum adminiſtravit; qvæ vero geſſerit, nos latet, niſi qvod Anno 1342. ſplendidiſſimum & ſumptuoſiſſimum nuptiale inſtituit convivium, cum Steinunam Rafni Glaumbajenſis filiam uxorem duceret.

§. 4.

Grimus Thorſteini occidentalis & borealis Islandiæ Nomophylax fuit, primo ab Anno 1330. ad 1342, & deinde Anno 1346; Sed Præfecturam totius Islandiæ geſſiſſe videtur, ab Anno 1343, ad 1345. Ab Arna Olai filio, Epiſcopo Skalholtino in litteris Anno 1413. exaratis, Eqves vocatur.

§. 5.

Holltus Thorgrimi 1346, ut Regius Præfectus provinciam adiit, ſed Anno 1348. multis inviſus, nemini lugendus, ad plures abiit.

§. 6.

Olaus Biarni filius Anno 1350. cum imperio ab exteris advenit; idqve ad Annum 1352. retinuit, qvo tempore, qvantum nobis innotuit, nihil memorabile geſſit, niſi qvod cum Gyrdero Epiſcopo graves exercuit ſimultates, forte, qvia Eiſteino, qvi Epiſcopum probroſis carminibus proſciderat, patrocinatus, eumqve contra Epiſcopum tutatus eſt, qvibus, in conventu Skalholtenſi Anno 1352. aliqvatenus ſopitis, Olaus

(a) (b) Vid. ad finem hujus Cap. Litr. E. F.

Olaus enavigavit; sed anno seqvente; religiosum ad Jacobum Compostellanum (a) iter ingressus, cum navigio & sociis undis absorptus periit.

§. 7.

Ivarus Vigfusi Holm extraneus, ut videtur, sed uxorem habens indigenam, nomine Astam, ex nobilissima Oddensium familia prognatam. Non sit vero absimile, eum Anno 1345. prima vice Præfectum Islandiæ, aut ad minimum Præfecti loco fuisse, nam in antiqvis codicillis templi Bessastadensis dicitur Brynhilda Hollti vidua caussata fuisse, se ab Ivaro Holm decem agnas & unam vaccam templo debitas, nunqvam accepisse; jam vero in confesso est, eum Islandiæ Præfecturam gessisse, in cujus potestate templum hoc situm erat, qvi codicilli a Gyrdero Episcopo, circa Annum 1352 conscripti esse videntur; qvo ipso anno, una cum Gyrdero Episcopo in Islandiam venit, sed tum temporis tantum occidentalis & orientalis qvadrantum Prætor. Anno autem 1354. totius Islandiæ Præfectus factus est, cujus universæ reditus & tributa in triennium conduxerat, eodemqve officio usqve ad Annum 1357. functus est. Sæpius qvidem ejus mentio occurrit, sed non ut Præfecti aut Satrapæ Regii; nam 1365. denarium Petri in Islandia conqvisiyit. Mors ejus ad Annum 1371. refertur.

§. 8.

Ivarum seqvitur famosum illud qvatuorvirale Collegium, cujus membra erant Arnas Theodori, Jonas Guttormi, dictus a qvibusdam *Skráveifa*, a qvibusdam *Garpr*, Thorsteinus Ejolfi & Andreas Gislavi, qvi universos Regi debitos Islandiæ reditus triennales conduxerant. Anno 1357. ex Norvegia in Islandiam revehi constituerant, sed ad Hetlandiam naufragium passi, ibidem hyemare coacti sunt, ubi Jonas ob insigne qvoddam maleficium judicatus, ad capitis luendum pœnam in Norvegiam remittitur, sed a Rege absolutus, una cum reliqvis eodem anno in Islandiam venit, extemploqve unus qvisqve sibi demandatam provinciam adiit,

(a) Compostella est Metropolis provinciæ Hispanicæ, qvæ Gallicia vocatur; Ibidem reliqviæ Sancti Jacobi Apostoli religiose coluntur, qvæ seculo 9. a Theodorico Episcopo inventæ perhibentur: ad qvas, & nunc & olim, crebræ institutæ sunt peregrinationes.

iit, Arnas auſtralem, Andreas orientalem, Jonas borealem, Thorſteinus vero occidentalem. De Arna refertur, qvod Marcum Barcadi filium cum uxore & duobus filiis, ob inſigne maleficium, communiter dictum *Kroſſreid* (a) ſecure percuſſerit, & qvod inter illum & Jonam Guttormi primo ſimultates fuerint, qvæ mox in vatinianum eruperint odium, nam 1360. in ipſis comitiis cruentum commiſerunt prælium. Jonas autem ob varia maleficia tantum ſubditorum incurrit odium, ut provinciam tranſituro trecenti armati ſe opponerent, qvibus impar, ſalutem fuga qvæſivit. De Thorſteino & Andrea hoc loco nihil dicendum habemus, ſed paulo infra utriusqve mentio erit injicienda.

§. 9.

Exacto triennio, Qvatuorviris ſucceſſurus adeſt Smidus Andreæ, vir improbus & neqvam, qvem alii Botolfi Andreæ, de qvo ſupra ad Annum 1342. egimus, fratrem, alii cognatum fuiſſe ſcribunt. Hic, ut tum temporis more receptum fuit, Islandiæ tributa per triennium conduxerat. Provinciam intrans, qvod Anno 1360. factum eſſe videtur, in Arnam Theodori incidit, cum qvo contra Jonam Guttormi fœdus icit, qvod tamen haud diu duravit; nam paulo poſt, cum Jona, contra Arnam conjuravit, & ab eo incitatus, Arnam Anno 1361. invaſit, captumqve, licet ad Regium appellaret tribunal, omniaqve, qvæ exigebantur, promitteret, in foro Lambeyenſi ſecuri percuſſit, cauſſans, eum ibidem Marcum Barcadi filium inſontem occidiſſe. Hinc confeſtim, verbo, ut ob ſeditionem contra Epiſcopum Jonam Skalle motam, ſed revera, ut Jonæ Guttormi illatam injuriam in borealis qvadrantis incolis vindicaret, tractum Eyafiord ex improviſo invadit, ſedemqve Grundæ figit, abſente hero ſeu domino loci Einaro Eirici filio, ut & plurimis colonorum, qvi more regionis, circa initium menſis Julii, ad coëmendum ſeqventis anni commeatum, in regiones auſtrales proficiſci ſolent. Uxor Einari, virago celeberrima nomine Helga, (ſed communiter dicta *Grundar Helga*) inſpe-

() *Kroſſreid* vocatur ab Annalium ſcriptoribus maleficium Marci Barcadi filii, qvi cum uxore, in qva præter corpus, nil fuit muliebre, & duobus filiis, Ormum, Kroſſi in Landeyis habitantem, domi ſuæ incautum invaſit, & multis inflictis plagis lethaliter ſauciavit: ob qvod in foro Lambeyenſi, a duodecim judicibus morti addictus fuit, & juſſu Arnæ, ſupremum gerentis Magiſtratum, ſecuri percuſſus.

ratos hofpites digne excipere geftiens, laute cibatos & bene potos dimittere qvidem voluit, fed ab iis audiens, non prius abituros qvam cum ipfa, ejusqve famulabus & ancillis concubuiffent, bene eos hac de re fperare juffit, fed paulisper tantum exfpectare, dum fuis aliqvid mandaret & res domefticas ordinaret, enixe petiit, qvo impetrato, circumcirca emifit, qvi inqvilinos, opiliones, bubulcos & qvosvis obvios propere congregarent, qvi ubi convenerunt, qvidam enfibus, qvidam fuftibus, qvidam vero clavis ferreis, fpiculis obfitis armati, ipfius heræ juffu & ductu, hospites plerosqve fomno vinoqve fepultos invadunt, acriqve commiffo prælio 14. viros, atqve in his Smidum ipfum ac Jonam Guttormi interficiunt. Factum hoc Anno 1361. aut ut qvidam volunt 1362. 8. Idus Julii.

§. 10.

A morte Smidi usqve ad Annum 1364. Præfectura Islandiæ vacasfe videtur; Eo autem anno Thorfteinus Ejulfi & Olaus Petri eandem capeffiverunt, & uno tantum anno retinuerunt, nam Anno 1365. uterqve una cum aliis Magnatibus ad exteros abierunt. De Olao nihil eft qvod referri qveat, nifi qvod 1376. qvadrantis borealis aut Præfectus fuit aut Nomophylax. Sed cum Thorfteini hic jam altera vice mentio fiat, de præcipuis viri fatis & geftis aliqvid dicendum cenfemus (a). Anno 1356, prima vice, ut videtur, ad exteros abiit, fed 1358. Præfectura qvadrantis occidentalis ornatus revertitur, eamqve per triennium geffit. Anno 1361. illis fe adjunxit, qvi Epifcopum Jonam Skalle abdicarunt, inqve eum infurrexerunt, cumqve factionis complicibus in navigio qvod fabricari curaverant Anno 1362. enavigavit; fed a pirata qvodam Hreidaro Darre captus & carceri inclufus fuit, usqve dum juffu Regis Magni Smeck, e Dania a nuptiis filii revertentis, libertate donatur, & denuo ab eodem Anno 1364. Islandiæ præficitur. Anno 1367. Thorfteinus peregre ivit, forte a Rege Magno gratiam novam impetraturus, qvod tum fruftra fuit, nam Magnus id temporis captivus Holmiæ detinebatur, ipfeqve Thorfteinus a Lubecenfibus capitur, Lubecamqve abductus in carcerem conjicitur. Inde, poft aliqvot menfium captivitatem liberatur, denuo

(a) Vid. *TORFÆI Hift. Norv.* Tom. 4. libr. 10. pag. 494. 497.

denuo in Scania ab Henrico Comite (a) capitur, & Lundum abducitur, ſed ab Alberto Veciæ Rege libertate donatus, in Norvegiam proficiſcitur, totiusqve Islandiæ Nomophylax ab Hacone Rege conſtituitur, qvod officium ad Annum 1375. retinuiſſe videtur; eodem enim Norvegiam petiit; ſeqvente autem reverſus, borealis & occidentalis plagæ Nomophylacem egit, idqve ad Annum 1401. continuavit. Sunt, qvi eum Anno 1387. Andreæ Svenonio Præfecturam eripuiſſe autumant, ſed ſuam ſententiam ſufficientibus argumentis firmare neqveunt: Probabiliora proferunt, qvi, poſt mortem Ericii Satrapæ Regii, ab Anno 1388. usqve ad 1390. loco Præfecti fuiſſe ſcribunt. Tempus & genus mortis incerta qvidem ſunt, ſed qvod in epidemica illa peſte, qvæ Annis 1402. & 1403. Islandiam vaſtavit, perierit, valde ſit veroſimile.

Litr. A.

(b) Magnús med gudz nád noregs ſuía ok ſkáne kóngr ſender öllum mönnum á Islandi-kuediu guds ok ſína. Herra Haukr. (Erlendsſon) Herra Ketill. (Þórláksſon) ok Snorri lögmadr (Narfaſon) ok marger gódir (dugandi) menn ſem-wer letum til vár kalla tedu oſs med breſum nordlendinga af hálfu (þegnanna ok) almúgans her med ydr um ýmiſſa afdráttu ok þuínganer er biſkup ok adrer lærder menn gordi ydr móti

 lögum

(a) Qvisnam fuerit Henricus Comes, qvi noſtrum captivum tenuit, non conſtat. Conjicere licet, aut fuiſſe Henricum Ferreum Holſatiæ Comitem, qvi Magno Regi & ejus filio Haconi, ob deluſam & repudiatam Eliſabetham Holſatiæ Principem, eorumqve ſubditis infenſus fuit. Aut Henricum Ducem Megapolitanum, Alberti Regis fratrem, qvi tum temporis forte in Scania fuit. Prima autem vice, ſeu Anno 1362. captus fuiſſe videtur per Hreidarum Darre, juſſu Haconis Norvegiæ Pro-Regis, qvi eum forte necis Smidianæ inſimulavit, at, a patre, qvi Thorſteino ſemper propitius fuit, abſolutus & nova Præfectura ornatus.

(b) *Id eſt:* Magnus Dei gratia &c. Dominus Haukus Erlendi, Ketill Thorlacius, & Snorrius Thorlacius, nomophylaces, pluresqve integerrimi viri, qvos ad nos evocavimus, literis plebis qvadrantis ſeptentrionalis de variis gravaminibus modisqve bona acqvirendi, legibus veteriqve conſvetudini adverſantibus, qvos Epiſcopi aliiqve eccleſiaſtici novo exemplo induxerunt, graviter qveſti ſunt, qvod nimirum eas eccleſias, qvas medias vocant, jamqve aliqvantiſper vindicarunt, ut & portionem piſcium cetorumve,

lögum ok landzrett um hálfkirkiur ok (tíunder) at biſkup vili taka til ſín ok kirkna ſinna afgiafer af fiſkum ok huôlum er veidder werda edr fluttir á löghelgum dögum. ok taka af fátækum mönnum. Sua ok allá þá tíund er minni er en eyrer ok fátæker menn eigu at hafa vili biſkup til ſín taka. ok um kriſtzfe er biſkup vill enn taka af fátækum mönnum ok þeirra umbodsmönnum. Vilium wer med eingu móti ſlíka óhlýdni ok rángindi leingr láta hlýda. fyrirbiódum wer biſkupum ok lærdum mönnum. at ſeilaz á þegna vára móti lögum ok landzins (fornri) ſidueniu. Suo ok þó at hólabiſkup. viſiteri um huert ár ſitt biſkupsdæmi þá vilium wer at hann komi í huern lögrepp ſem forn lög vatta. ok giſti at annarri huerri ſóknarkirkiu utan bændr vili framarr. Biódum wer þegnum várum ok öllum almúga á at ſtanda ok hallda rettindum ſínum ok öllum nefndum articulis ſem (epter því ſem þeir vita) at fornu hefer verit Biódum wer hirdſtiórum várum riddarum ok hird varri ok öllu landzfólkinu (öllum landz formönnum) at ſtyrkia þegna vara ok bodſkap epter því ſem þer vilit ſuara fyrir gudi ok oſs. þvíat oſs mislíkar ef þer gerit æi ſua. Var þetta bref giört í Biörguín ſex nóttum epter Bótólfsvöku á fyrſta ári ríkis vors ok innſiglat oſs hiáveröndum.

Litr. B.

(b) Magnús med gudz nád &c. Ver biódum ydr fullkomliga med þeſſu váru brefi at þer ſed kirkiunni á Iſlandi ok hennar formönnum lýdner

---

torumve, qvi diebus feſtis vel capiuntur, vel transportantur: qvibus pauperes hoc modo ſpoliantur. Decimas qvoqve infra oram, ſeu unciam, egenis debitas, Epiſcopi ſibi vindicent, nec non dicatos Chriſto reditus, *Chriſtfe* appellatos, pauperibus pariter ab Epiſcopis vel eorum curatoribus ereptos. Cum itaqve tantam contumaciam & injuriam diutius pati nolimus, interdicimus Epiſcopis eccleſiaſticisqve noſtros ſubditos contra legem moremqve receptum gravare. Et qvamvis Epiſcopus Holenſis diœceſin ſuam qvotannis luſtret, placet tamen ut curiatim provincias ſecundum leges veteres adeat, perqve vices eccleſias ad hoſpitia deligat, niſi ruſticis eum freqventius excipere placeat. Civibus igitur noſtris, univerſæqve plebi imperamus, ut jura ſua, articulis præfatis comprehenſa, tueantur ſecundum inveteratum uſum, imperamusqve aulæ noſtræ Magiſtris & Eqvitibus, Aulicisqve & Præfectis, hanc noſtram conſtitutionem ad effectum promoveant, prout rationem Deo nobisqve reddere tenentur; certo ſcientes diſpliciturum nobis, ſi ſecus faciant. Datum Bergis, ſex noctibus poſt feſtum Botolphi (anno regni noſtri primo) nobisqve præſentibus obſignatum.

(b) *Id eſt:* Magnus Dei gratia &c. His noſtris literis ſtricte vos jubemus, ut Eccleſiæ Iſlandicæ

lýdner ok epterláter í öllu því sem þer eigit þeim skynsamliga at lúka. En fyrerbiódum wer fullkomliga öllum várum þegnum under nockurar sekter edr álögur at gánga framarr en kristinsdóms rettr vattar. Biódum wer sýslumönnum várum ok handgengnum mönnum ok lögmönnum at þer styrkit þegna vára til laga ok rettinda epter því sem vattar skipan (virdoligs) herra Hákonar módur födur várs er sua byriar. *Þenna hátt hæfer sýslumönnum* (*).

Litr. C.

(c) Magnús med gudz nád Noregs Svía ok Skåne kóngr sender öllum þeim sem þetta bref siá edr heyra kvediu gudz ok sína. Ver vilium at þer viter at gudi allzvolldigum til heidrz ok hanz signudu módur meyu mariu ok öllum gudz helgum mönnum. Þá tökum vier heilaga Hólakirkiu ok virduligan herra ok andligan faudur ok vin vorn þann hinn kiæra herra Orm med gudz miskunn biskup at Hólum á Islandi. sueina þá hanz sem hann helldr dagliga á sinn kost ok jardir. garda. skip. kaupeyrir. skóga. fisk. fuglver. reka. ok allan varnad. ok gódz þat sem hann ok kirkian ega. edr egandi verda í landi ok lausum eyri. hvert sem þat er í meira

---

Islandicæ & ejus antistitibus obseqvium & obtemperantiam præstetis in omnibus qvæ illi jure præstare debetis. Stricte autem omnibus nostris subditis prohibemus, ne ullas multas aut onera præter tenorem juris ecclesiastici subeant. Prætores nostros, nostrosqve homines & Nomophylaces, ut subditos nostros ad jus & justitiam obtinendum adjuvetis jubemus, ex (illustris) Domini Haqvini avi nostri materni, Constitutionis præscripto, cujus hoc est initium: *Hunc modum in conservando civium jure & aliorum &c.*

(*) Vid. supra cap. 4. pag. 419.

(c) *Id est:* Nos Magnus Dei gratia Norvegorum, Svecorum, Scanorumqve Rex, cunctis præsentes literas inspecturis audituris qve, a Deo salutem! Vos ignorare nolumus, qvod nos in honorem Dei omnipotentis, beatæ Matris Virginis ejusqve Sanctorum, sanctam Ecclesiam Holensem venerabilemqve Dominum & patrem spiritualem Nobis amicissimum dilectum Ormum Divina Clementia Holensis in Islandia dioecesеos Præsulem, ejus, qvos proprio sumtu sustentat, famulos, fundorum conductores, prædia, villas, navigia, mercedes, sylvas & loca, sive piscatu, sive aucupio, sive deniqve oceani rejectamentis lucrosa, cum universis ad illum Cathedramve pertinentibus bonis

í meira lut edr minna. lögliga í gudz valld. vora vernd ok kóngliga traust. til allra rettra mála. fullkomliga fyrerbiódandi hvorium manni. hverrar stettar edr tegundar sem hvor er. kirkiunni edr honum edr hanz sueinum fyrrnefndum edr hanz varnadi ok gódzi kirkiunnar nockurar ránligar ágaungur at veita. nema hvor þat giorer vili sæta af oss reidi. ressíngum. ok þúngum áfarkostum. ok svara oss þrettán morkum í brefabrot ok fridkaup. ok þeim fullretti sitt epter lögum er brotit er vid. ok hálfcaukit saker þessa vors varnadarbrefs. So vilium ver ok at aller menn viti at ver höfum þá skipan ágiort. at herra Ormr fyrrnefndr skal siálfr hafa ok taka einfalldan sakeyri af sínum dagligum sueinum utan aleygumál. vor þegngillde. brefabrot. ok fridkaup. Biódum vier öllum mönnum. einkannliga sýslumönnum. lögmönnum. handgengnum mönnum vórum. ok umbodzmönnum. at þer stirkit kirkiuna fyrrnefnda. ok herra Orm biskup. gódz hanz ok varnat. ok sueina hanz fyrrskrifada því ollu framar til laga ok rettinda bæde um logligar skullda heimtingar ok adra luti. vid hvat manna sem þar er at skipta at ver hofum kirkiunni ok honum þetta varnadar ok gódzbref vort gefit til stirkz ok verndar. ok látit þeim þess niótandi verda sem þer vilit hafa þock af oss ok ofusu. Er þetta fullkomit bod vort at þer lúkit med greidskap optnefndum herra Ormi biskupi allar rett-

---

nis mobilibus & immobilibus, sive majora sive minora sint, possessis & possidendis, in divinam potestatem, Nostram tutelam & Regiam fidem juste tuenda legitime recipimus, prohibentes singulis, cujuscunqve sortis ordinisve esse possunt, Cathedram ejusve facultates, ipsum Episcopum, præfatos illius clientes vel familiam nefarie aggredi, nisi a Nobis indignationem, pœnam & graves animadversiones exspectare, tredecim marcarum mulcta, mandatorum Nostrorum transgressionem expiantes pacem redimere, legitimamqve pro dignitate læsi & ob hujus Diplomatis violationem dimidio majorem satisfactionem præstare maluerint. Omnesqve scire cupimus eam Nostram esse dispensationem, ut laudatus Ormus a familiaribus suis satellitibus expensas pro delictis, exceptis homicidio, mandatorum & securitatis violatione, & qvæ facultatum universarum publicatione sunt mulctanda, levioribus pecunias solus retineat. Mandamus præterea universis, imprimis provinciarum Præfectis, Nomophylacibus, Optionibus Nostris & Nomarchis, ut prædictam Ecclesiam, Dominum Ormum Episcopum, cum sua familia & clientibus in jure suo exseqvendo, postulatisqve legitime obtinendis, citra eorum respectum ad qvos res pertinet, tanto libentius adjuvetis, qvanto certiores de nostra gratia & commendatione esse desideratis. Operam dantes ut præsidio Nostri & tutela qvæ Ecclesiæ ipsiqve his literis salvi conductus addicimus, inoffensus fruatur. Jubemus etiam serio, ut Ormo Episcopo omnia legitima qvæ decem

rettgiorvar ſkullder til tíu marka. edr tíu mörkum ſtærra. ok hafit lokit innan mánadar frá því ſem þer verder krafder. ſuo framt þer vilit ei oſs ſvara fiórum morkum í brefabrot. ok þó rett gora at ſídar ſe. Þetta bref var gort í Oſló. friádagin næſta fyrir Gregoriusmeſſo á tuttukta ok ſiaunda ári ríkis vors. Herra Arni Aſlákzſon Cantzelleri vor innſigladi oſs ſiálſum hiáverondum.

Litr. D.

(d) Magnús med gudz nád Noregs Svía ok Skáne kóngr ſender öllum mönnum í Hóla biſkupsdæmi á Islandi ſem þetta bref ſiá edr heyra kvediu gudz ok ſína. Góder menn hafa ted oſs ok voru rádi nú nærſtum er vær ſialfer vórum í Biorgvín ydra miög hardliga framſærd ok mezta háſkaliga til ydra ſálu. ef ſuo ſannprófadiz ſem oſs er kunngiort. at þer hafver med ſamhæillde ok oſmikilli dirfd í ólýdne fallit móti gudz retti ok heilagri kirkiu í því at þer hafver í almenniligo þingi ſamtök giort móti ydrum andligum faudr ok formanni heilagrar kirkiu. ſem er vor kiæri vin. virdoligr herra Ormer med gudz nád biſkup í Hólum. ſuo at þer viler ráda hanz færdum ok fólke. þeim tíma ſem hann ſkal ydar heilagri Hóla kirkiu

decem marcarum valorem perficiunt, debita intra proximi ab exactionis die menſis exitum, ſine tergiverſatione ſolvatis, modo decem marcis neglecta Noſtræ diſpenſationis compenſato ad indicta nihilo minus præſtanda obligari non vultis. Datum Oſloæ proxima die veneris ante feſtum Gregorii. Anno regni 27. ſigilloqve a Cancellario Noſtro Arna Aſlaki Nobis præſentibus corroboratum.

(d) *Id eſt:* Magnus Dei gratia Norvegiæ Sveciæ & Scaniæ Rex, omnibus diœceſeos Holanæ in Iſlandia incolis, has literas viſuris vel audituris ſalutem Dei & ſuam mittit. Jam pridem cum Bergis præſentes eramus, viri boni Nobis & noſtro Senatui admodum truculentam veſtram converſationem, veſtræqve animæ, ſi revera ita obtinet, maxime periculoſam enarravere; Nobis ſcilicet relatum eſt, conſpiratione & nimia temeritate vos contra jus divinum & ſanctam eccleſiam refractarios factos eſſe, eo qvod in foro generali contra ſpiritualem veſtrum patrem, & ſanctæ eccleſiæ antiſtitem, qvi noſter eſt dilectus amicus, reverendum Dominum Ormum, dei gratia Epiſcopum Holenſem, conſpiraveritis, ita ut ejus profectionibus & famulitiis, qvo tempore ſanctæ eccleſiæ Holenſi & officio chriſtianiſmi vacare debuit, modum præſcribere

kirkiu ok kriſtindómſins embætte vera. Nú ſaker þeſs at oſs hæfer med aungo móti þvílíka ólýdni þola. ok allra ſízt at rett kriſtni ok heilagrar kirkiu frelſi mínnki edr krenkiz á vórum tímum því bíódum vier yder ollom ſaman ok ſærliga hvorium í ſinn ſtad. at þer værer í allri þeirri laga-lýdne vider herra Orm fyrrnefndan ok adra lærda menn. hanz umbodz-menn her í biſkupsdæminu. ſem Hólakirkia ok hennar formenn hafa haft her til fyrrmæir á dogum vorra forelldra konúnga í Noregi med ollom þeim fridi ok friálſi ſem kirkian á Hólum ok hennar formenn hafa haft her till. fyrr en þer byriader þeſſa ólýdni. ok bíódum vier fullkomliga Benedi't Kolbeinsſyni ok Kolbeini ſyni hanz heim at Seilu. Nicolaus at Flatatúngu. Arna á Silfreksſtadom. Magnúſi á Svalbardi. Sigurdi mági hanz. Petri Lögmanni ok Kálfi bródur hanz. at þer kamer til var eder varz Drottſæta í Noregi í fyrſta ſkipe ſem genger af Iſlandi frá þeim daghe ſem þer hafver ſeit eder heyrt þetta vart bref. ok ſvarer retto epter landz-loghom um þau málefni ſem ſara á millum herra Orms biſkups ok ydar. vitandi till ſandz at ef þer hindre Hólakirkio friálſe. æder herra Orms biſkups rentur. eder inngiolld. tíender eder adra luti ſem kirkiuna í Hólum vardar hedan í frá till þeſs daghs. þet er ord ógilt millom ydar er í Norveghe fyrer kirkiunnar formanni í Nidaróſi ok fyrer vorum Drottſæta ok ríkiſins rádi. ef vær ſiálfer erum ei innanlandz. at þeir aller ſem í því ſam-

---

bere volueritis. Cum igitur talem contumaciam ferre neutiqvam nos deceat, minime autem ut noſtro tempore libertas ſanctæ eccleſiæ diminuatur vel violetur, qvare vos omnes & ſingulos jubemus, ut omnes prædicto Domino Ormo, & aliis clericis, ejus in eadem diœceſi mandatariis, legibus debitam obedientiam præſtetis, qvam eccleſia Holenſis & ejus antiſtites hucuſqve diebus anteceſſorum noſtrorum Regum Norvegiæ olim habuere, unacum libertate & privilegiis, qvæ eccleſia Holana & ejus antiſtites uſqve qvo vos hanc contumaciam exorſi eſtis, habuere; Stricte qvoqve præcipimus Benedicto filio Kolbeini, & Kolbeino ejus filio Seilæ habitantibus, Nicolao de Flatatunga, Arnæ de Silfreksſtadis, Magno de Svalbardo, Sigurdo ejus affini, Petro Nomophylaci, & ejus fratri Kalfo præcipimus, ut ad nos noſtrumve in Norvegia Proregem prima adveniatis nave, qvæ poſt illum diem, qvo has noſtras literas videritis vel audiveritis, de Iſlandia ſolverit, & ſecundum jus terræ de cauſis inter vos, & Dominum Ormum Epiſcopum diſceptatis, jus præſtetis & jure vobis cum agatur; Certo ſcientes, qvod ſi libertatem Eccleſiæ Holenſis ſive reditus vel proventus Domini Ormi Epiſcopi, decimas vel alias res, qvarum Eccleſiæ Holenſis intereſt, exhinc impediveritis, uſqve ad diem qvo ſententia inter vos in Norvegia feretur coram Eccleſiæ Nidaroſienſis Antiſtite, & coram Prorege noſtro, & Senatu regni, ſi nos

samhelldi ero ok sva þer fyrrnefnder menn ef þer fyrernemist at koma til Noregs ok svara rettu um þesse málesni. at hvor einn af yder skal svara fullri landrádasok vidr oss ok kirkiuna í Norveghi. Þetta bref var giort í Biorgsvín hálfom mánadi fyrer Bótólfs voku á þrítugasta ok einu ári ríkis vars. Herra Arni Aslákzson Cantzelleri vor innsigladi oss siálfum hiáverondum.

Litr. E.

(e) Magnús med guds miskunn &c. Ymissir góder menn af Islandi ok sua í Noregi hafa ted oss at bændr ok ríker menn her á landinu hafa skyllduger wordit biskupum (kirkiunum) bædi nordan landz ok sunnan (á Islandi) gódz ok penninga bædi fyrir okr ok tíundargiorder úrettligar er kirkiunnar formenn hafa þá umkærda. þó at þar hafi æi opinberr órskurdr á fallit saker undandráttar wid oss. þvíat wer ættim hálfa sektina. Nú af því at wer vilium med eingu móti slíka úhlýdni þolaz láta kirkiunnar (krúnunnar) vegna. vilium wer ok biódum fullkomliga ydr ollum samt ok serliga huerium huat manna sem er. sá er fyrir (okr ok) tíundarmál hefer sína penninga wtlátid wid biskupa edr þeirra umbodsmenn at antuardi ok upplúka hirdstióra várum her sua mikit gódz sem þer

Iii 2 líkit.

nos ipsi intra regni terminos constituti non fuerimus, ut omnes hujus conspirationis participes, & vos prædicti viri, si in Norvegiam iter facere, & hac in re jus præstare supersedeatis, unus qvisqve vestrum proditionis in nos & Ecclesiam Norvegiæ reus esto. Datæ sunt hæ litteræ Bergis, dimidio mense ante vigiliam Botolfi, anno regni nostri tricesimo primo. Dominus Arnas Aslaki filius, Cancellarius noster sigillum appendit nobis præsentibus.

(e) *Id est:* Magnus Dei gratia &c. Plures boni viri de Islandia, ut & in Norvegia, nobis retulere, qvod coloni & viri in ista terra magnates, debitores facti sint Episcoporum (ecclesiarum) tam in septentrione qvam australi parte (Islandiæ), bona illis (*solvturi*) ob usuram, & corruptam decimationem, qvarum antistites ecclesiarum eos insimulavere, qvamvis nulla sententia publica lata sit, qvæ nostri ergo dilata fuerat, eo qvod dimidium mulctæ nobis cedere debuit. Cum igitur talem in ecclesiam (coronam) contumaciam neutiqvam tolerari volumus, mens nostra est, & stricte jubemus vos omnes & singulos, cujuscunqve conditionis sit, qvi ob (usuram &) causas decimarum Episcopis aut eorum procuratoribus pecuniam numerarunt, ut satrapæ nostro, qvi ibidem est, tantundem bonorum exsolvatis & tradatis, qvantum ecclesiæ expenditis,

lúkit. kirkiunni. ok hafit þetta gort innan þriggia mánada. edr rád fyrir gort fua at honum nægi varra vegna. fídan þer hafit heyrt þetta várt bref. edr fýner honum med logmanz hiáveru prófafullt fkilríki at þer erut fak-laufer med ofs her um. ok hafer þat gort innan þerfa tíma. En huerr af ydr er æi gerer fua. fkal fuara ofs átta ertogum ok þrettán morkum í brefa brot. Biódum wer hirdftióra várum her at ftefna huerium fyrir ofs. þeim er æi vill þetta várt bod ftanda tólf mánada ftefnu til bágahws med fínu prófi ok fkilríki. Skulum wer fua at fiá at þeim ok odrum til vidfiónar werdi off þvílíkan úrett at gera. Þetta bref war gort á bághús. á þrítugta ok fiórda ári ríkis várs ok innfiglat ofs fiálfum hiáwerandum.

Litr. F.


(f) Magnús med gudz nád noregs fuía ok fkáne kóngr. fender öllum mönnum í Hóla bifkupsdæmi þeim fem þetta bref fiá edr heyra qvediu gudz ok fína. Vær vilium at þer vited at heidurligr herra ok vor andligr fader herra Ormr med guds nád bifkup á Hólum kom ok kiærde fyrir off. at ymfir menn í hanz bifkupsdæmi vilia eigi giora fínar tíunder epter því fem þeir eru gudi fkylduger ok heilagri kirkiu. bædi af

ditis, qvod intra fpatium trium menfium ex qvo has noftras literas audiviftis præftate; aut cautione, qva noftro nomine contentus fit, cavete, aut etiam præfente Nomophylace vos hujus rei in nos infontes effe, documentis authenticis probate, qvod intra prædictum tempus factum efto. Qvi vero fecus fecerit, ob violationem mandatorum nobis octo ortugos & tredecim marcas folvito. Satrapam noftrum ibidem (*conftitutum*), ut qvemcunqve his mandatis ftare recufantem, citatione duodecim menfium, ad nos una cum ejusdem probationibus & documentis (*producendis*) evocet, jubemus. Curabimus tunc, ut in iftis & aliis fimilibus defraudatoribus exemplum ftatuatur. Datæ funt hæ literæ Bahufiæ anno regni noftri tricefimo qvarto, & nobis præfentibus obfignatæ. *Exfcripta eft hæc Conftitutio e Codice in* Folio No. 351, *collata cum exemplari noftro chartaceo, cujus variantes lectiones femicirculis includuntur.*

(f) *Id eft:* Magnus Dei gratia Norvegiæ Sveciæ & Scaniæ Rex, omnibus diœcefeos Holanæ incolis has literas vifuris vel audituris falutem Dei & fuam mittit. Notum vobis effe volumus, qvod reverendus dominus & fpiritualis nofter pater Dominus Ormus Dei gratia Epifcopus Holenfis ad nos venit, & coram nobis conqveftus eft, multos in ejus diœcefi viros decimas de captura dierum feftorum & aliis rebus pro ut Deo

af heilagra daga veidum ok ödrum lutum. Svo ok at þer vilit ei láta hann hafa visitationem epter kristinnlagarette. Ok af því ver vilium einkis manns rett kreynkia allrasíst heilagrar kirkiu ok hennar formanna. helldr stirkia ok stadfesta til allra gódra luta. því er þat vort fullkomit bod ok sannr vili at þer giorit ydar tíunder á hveriu áre epter landzins logum ok kristinsdómsrette. epter því sem serhvor ydar vill fyrir gudi ok oss forsvara. ok halldid biskupinum visitationem ok reidskióta epter því sem lögbók vottar. Svo vilium ver ok ad sá kristinsdómsrettr sem geingr sunnanlandz at hann gángi um allt landit. Ok fyrerbiódum ver hvorium manni epter odrum rett at sækia. nema hvor sem fyrirnæmist at eigi gierer epter því sem nú hofum vier bodit. edr nockur ónádar Hólabiskup móti frelsi ok retti heilagrar kirkiu vili svara oss átta ortugum ok þrettán merkr í brefabrot. ok honum fullretti sitt tvíaukit epter lögum ok dómi. epter því sem hanz verndarbref votta sem vier hofum honum gefit. Þetta bref var giort í Biorgsvin sunnudagin fyrstan í vetri á siötta ok þrítugasta ári ríkis vorz. Herra Ormr Eysteinsson Secreter vor inncigladi.

Deo & sanctæ Ecclesiæ debent, solvere recusare, ut & ejus visitationi secundum jus ecclesiasticum vos obsistere. Cum igitur neminis, multo autem minus sanctæ Ecclesiæ & ejus Antistitum jus violare, sed in omnibus bonis rebus adjuvare & confirmare velimus; nostrum est serium mandatum & vera voluntas, ut decimas qvotannis secundum jus terræ & ecclesiasticum, prout unusqvisqve vestrum coram Deo & nobis defendere sustinebit, expendatis, & ex præscripto Codicis Legum visitationem & eqvos Episcopo præstetis. Volumus qvoqve ut jus illud ecclesiasticum qvod in australi terræ parte observatur, etiam per totam terram valeat, & unicuiqve secundum aliud jus actiones instituere prohibemus, nisi qvicunqve qvi hæc nostra mandata observare detrectaverit, aut Episcopum Holanum contra libertates & jura sanctæ ecclesiæ vexaverit, octo ortugos & tredecim marcas ob mandatorum violationem nobis, illi autem multam pro læsione existimationis duplam, legibus & sententia judicis determinatam, secundum tenorem literarum salvi conductus, qvas nos illi impertiti sumus, expendere maluerit. Datæ sunt hæ literæ Bergis, dominica prima hyemis, anno regni nostri tricesimo sexto. Dominus Ormus filius Eysteini, Secretarius noster sigillum appendit. *Exhibentur hæ literæ ex apographo qvod nobis est chartaceo.*



Cap. VI.

De Hacone Magni filio.

§. 1.

Haconem Magni filium in Norvegia educatum, & a patre, Norvegorum Regem circa Annum 1344. destinatum fuisse constat: plenarium tamen regimen, prius qvam pater captivus esset, non administrasse videtur, cum Edicta aut Rescripta eo tempore data, non ejus, sed patris nomine, exierint. Cum celeberrima septentrionis Semiramide, Margareta Valdemari III. Daniæ Regis filia undecenni, Anno 1363. conjugium, qvod Valdimarus solertia & artificio qvodam aucupatus erat, contraxit, & ex ea Anno 1370. filium Olaum suscepit. Patrem primo ipse, in arce Calmariensi, aliorum instinctu, captivum tenuerat, inde vero elapsum, & a Svecis denuo captum, qvovis modo liberare sategit, qvod tandem Anno 1371. adscito in societatem belli Valdimaro Daniæ Rege, & obsessa Holmia, iis adeptus est conditionibus, ut Regno Sveciæ abdicato, & solutis 12. marcis Coloniensibus, Magnus, qvoad in vivis esset, Scaniæ Ducatus reditibus sustentaretur. Qvid Islandis, qvod hic referri qveat, seu ad rerum ecclesiasticarum statum spectans, præstiterit, nihil in promptu est, nam transactiones cum Scotis & Orcadum Comitibus, ut & Edicta & Rescripta statum politicum concernentia, huc non pertinent. Postqvam solus regnare cœperat, vixit annos circiter 16, sed a prima Regis denominatione 36. Anno enim 1380. Cal. Maji decessit.

§. 2.

Anno 1366. Andreas Gislavi & Ormus Snorronis Islandiæ Præfecturam adepti sunt, tunc enim ab incolis homagium Haconi, qvi patri capto successit, præstandum exegerunt; Sed qvis ab eo tempore usqve ad Annum 1370. hanc provinciam ornaverit, incertum est, nec tamen omnino improbabile Ormum, supremam hanc Præfecturam cum Nomophylacis officio conjunxisse. Hic Andreas Gislavi est idem ille, de qvo supra Cap. 5. §. 8. paucis egimus.

§. 3.

§. 3.

Thorgautus Jonæ filius Anno 1370. totius Islandiæ Præfecturam adiit, eamqve biennio retinuit. Anno 1373. ad exteros qvidem abiit, sed 1374 iterum præsens, aliqvem magistratum gessit, tunc enim homicidam qvendam, Einarum Dynt ex monasterio Thingeyrensi extraxit, & vivum terræ mandari curavit, qvo facto, seu paulo post, ipse in viscera terræ descendit, nam 1375. mortuus est.

§. 4.

Anno 1372. Andreas Svenonis cum imperio provinciam ingressus est, qvod per 15. annos, ad 1387. continuasse videtur, nisi qvod Olaum Petri, de qvo supra, Cap. 5. §. 10. pauca attulimus, Anno 1376. Qvartæ boreali præfuisse colligimus. Anno 1377. post mortem Magni Smeck, Islandos Haconi, & itidem, post ejus obitum 1382. Olao ejus filio homagium præstare adegit.

Cap. VII.

De Olao Haconis filio.

Olaus natus est Anno 1370, & sextum agens annum, a Danis, mortuo avo materno Valdimaro III. Rex Daniæ proclamatur, matre Margareta regni habenas moderante. Patri in regno Norvegico, Anno 1380. successit, cujus exeqvias magnifice celebravit. Anno autem 1382. Islandi, ipsi homagium præstiterunt. Cum primus Daniam & Norvegiam solus rexerit & justo jure possederit, monarchiæ Dano-Norvegicæ constitutor haud immerito dici potest. Qvænam Islandis præstiterit beneficia (a), ob defectum Annalium dicere non possumus. Obiit optimæ spei

Rex

(a) Hunc eximia subditis, præsertim autem clero attribuisse privilegia, Doctiss. *ARNGRIMUS* in *Crymog.* asserit, sed qvænam qvaliaqve fuerint, non edisserit. Si similia aut paria Norvegis & Islandis, ac *PONTANUS Histor. Dan.* lib. 8. eum Danis dedisse scribit, qvæ ibidem legi possunt, non immerito eximia dicuntur; sed de hac re nihil ad nos pervenit.

Rex anno feculi 87. ætatis 17 (a). Sub hoc Rege, Andreas Svenonis Islandiæ Præfecturam geffit, de qvo fupra Cap. 6. §. 4. (b).

CAP. VIII.

De Margareta.

§. I.

Optimæ fpei Regi, filio adolefcenti, præmatura morte exftincto, in regnorum gubernatione fucceffit mater, celeberrima illa feptentrionis Semiramis, Margareta Valdimari III. Daniæ Regis filia, nata Anno 1352, qvæ anno ætatis 11. fed feculi 63. non fine technis & cavillatoriis patris artibus, ut qvidam volunt, Haconi Norvegiæ Regi conjugali copula affociata fuit, licet anno demum 1366, thorum conjugalem confcenfura, in Norvegiam tranfiret, cujus fructum unicum tantum habuit filium Olaum, qvi Anno 1370. hanc lucem afpexit. Ab Anno 1380, qvo marito orbata fuit, ad Annum 1387, qvo filius etiam ad plures abivit, una cum eodem regnavit, deinde autem fola ad Annum 1396. regni tenuit habenas. Anno 1388. Sveciam fubjugavit, & Albertum Sveciæ Regem captum, feptennio captivum detinuit, Anno 1397, celebrem illam Conftitutionem Calmarienfem, qva tria feptentrionis Regna, Da- nia

(a) *JOH. IS. PONTANUS* loc. cit. & *UNDALINUS Chron. Norveg.* aliiqve, dicunt, Olaum natum effe 1365. fed, ut puto, perperam. Cunjugium qvidem inter ejus parentes contractum fuit Domin. Qvafimodogeniti Anno 1363. anno ætatis Margaritæ undecimo; fed juxta *Annal. Flateyenf.* illa in Norvegiam non videtur tranfiiffe, prius qvam 1366. annos nata 14. Anno autem 1370. ætatis Margaritæ 18. natus eft Olaus, qvod etiam ftatuit Perilluftr. & noftra laude major *JOH. GRAMMIUS*, in *Emend. Hift. Waldim. III.* vid. Act. Societ. Reg. Scient. Havn.

(b) Rafno Botulfi, qvem celeberr. *TORFÆUS Hift. Norveg.* Tom. 4. pag. 508. dimidiæ infulæ Anno 1381. præfectum appellat, locus vix fupereft, nam tunc Andreas Svenonis Præfectum egit. Vid. fupra cap. 6. §. 4. Huic fide Annalium Anno 1387. Gudmundus Erici fucceffit, vid. infra cap. 8. §. 2. Sed Rafnus Nomophylax tantum fuit, mortuus Anno 1388. per ruinam, qvæ totam villam Langahlid, ubi vixit, fecum abftulit, teftimonio omnium, qvos nobis videre contigit, Annalium, qvibus confentit *ARNGRIMUS JONÆ* in *Crymogæa*.

nia ſcilicet, Norvegia & Svecia conjungebantur, effici curavit; Adoptato autem, circa Annum 1396, Erico Pomerano, Anno 1412. in navigio ex Holſatia in Daniam tranſitura obiit, cum ſapienter moderateqve annos circiter 32. regnis præfuiſſet. Circa Annum 1392. Edictum in Islandiam miſit, in qvo agit 1) De debitis pauperum, qvi ab homicidis necantur. 2) De exulum poſſeſſionibus. 3) De illorum pœna, qvi adulteras aut ſangvine junctas, primo ab urant, & deinde ſibi adſciſcunt. 4) De illis, qvi viva adhuc uxore, aliam eidem ſuperinducunt. Plura autem, ſi exſtiterunt, ad nos non pervenerunt.

§. 2.

Anno 1387, qvo obiit Rex Olaus, Andream Svenonis filium in Islandiæ Præfectura excepit Ericus Gudmundi, qvi Anno 1385, una cum Gudmundo Ormi Theodorum Jonæ occiderat, qvi, qvid in officio geſſit, nos latet, perbreve enim tempus duravit, nam 1388. ipſe occiſus fuit, cujus poſt necem Thorſteinus Ejulfi, ut ſupra §. 10. cap. 5. innuimus, ad Annum 1390, Præfecti locum tenuiſſe videtur.

§. 3.

Vigfuſus Ivari Holm Anno 1389. Islandiæ præfecturam adeptus, & in provinciam tendens, apud Færoënſes hyemare coäctus eſt, unde in Islandiam Anno 1390. transmiſit. Ejus in officio geſta ad nos non pervenerunt, præter contractum inter Biornum Hieroſolymipetam & Theodorum Sigmundi, ab ipſo & Thorſteino Ejulfi filio conciliatum Anno 1394; ut & Conſtitutionem de ſervitiis, qvæ ad calcem codicis *Legum Islandicarum* impreſſa legitur. ed. 1709. pag. 475. Anno 1402, graſſante peſte, ad exteros abiit, ſed ſeqvente anno idem gerens officium reverſus eſt, qvod ad Annum 1405. retinuit, qvo, illi alter Vigfuſus Ivari Holm ſuceſſit. In vivis non fuiſſe Anno 1407, feſto Magni Comitis, inde concluditur, qvod Gudrida Ingemundi filia, ejus vidua, conſentiente filio Vigfuſo, pro ipſius ejusqve defuncti filii animarum ſalute prædium Holas, in tractu Grimsnes, ſacris uſibus tunc legaverit.

§. 4.

Huic alter Vigfusus, Ivari filius sufficitur, qvi annum agens decimum qvintum, una cum uxore Gudrida totidem annos nata Anno 1405. ex Færois, ubi hyemaverant, in Islandiam transmisit, & usqve ad Annum 1414. Insulæ cum imperio præfuit. Sed qvid in hoc officio utile gesserit, ad nos non pervenit, nisi in hunc censum venire debeat, qvod in celeberrimo nuptiali convivio, qvod Thorlevus Arnæ filius, cum Christina Biorni Hierosolymipetæ filia connubium iniens, instituit, in Cœnobio Vidoënsi hoc eodem anno promum ageret, & denuo, Anno 1408, cum Jonas Episcopus Skalholtensis primam caneret missam, solennemqve in rei memoriam, ut tum temporis mos erat, commissationem institueret, eodem officio fungeretur. Qvod in Islandia magistratum gesserit Anno 1413, ex juramento fidelitatis patet, qvod Richardo mercatori Anglo eodem anno expressit; Anno 1415, Præfectura amissa, cum ingenti (60. Lastis) piscium copia, magnisqve aliis, qvas corraserat, divitiis, in Angliam abiit; qvando inde reversus sit, tam incertum, qvam Anno 1429. hic eum fuisse & totius Islandiæ Præfecturam gessisse, certum est (a).

(a) Hunc Vigfusum Ivari Holm cum priore, plériqve confundunt, inter qvos etiam Doctiss. *ARNGRIMUS* in *Crymog.* pag. 234. Sed probe eos distingvit Auctor *Annal. Brev.* idqve optimo jure fieri, manifestum est ex Gudridæ Ingemundi filiæ, uxoris prioris Vigfusi, literis datis Anno 1407, ubi de marito suo, ut jam mortuo, loqvitur, & pro anima ejus, prædium Holas sacris usibus legat.



CAP.

CAP. IX.

De Archiepiscopis Nidarosiensibus, qvi hac tempestate loco Pontificis Romani Ecclesiæ Islandicæ supremum egerunt Inspectorem.

§. 1.

De Hacone.

Mortuo, circa Annum 1264. Einaro Smiörbako successit (a) Anno 1265. Hacon Osloënsis Episcopus, a Qvatuorviris Trundhiemensibus, Abbate Lysensi, Abbate Holmensi, Priore Prædicatorum, & Custode seu Primario Nudipedum, in qvos hac vice Clemens 4. nuper in solium Papale evectus, eligendi potestatem transtulerat, electus. Hunc Petrus Bergensis & Thorgilsus Stafangrensis, astante Olao Grönlandorum & Goitone Færoënsium Episcopis, in præsentia Regis, Reginæ, & totius Aulæ, Anno 1267. die Viridium, Pallium, qvod Roma Johannes Canonicus Nidarosiensis (hujus forte successor) adtulerat, d. 5. Januarii inducrunt. Paulo post, seu ipso Pentecostes festo, Hacon Jörundum Holensem consecravit, eundemqve Sigurdo Skalholtensi, ob ingravescentem ætatem, latissime extensæ dioeceseos negotiis impari, adjutorem constituit. Qvid aliud relatu dignum tanqvam Archiepiscopus egerit, nos fugit; eodem enim anno mortem obiit.

§. 2.

De Jona II. s. Rufo.

Anno 1268. Archicathedram ascendit Jonas, qvi sub ipsum Salvatoris festum Natale, Nidarosiam intrans, ipso templi Cathedralis festo natali, primam Archiepiscopalem cecinit missam; moxqve prædecesso-

 rum,

(a) Einaro mortuo, electus fuit Birgerus qvidam, ante ordinationem mortuus. Vide *SCHÖNNINGS* Trondhiemske Domkirkes Beskrivelse pag. 247. & Anhang pag. 3.

rum, Eifteini præfertim & Erici veftigia legens, difciplinæ ecclefiafticæ rigidiffimus exfecutor, Papocæfariæ fummus promotor, Regi contumax, laicisqve prægravis exftitit, Regios enim Miniftros, cæterosqve, ob minima qvævis delicta, aut graviter mulctavit, aut excommunicavit; Clerum vero & templa per fas & nefas ditare, curæ cordiqve ei unice fuit. Hujus rei primo in comitiis Froftenfibus hoc anno, deinde [etiam] in conventu Bergenfi Anno 1271. & iterum 1273, luculentum dedit documentum; ibidem enim pro tribunali fedens, caufas præbendarias dijudicaturus, Regi, fententiæ dicendæ jus negavit, nec nifi affefforis locum eidem concedere voluit, eoqve tandem contumaciæ & audaciæ proceffit, ut fibi & epifcopis, non tantum jura & leges dandi, fed etiam Reges creandi poteftatem arrogaret, qvæ controverfia priusqvam in Comitiis Tunsbergenfibus, Anno 1277, non potuit fopiri (a).

§. 3.

Vocante Gregorio 10. Epifcopis, Afkatino Bergenfi, Andrea Osloënfi, Eilifo Korti loco Arnæ Skalholtenfis, aliisqve Regni clericis, comitatus Anno 1274, Concilium Leontinum (Lugdunenfe) adiit, unde revertens, a Philippo Audace, qvi id temporis Gallis imperavit, perhonorifice excipitur, inqve honoris & amicitiæ fignum ingenti crystallo, cui infertus fuit ramus feu fruftulum fpinæ, ex Salvatoris, qvam qvondam paffus eft corona, donatur, aut, ut qvidam volunt, ad Regem Norvegiæ deferendum accepit, in cujus honorem, fi non per univerfam Norvegiam (b) faltim in diœcefi Nidarofienfi inftitutum fuit *Feftum Coronæ Spineæ*, qvod deinde 5. Idus Octobris, ingenti pompa celebratum fuit. Redux in patriam, Decreta Concilii divulgavit & executioni dedit, cujus præcipua erant capita: Saladinarum decimarum impofitio (c); Crucia-

tæ

(a) Acta illorum comitiorum, *Transactio* fimpliciter appellata, habentur fupra cap. 2. pag. 386. Confirmata funt Anno 1458. a Rege Chriftiano primo.

(b) *Verofimile videtur feftum illud per totam Norvegiam celebratum fuiffe, fruftulum enim fpineæ coronæ Bergis in templo Apoftolorum d. 9. Novembr.* 1274. *depofitum fuit, ubi æqve ac in diœcefi Nidarofienfi celebratum illud fuiffe oportet.* Qvam hujus rei confirmationem, ut & plures hujus Capitis notas illuftrantes debeo humanitati & eruditioni celeberr. *SCHÖNNINGII* Profeff. Eloqv. in Academia Eqveftri Sorana.

(c) *Decimæ Saladinæ* nomen trahunt a Saladino, famófiffimo illo Ægyptiorum feu Saracenorum

tæ contra Turcas expeditionis prædicatio: Promiſſio ſeu meritum vitæ æternæ proprio ſumtu militantibus, & id genus alia, nam in officii partibus peragendis impiger, ſatisqve vigilans fuiſſe videtur. Anno 1280. Concilium Nationale Bergis habuit, in qvo novum, qvod ab ipſo denominatur, & vulgo *Jonæ Archiepiſcopi Jus Eccleſiaſticum* audit, promulgavit, & Rege non reſiſtente, Norvegis obtruſit, ſtatuta qvoqve ſynodalia, præcipue contra brachium ſeculare, ibidem ſancivit, qvæ ſubditis obtruſa, diſſidium inter illum & Regios excitabant (a).

§. 4.

Arnæ Thorlaci filio, qvem Anno 1269. 3. Cal. Junii Epiſcopum Skalholtinum ordinaverat, e Norvegia diſcedenti, in mandatis dedit, religioſos qvosdam articulos Islandis ſervandos injungere, qvorum præcipui erant: 1) Ut in miſſa, cum caro & ſangvis Domini elevatur, & qvando ad ægrotos defertur, qvilibet manibus exaltatis in genua procumbat. 2) Matrimonium, niſi poſt trinam in templo coram concione proclamationem, nemo contrahat. 3) Scortatores, niſi concubinas aut dimitterent aut thori conſortes facerent, a Corporis Domini fruitione arceantur: 4) Res inanimatas elocare, indeqve uſuram capere, nemini liceat: 5) Multoqve minus laïcis templorum poſſeſſiones adminiſtrare aut Præbendarum uſus fructus percipere, conceſſum ſit. Anno 1280. Epiſtolam ſeu compendium qvoddam Juris Canonici a ſe conſcripti, & in Norvegia eodem anno divulgati, 35. cauſas anathematizandas continens, Islandis miſit (b); Eorundem Epiſcopis cum laïcis de jure & adminiſtratione

norum Imperatore, qvi Anno 1187. Terram Sanctam ſubjugavit, & Hieroſolymam cepit. Contra eundem Anno 1178. primo decreta fuit expeditio cruciata, & decimæ ex omnibus omnium monaſteriorum & templorum etiam facultatibus (ſolis exceptis, qvi cruce ſignati revera expeditiones ſubirent) qvod ſæpius deinde fuit repetitum. Conf. infra Sect. 2. cap. 1. §. 22. & Sect. 3. cap. 1. §. 9. 13.

(a) Vid. Breve Honorii ad Ericum Regem ſupra a nobis pag. 404. allatum, & §. ſeqv.

(b) *Jus Eccleſiaſticum*, qvod Jonas Archiepiſcopus circa Annum 1280. conſcripſit, & Norvegis obtruſit, cum illo, qvod Arnas Skalholtenſis Anno 1275. apud Iſlandos in leges inferri curavit, pleriqve confundunt, ſed injuſte, diverſa enim ſunt, licet valde ſint ſimilia. Illud qvod Perilluſtr. Hafn. Acad. Procancellarius, *PONTOPPIDANUS* ad calcem Tom. 1. *Annal. Eccleſ. Dan. Diplomat.* latine a Summo Viro *ARNA*

tione Præbendarum controvertentibus, auxiliares manus femper porrexit, præfertim in Conventu Bergenfi. Anno 1273, ubi Sighvato Halfdani Prædium Oddam & ingentem pecuniæ fummam, Einaro Thorvaldi Vatnsfiordum, Ketillo Lopti Hytdalum, aliisqve eorum patrimonia abjudicavit (a): Eidem Arnæ Epifcopo, ut *Novum Jus Ecclefiafticum* confcriberet & Islandis obtruderet, auctor exftitit, ipfumqve & Jorundum Holanum, ut Regia Edicta fuis adverfantia contemnerent, Regiisqve, ne latum qvidem ungvem cederent; Laïcis Præbendas extorqverent, renitentes vero anathematis fulmine percuterent, inftigare nunqvam deftitit.

§. 5.

Mortuo, Anno 1280. Regum manfvetiffimo Magno, communiter dicto *Lagabæter*, cujus infatigabilem patientiam Jonas diu exercuerat, fucceffit filius Ericus, qvem prius coronare, Regemqve folenni ritu proclamare noluit, qvam ex fua fententia jus jurandum ei extorferat, ad qvæ, aliasqve ejus molitiones Rex adolefcentulus in principio regiminis connivere neceffum duxit; fed procedente tempore & firmior factus, intolerandæ ejusdem arrogantiæ obviam ire & limites ponere cœpit, qvam ille auctoritatis imminutionem non ferens, una cum pluribus regni Epifcopis, Anno 1282, ad exaggerandam rei atrocitatem neceffarium ut videri voluit, fed revera voluntarium iniit exilium, in qvo Scaris Gothorum Anno 1283, animam exhalavit. Corpus ejus deinde in Norvegiam translatum, & Nidarofiæ in templo Cathedrali fepultum fuit, ubi miraculis ita inclarefcere a qvibusdam credebatur, ut Sanctis eum annumerare non dubitarent.

§. 6.

ARNA MAGNÆO, adhuc nec ætatis nec eruditionis, ut ipfe fatetur, maturo verfum, publico communicavit, eft ipfiffimum illud, qvod Arnas Thorlaci fvafu Jonæ Archiepifcopi confcripfit & Iflandis propofuit, ut & hodiedum in ufu eft, qvod cuivis diligenter conferenti patebit; fed *Jus Ecclefiafticum Jonæ Archiepifcopi* in Lingvam Danicam hodiernam verfum invenitur in *PAUS* Samling af gamle Norfke Love. Synodalia nobis hic & §. præced. memorata, qvalia ex Codice pergameno Biblioth. Magnæanæ No. 354. in Folio exfcripfimus, collata cum No. 351, cujus variantes circulis includuntur, ad finem hujus Cap. fub Litr. A. exhibentur, fed mutila effe videntur. Eorum initium alias fe habet in Codice membraneo dictæ Bibliothecæ in Qvarto No. 138, qvod igitur fub Lit. B. ibidem adferemus.

(a) Sententiam illam verbotenus exhibebimus infra Sect. 3. cap. 1.

§. 6.

De Jorundo.

A difceffu Jonæ Archiepifcopi per integrum fere fexennium Archicathedra Nidarofienfis vacabat. Electus qvidem a nonnullis fuerat circa Annum 1285. Narfus Bergenfis Epifcopus, fed cum aut oneri impar, aut honore indignus qvibusdam videretur, ab incepto deftitum eft. Deinde in Indridum qvendam, Mufis Bononienfibus id temporis militantem, qvondam vero Nidarofienfis Capituli membrum, virum acri & contumaci ingenio, qvi in diffidio Regis & Jonæ Archiepifcopi ita Regem offenderat, ut folum vertere confultum duxerit, omnium vota collimarunt. Cum autem Regi hujus electio fummopere difpliceret, onus & honorem, qvæ Rege invito adipifci difficile putavit, non imprudenter declinavit, & electione fua fponte ceffit.

§. 7.

Vacante Archiepifcopatu, Andreas Osloënfis Jorundum Hamarenfem & Dolgfinnum Færoënfem Anno 1286. facris epifcopalibus initiaverat; fed Anno 1288. idem Jorundus accepto Pallio archiepifcopali Archicathedram afcendit, vir multis & magnis corporis animiqve dotibus præditus, fed tam elati pervicacisqve ingenii, ut ejus tempeftatis Epifcopum decuit. Hic, qvam primum ecclefiæ gubernacula accepit, prædecefforis veftigia ad amuffim legens, cum Rege ejusqve Miniftris contentionis ferram reciprocare cœpit, qvorum non paucos anathematis fulmine percuffit, cauffans, eos in Jonæ Archiepifcopi exilium & perfecutionem confenfiffe; inter qvos fuit Jonas Brynjolfi filius, vir magni nominis & Regi percarus, Uplandiæ tum temporis Præfectus, cui inter alia objecit, qvod cum uxore in lecto Archiepifcopi condormire aufus effet, ideoqve ei facris interdixit.

§. 8.

Islandorum contentionum haud magis qvam anteceffor, otiofum egit fpectatorem, nam Electus tantum, fed nondum confirmatus, & anteqvam Pallium accepit, eorundem Epifcopis fcripfit, ut controverfiam de præbendis acriter exfeqverentur, easqve laïcis, five hæreditate, donatione,

tione, emtione, jure dotis, aut qvocunqve tandem nomine tenerent, extorqverent. Jus illud, qvod instinctu Jonæ Archiepiscopi Arnas concinnaverat Ecclesiasticum, a capite ad calcem confirmavit, & vim legis habere jussit, Regia autem Edicta & Rescripta eidem adversantia, & qvæ laïcis Præbendarum usum & administrationem permitterent, nullius esse valoris & pro nihilo habenda pronunciavit, qviqve eorum auctoritate se tueri conarentur, dirissimo anathematis telo feriendos (a). Arnam Skalholtensem, sat alioqvin largum anathematum diribitorem, qvod Rafnum Oddi filium, Regium Islandiæ Præfectum & laïcorum coryphæum non excommunicasset, acriter objurgavit, qvod ideo ipse, per Narfum Bergensem Episcopum perfici curavit, inter alia objiciens, qvod Anno 1282 in Norvegia præsens, aliqvid ad persecutionem Jonæ Archiepiscopi contulisse visus sit, qvem tamen paulo post ipse absolvit.

§. 9.

Cum hoc modo aliqvantisper debacchatus fuisset, altum viri spiritum, domesticum inter ipsum & Canonicos Nidarosienses ortum dissidium, paullatim primo sedavit, & tandem penitus fregit, cujus initia ad Annum 1291. referuntur, causa autem ex infra (b) inferendis Bonifacii 8. literis Anno 1297. ad Bardum Serti sive Svarti Canonicum Bergensem datis qvadamtenus cognosci potest; illi enim causæ examen & judicandi potestatem Pontifex commisit: Qvid autem in hoc negatio Bardus præstiterit, nos latet. Sed qvoniam ad hunc annum Archiepiscopi & Canonicorum reconciliationem Annales referunt, verisimile est Bardum eos in concordiam reduxisse; Sopiri autem non exstingvi potuit incendium, nam ignis sub favillis latens, subinde flammam edere cœpit, adeo, ut Canonici sæpe ad tribunal Pontificis appellarent, indeqve multa Archiepiscopo adversa acciperent rescripta, qvi eo magis exasperatus; tandem illis per Laurentium Kalfi Islandum, solenniter sacris interdixit, qvod non secus ac oleum igni infusum ita eos inflammavit, ut non tantum alumnos scholæ & Abbatem Holmensem, sed cives etiam & oppidi incolas

---

(a) Ejus literæ ad universos Islandiæ incolas hac de re, ex *Vitæ Arnæ Episcopi* cap. 67. exscriptæ, inferentur ad finem hujus Cap. sub Lit. C.

(b) Vid. infra §. 11.

las in partes traherent, tantæqve tandem factæ ſunt conjurationis vires, tanta animorum exacerbatio & odium, ut ipſius amici aut domeſtici per plateas civitatis ſine præſentiſſimo vitæ periculo tranſire aut ambulare non poſſent aut auderent, ad qvas redactus incitas, Regis implorat opem, qvi Anno 1299. coronam ſolenni more accepturus, ingenti ſtipatus ſatellitio, Nidaroſiam intrat, convocatoqve Regni Senatu in præſentia plurium Principum & Legatorum, qvi ad hanc ſolennitatem confluxerant, primo per Achonem qvendam (forte Cancellarium hujus nominis) virum doctum & diſertum, deinde ipſe, luculenta oratione, primo latina, deinde vero vernacula, exilii pœnam minitans, ni extemplo Archiepiſcopo ſupplices fierent, ita eos terruit, ut proſtrati aut in genua procumbentes, veniam peterent, & obedientiam in poſterum promitterent. Sed denuo recruduiſſe odium videtur, nam Anno 1301. a Pontifice Archiepiſcopus exauctoratus fuit, qvo fulmine perculſus ad Curiam Papalem iter ſuſcepit, ſed Lutetiæ Pariſiorum in morbum incidens, per Legatos cauſam dicere & negotia expedire neceſſum habuit, a Pontifice autem abſolutus & honori reſtitutus Anno 1302, aut ut alii volunt poſt biennium domum reverſus eſt, & poſtea pacate vitam duxit (a).

§. 10.

(a) In hac hiſtoria recenſenda ſecuti ſumus *Vitam Laurentii Epiſcopi* Manuſcript. qvi controverſiæ pars magna fuit, ſed celeberr. *SCHIÖNNINGII* Beſkrivelſe over Trondhiems Domkirke nuper edita, relationem ſupplet, & in aliqvantum mutat, monumentis erutis & in lucem editis ſuffulta, qvæ omnium fontium, qvalescunqve ſint, maximam fidem habent. Secundum illa Archiepiſcopus Canonicos ab initio anathemate feriit, qvi ad Papam appellarunt, deciſione litis Romæ facta, ubi Johannes de Flandria Archiepiſcopi cauſæ patrocinabatur, ſeqvitur pactum de Anno 1295, & iterum aliud ſub auſpiciis Regiis Anno 1297, qvo cum Archiepiſcopus non ſtaret, bulla nobis memorata ad Bardum Serti ſuccedebat, qvem cum Archiepiſcopus nec adhuc debita reverentia agnoſcere vellet, Romam vocatus fuit, qvo in itinere in morbum incidit, cauſaqve eo abſente 1298. decidebatur. Poſt annum lis recruduit, & Narfus Epiſcopus Bergenſis, ac Petrus Math judices a Pontifice delegati ſunt, qvi ſententiam Anno 1299. tulerunt, ut Archiepiſcopus omnia Capitulo ablata reſtitueret. His ab Archiepiſcopo ſuſqve deqve habitis, novam pactionem Rex Haqvinus procuravit, qvæ non diu duravit, nam Anno 1300. excommunicatio Canonicis promulgata eſt per Laurentium, qvæ igni oleum ita admovit, ut Archiepiſcopus Regis implorare auxilium neceſſe duxerit, qvi Canonicis duras iſtas exilii aut ſubmiſſionis conditiones obtulit. Sed brevi nova excommunicatio, novaqve ad Pontificem Romanum

§. 10.

Anno 1290. expeditioni, qvam Rex Ericus in Daniam fecit, interfuit, eodemqve anno Suffraganeorum conventum Nidarosiæ habuit (a), qvod & Osloæ Anno 1306. iterum fecit (b). Anno 1304. Arnam Helgonis Skalholtinum Episcopum consecravit, & elapso inde triennio, seu Anno 1307. e consilio Canonicorum Nidarosiensium, Laurentium Kalfi filium & Biórnum e Prædicatorum Ordine ut Generales Ecclesiarum Visitatores in Islandiam misit. Seqventi autem anno in gravem incidit morbum, qvi cum diu afflixit, qvod Canonicis omnia ad se trahendi, omniqve auctoritate ipsum privandi ansam dedit, adeo, ut uno contentus famulo & coqvo, parvo inclusus conclavi vitam solitariam in Annum 1309. privatorum more protraheret, qvo tandem vitam cum morte commutavit.

§. 11.

Litteræ Bonifacii Pontificis ad Bardum Svarti.

Bonifacius (c) Servus Servorum Domini, dilecto filio Bardoni Serti, Canonico Bergensi, salutem & Apostolicam benedictionem. Conqvesti sunt nobis Sighvatus Vigfusi (d), Stirkarus (e), Erlendus Stirkari, Endre-

---

num subsecuta est appellatio, qvi sententiam Anno 1302. per Capellanum suum Baltiamum de Mediolano tulit, qvæ sententia ab ipso Papa Anno 1303. confirmata est. Conf. *TORFÆI Hist. Norveg.* Tom. 4. pag. 403. 404. 421. & *SCHIÖNNINGII* Beskrivelse over Trondhiems Domkirke cap. 14. pag. 246-259. Anhang pag. 31-48.

(a) Synodalia illa vid. ad finem hujus Cap. sub. Lit. D.

(b) Vid. ibid. Litr. E. Hæc & præcedentia Statuta exscripta sunt e Codice No. 351. Folio.

(c) Hic est *Bonifacius 8.* qvi Anno 1294. electus fuit, unde constat, cum litteræ Anno tertio officii ejusdem datæ sint, ad Annum 1297. easdem pertinere. Litteræ autem hæ etiam legi possunt in *PONTOPPIDAN. Annal. Eccles. Dan. Diplom.* Tom. 1. pag. 777. 778.

(d) *Sighvatum* qvi hic nominatur, nostri Annales & *Vita Laurentii* ut & *Arnæ Episc.* constanter vocant Sighvatum Lande, eundemqve ut virum doctum, magnæ auctoritatis & Canonicorum coryphæum deprædicant. Sed hic cognomen *Lande* Thórbergo cuidam tribuitur. Sighvatus semper fuit Arnæ Skalholtensi amicissimus, ejusqve vices in Concilio Lugdunensi Anno 1274. sustinuit.

(e) *Stirkarus,* deest Cognomen aut Patronymicum, qvorum alterutrum semper adscribi solet.

Endredus Arnoris (a), Audenus Serkveri, Arno dictus Rans, Oblandus (b) Vegandi, Audenus Thorbergi (c), Karus Martini, Thorbergus Roari, Thorbergus dictus Lande, Johannes dictus Elg. Arno Nicolai & Eskilus Rolbani (d) Canonici Ecclesiæ Nidarosiensis, qvod venerabilis frater noster J. Nidarosiens. Archiepisc. super qvibusdam argenti & ceræ qvantitatibus ac rebus aliis ad eos convenienter pertinentibus injuratur eisdem, ideoqve discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, qvatenus partibus convocatis audias causam & appellatione remota debito fine decidas, faciens qvod decreveris auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem qvi fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere, proviso ne aliqvis auctoritate præsentium extra Bergens. & Nidarosienses civitates & dioeceses ad judicandum evocetur vel procedatur in aliqvo contra eum. Datum Romæ apud S. Petrum cal. Febr. Pontificatus nostri anno 3.

§. 12.

De Eilifo Korti.

Anno 1311 (e) Eilifus Korti Nidarosiensis Capituli Canonicus, & Jorundi adversariorum antesignanus, Archiepiscopus constituitur,

L l l 2 Hic

(a) Sine dubio is est, cui Canonici Anno 1286. Archidignitatem obtulerunt; cessante enim inter Regem & Archiepiscopum dissidio, aut Regi reconciliatus in patriam reversus est, aut sub umbra Archiepiscopalis potentiæ, Regi etiam ingratus, tutus qviescere potuit.

(b) *Oblandus*, leg. *Oblaudus*, sine dubio idem est, qvi scholæ Skalholtinæ Anno 1274, & deinde Holanæ circa Annum 1308. præfuit, nam eundem interea in Norvegia fuisse, ibiqve magni æstimatum, constat.

(c) Est *Audenus Rufus*, postea ab Anno 1314. ad 1322. Holanus Episcopus, de qvo infra Sect. 4. cap. 2.

(d) *Roibani*, leg. *Kolbani* seu *Kolbeini*. Mirum, qvod Eilifus Korti, Jorundi in officio successor hic non nominetur, qvem inter Archiepiscopi *adversarios* non ultimum tenuisse locum certum est; Sed in causa esse potest, qvod post Annum 1297. Canonicorum Collegio adscriptus fuerit.

(e) Error typographicus in doctiss. *OLAVII Syntagma de Baptismo* Proleg. §. 13. irrepsit, ubi electioni nostri Annus 1324. assignatur.

Hic Islandiæ Præsules Audinum Rufum Anno 1314. Jonam Haldori filium Anno 1322. & Laurentium Kalfi 1324. ordinavit; Sed in Egilli Ejulfi filii consecratione Anno 1331. ejus vices peregit Hacon Bergensis, senio enim & morbo confectus operi perficiendo impar erat. Anno 1328. causam Modruvallensem dijudicavit. Anno 1325. festum Corporis Christi in Norvegiam & Islandiam introduxit, & 1326. festum Magni Orcadum Comitis. Eo sedente, seu Anno 1328. templum Salvatoris qvod Nidarosiæ fuit, cum universis ornamentis incendio periit, ad qvod reædificandum, etiam in Islandia stipem emendicavit. Concilia nationalia sæpius eum habuisse certum est, qvorum Acta de annis 1320. (a) 1322. (b) & 1327. 7. idus Julii (c) & Calend. Septembris (d) ad nos pervenere. Obiit Anno 1332, 4 Non. Septembris.

§. 13.

De Paulo.

Eilifo successit Paulus, ab his Magister, ab illis Dominus Paulus Cancellarius insignitus; unde concludi potest fuisse eum Magistrum artium & Regis Cancellarium. Anno 1340. Aslacum qvendam ut Generalem Ecclesiarum Visitatorem in Islandiam misit, & Anno 1339. Jonam Indridi Skalholtensem, Anno 1343. Jonam Sigurdi Skalholtensem, Ormum Holensem, Thorsteinum Bergensem, Guttormum Stafangrensem & Jonam Erici filium, Skalle dictum, Gronlandensem Episcopos simul ordinavit. Synodos nationales etiam sæpius habuisse videtur, exstant enim ejus statuta

(a) Vid. ad finem hujus Cap. Litr. F. Statuta illa exscripta sunt e Codice membraneo Bibliothecæ Magnæanæ in Folio No. 354. collata cum No. 351. & exemplari nostro chartaceo, qvorum variantes cæsis includuntur. Idem dicendum est de proxime seqventibus.

(b) Vid. ibid. Litr. G.

(c) Vid. ibid. Litr. H. Exscripta e Codice 351. Folio.

(d) Vid. ibid. Litr. I. Hæc Statuta exscripta sunt e Codice membraneo No. 138. in Qvarto, collata cum No. 351. in Folio, cujus variantes & additamenta cæsis includuntur.

tuta de Annis 1334 (a), 1336 (b) & 1345 (c), qvibus addi poteſt *Confeſſio fidei* ſub ejus auſpiciis conſcripta (d). Mortuus eſt 1346.

§. 14.

De Arna Vade.

Huic anno 1347. ſufficitur Arnas dictus Vade, qvi, qvod memoriæ proditum eſt, nihil relatu dignum peregit, nam poſt perbrevem officii adminiſtrationem, univerſali illa qvæ Europam 1349. afflixit, peſte abſorptus eſt.

§. 15.

De Olao.

Anno 1349, ab unico qvem Nidaroſiæ reliqvit peſtis illa epidemica, Canonico, eligitur Olaus, Abbas Holmenſis (al. Hamrenſis), qvi Anno 1351, a Curia Papali reverſus, Archicathedram aſcendit. Hic Anno 1362, Jonæ Erici filio epiſcopatum Holenſem contulit. Anno 1363, aut ſecundum alios 1362. Thorarinum Skalholtenſem, & 1366. ejus ſucceſſorem Oddgeirum ordinavit. Anno 1357, aut ut alii volunt, 1358. Eiſteinum & Ejulfum, ut Generales Eccleſiarum Viſitatores in Islandiam miſit, qvi ſub ſpecioſo viſitationis nomine, varias pecuniæ emunctiones & extorſiones exercebant (e). Moritur Olaus 1373.

(a) Hæc & proxime ſeqventia Statuta e Codice membraneo nobis toties citato No. 351. in Folio exſcripta ſiſtentur ad finem hujus Capitis ſub Litr. K.

(b) Vid. ibid. Litr. L.

(c) Vid. *PONTOPPID. Annal. Dan.* Tom. 2. pag. 169. 170.

(d) De incerto anno. Exſcripta eſt e Codice membraneo No. 138. in *Qvarto*, ad finem hujus Cap. ſub Litr. M. legenda. Eadem hæc Confeſſio eſt, ac illa, qvam doctiſſ. *OLAVIUS* in *Syntagm. de Baptiſmo* ſub titulo: *Agrip heilagrar trúar* allegat.

(e) Vid. infra Sect. 2. cap. 1. §. 3. & cap. 2. §. 9. Sect. 3. cap. 6. §. 4. 5. Exſtat tamen eorum Conſtitutionis apographum, qvod ad finem hujus Capitis ſub Lit. N. exhibebimus.

§. 16.

De Thrando.

Olao successit Thrandus Anno 1374, qvi, ad ecclesiam Islandicam pertinente, qvæ ad nos pervenire potuit, nulla re memorabili gesta, moritur Anno 1381.

§. 17.

De Hacone & Nicolaë.

Anno 1381, eligitur Dominus Hacon Ivari filius, qvi in Germania, dum ad Curiam Papalem confirmationem acqvisiturus tendebat, certior factus, laïcum qvendam, nomine Nicolaum, natione Danum, ab ipso Pontifice electum, & Avenione ordinatum esse, mutato proposito revertitur. Nicolaus autem nulla prorsus re in officio gesta, nam nec ordinationem nec confirmationem, nec ullam aliam officii partem peregisse dicitur, utpote omnino indoctus & literas ignorans, Anno 1386, ad plures abiit.

§. 18.

De Vinaldo.

Anno 1386. Vinaldus qvidam Nicolao sufficitur, qvi primus, & forte solus ab Islandis subsidium Pallii postulavit (a). Anno 1391. causam

(a) *Pallium* sive *Paludamentum* fuit vestimenti genus, qvo, ad indicandum in alios imperium & excellentiam, soli qvondam Imperatores amiciebantur; Sed seculo demum qvarto Episcopis, ad denotandum eorum imperium ecclesiasticum, &, super alios ordines eminentiam, eodem uti concessum fuit. Primitus tantæ fuit magnitudinis, ut totum fere corpus contegeret, sed cum tempore, in fimbriam tres digitos latam & tres ulnas longam degeneravit. Alba hæc est & lanea, qvæ a collo per pectus demittitur, ad notandum bonum pastorem, humeris ovem perditam portantem; In eadem qvatuor conspiciuntur cruces, binæ purpureæ, binæ vero nigræ; Conficitur, non ex lana vulgari, sed certis cæremoniis præparata, qvæ hoc modo consecratur: Die Sanctæ Agnetis, qvi est 13. cal. Februarii, duo albi & probe loti agni inter missam in altari ejusdem divæ Sanctæ Agnetis constituuntur & consecrantur, qvi deinde subdiaconis ad templum divi Petri alendi traduntur, qvorum est curare, ut Pallia

ſam Einari Haſſididæ judicavit. Anno 1393. ſententiam Jonæ Archiepiſcopi de prædio Vatnsfiord confirmavit. Anno 1394. Vilchinum Skalholtenſem ordinavit. Mortuus 1402.

Litr. A.

(a) Jón med guds miſkunn erkibiſkup af Nidaróſi. Andreas med þeirri ſömu miſkunn biſkup af Oſló. Jörundr biſkup af Hólmi (Hólum). Erlendr biſkup. af Fœreyum. Arni biſkup af Skálhollti. Arni biſkup af Stafángri. (Narfi) Arni biſkup af Biörgin. Þórfinnr biſkup af Hamri. ſenda öllum mönnum í Nidaróſs erkibiſkups dœmi. þeim ſem þetta bref ſeá edr heyra. frid oc fagnad í drottni Jeſú Kriſto. Medr því at var áhyggia. oc áſtundan. oc forſiá. at veita folkſins ſáluhiálp. oc uora undermenn víſa gera af þeim hlutum. ſem þeim vœri nytſamliger at vita. oc þeirra ſidu. oc medferdi draga áleidis oc til betranar. þá bádum ver miúklátliga miſkunnſamligan gud. at hann bleſi oſs í brióſt gipt himneſkrar ſpeki. veitandi vizku. oc upptendrandi vorn alhuga. oc (giörd) girnd til þeſs at vor aktan tœki af honum upphaf. oc med ſiálfs hanns miſkunn. kœmi

Pallia conficiantur, & qvotcunqve opus eſt, in promtu habere. Neceſſitas Pallii in Concilio œcumenico octavo Anno 872. concluſa eſſe fertur, unaqve qvod ſignum eſſet ſubjectionis & fidelitatis, qvam Archiepiſcopi Eccleſiæ Romanæ deberent, qvod Gregorius 7. in juramentum fidelitatis mutavit. Hoc ornamento pro altari ſtantes utuntur, idqve tantum dum ſanctiſſimis officii partibus funguntur. Qvantas divitias hoc inventum loculis Pontificis Romani intulerit, inde conſtare poteſt, qvod unicum tantum tale Pallium qvandoqve 30000. aureos conſtitiſſe certum eſt. Hæc ut alia ejusmodi in rudiorum gratiam adnotare non inconveniens viſum eſt, præſertim, cum Pallii Archiepiſcopalis in hoc opere mentio ſæpius injiciatur.

(a) *Id eſt:* Jonas dei gratia Archiepiſcopus Nidroſienſis. Andreas eadem gratia epiſcopus Oſloënſis. Jörundus epiſcopus Holmenſis (Holenſis), Erlendus epiſcopus Færoënſis. Arnas epiſcopus Skalholtenſis. Arnas epiſcopus Stavangrénſis. Arnas (Narfus) epiſcopus Bergenſis. Thorfinnus epiſcopus Hamrenſis mittunt omnibus hominibus, qvi hanc epiſtolam legunt vel audiunt, pacem & lætitiam in domino Jeſu Chriſto. Qvoniam noſtra ſollicitudo & ſtudium & cura (*in eo occupatur*), ut populi ſaluti operam navemus, & noſtros ſubditos doceamus eas res, qvæ illis ſunt ſcitu utiles, & eorum mores atqve converſationem promovent & emendant; Ideo ſupplices rogavimus miſericordem deum, ut nobis in pectus inſpiraret donum cæleſtis ſapientiæ, dans ſcientiam

kœmi hún til ſkyllduligrar endalyktar. af því at (lœrdir menn þeir) hann ler þeſs þeim mönnum ſem ſkipader eru til gudligrar þiónoſtu. eigu fullliga í fridi oc frelſi gudi þióna. þá endrnýum ver med (rökſemd) rádſemd þeſſa biſkupaþings ſkipan þá ſem giördi herra Vilhiálmr Kardinalis í Noregs Kóngs ríki. þá er hann framdi þar þat embœtti ſem herra (Innocencius) Páfinn hafdi hann tilſkipat. ſuo ſem ſinn legatum. At huerr ſem af ſiálfs ſíns vilia. oc valdi. gengr á annars faſtaeigno edr dregr under ſig annars valld med ofríki. þá ſe hann af ſiálfu verkinu bundinn med banns atkuœdi. En til þeſs at ránsmadrinn beri eigi (letti) aptr af ſinni flœrd oc illzku. þá leggium ver þat til. at ránsſökin ſkal dœmaz fyrir dómara heilagrar kirkiu. ef kirkia edr klerkar voru rœnter. Suo hid ſama ſettum ver bannſettningar ſuerd í gegnum alla þá menn ſem med illvilia leita nidr at brióta. edr fyrirkoma. frelſi heilagrar kirkiu. innan Nidaróſs erkibiſkupsdœmis. edr þœrr laugſamligar (loſſamligar) ſiduenjur ſem kirkiur eigu at hafa. ſaker fornrar hefdar. En med því at ſuo ſtendr ritad bœdi í guds laugum oc manna. at ſökner oc dómar veralldligra mála. ſkulu eigi framflytiaz á hátídum ne helgum daugum. þeim ſem einkannliga eru ſkipadir gudi (til) tignar. ſuo ſem kunnigt er kriſtnu fólki. oc ſuo fullkomliga er fyrertekid í ſkipunum heilagra fedra. fram at hafa þeſsháttar mála-

beizlur

---

tiam & accendens noſtrum deſiderium & cupiditatem (actionem), ideo ut noſtra ſententia ab illo capiat initium & cum illius gratia perveniat ad debitum finem. Qvia dat ille iis hominibus, (Clerici enim) qvi divino cultui ſunt aſſignati, ut plene in pace & libertate deo ſerviant (oportet). Ideo nos renovamus e conſilio (authoritate) hujus ſynodi conſtitutionem, qvam tulit dominus Vilhelmus Cardinalis in regno Regis Norvegiæ, qvando officio ibidem fungebatur, qvod Dominus Papa (Innocencius) tanqvam ſuo legato ei demandarat. Qvod ſcilicet, qvicunqve ſponte ſua & violenter alterius prædia vel invadit, vel, qvod alterius ſubeſt dominio, violentia arripit, ipſo facto ligatus ſit ſententia excommunicationis. Sed ne ſpoliator emolumentum capiat ex ſuo dolo & malitia, iſtud addimus, qvod cauſa deprædationis a judice ſanctæ eccleſiæ, ſi templum vel clerici fuerint ſpoliati, judicetur. Ita qvoqve gladio excommunicationis transfigimus omnes illos homines, qvi libertatem ſanctæ eccleſiæ intra Archiepiſcopatum Nidroſienſem, vel legitimas (laudabiles) illas conſvetudines, qvas templa propter antiqvam præſcriptionem ſervare debent, ex malitia infringere vel tollere ſtudent. Qvoniam vero ita ſcriptum exſtat & in dei & in hominum legibus, ne actiones & ſententiæ cauſarum ſecularium proferantur ſabbatis vel feſtis diebus, iis imprimis qvi dei in honorem ſunt dicati, uti etiam populo chriſtiano notum eſt, & ita conſtitutionibus ſanctorum patrum plene cautum, ne ejus-

modi

beizlur (málakærſlur) á helgum tímum. at allt ſkal þat ónýtaz. ſem þá er ſótt edr dœmt iafnvel þó hvortueggi ſamþycki. ſem málin eigaz vid (fyrir) þeim dómi. nema naudſyn ſe til annars. edr milldlig nytſemd geri þat þolanligt. þá fyrirbiódum ver af guds hálfu. oc heilagrar kirkiu. oc allra vor. at veralldligar þíngſtefnur ſe haſdar á drottinsdaugum. edr á ödrum hátídum. allra hellz þá er predika ſkal guds ord fyrir folkinu. En ef nockur dirfiz at gera í mót þeſſarri ſkipan vorri. þá ſkal hann taka þá reſſing. at vera afſviptr umgóngu (inngóngu) heilagrar kirkiu um þriá mánadi. um þat fram annad. ſem á hann leggz epter guds laugum. Þat fyrirbiódum ver oc med valldi vors þíngs. at preſtar þoli þat leikmönnum. at kirkiur ſe hafdar fyrir hirdſluhús. oc allra ſídz geri þeir þat ſiálſer. þvíat óſœmiligt er at þeir geri þat ſiálfir er þeir eiga ödrum at quidia. Nú ef nockur berr í kirkiu ſegl edr ſmör (ſmiórlaupa) edr ſkreid ſkarpa. edr annat þvílíkt. utan lof kirkiupreſtz. nema hann flyti þat í braut. epter þriár áminningar preſtz. ſem óſœmiliga var þangat borid. þá uiti hann ſig þadan af vera útiluktan af heilagri kirkiu. En allt at einu loſum ver at menn flýi í kirkiur undan ófridi. med faung ſín. edr elldzgángi. edr audrum naudſynium. ſuo þó ath þá ſe í braut bornir þeir hluter. er naudſyn letter af. Þann loſligan ſiduanda landzins. at ſá geri brúdlaup ſitt opinberliga.

---

modi actiones in foro temporibus ſanctis inſtituantur, (*ſin minus*) ut omne iſtud irritum habeatur, qvod ibi agitur & judicatur, qvamvis conſentiat uterqve eorum, qvi hanc coram hoc judicio cauſam agunt, niſi neceſſitas aliud ſvadeat, vel grata utilitas illud tolerabile faciat; Ideo nomine dei & ſanctæ eccleſiæ, & omnium noſtrum prohibemus, ſeculares fori conventus celebrari diebus dominicis vel aliis feſtis, imprimis, cum dei verbum prædicandum eſt coram populo. Qvod ſi qvis contra hanc noſtram conſtitutionem facere auſus fuerit, talem det pœnam, ut ſit privatus freqventatione (introitu) ſanctæ eccleſiæ per tres menſes, præter illud qvod ei imponitur ſecundum leges divinas. Illud etiam authoritate noſtræ ſynodi prohibemus, ne ſacerdotes conniveant laïcis in eo, qvod templis utantur pro repoſitoriis, imprimis, ne illi ipſi hoc faciant. Nam dedecet illos ipſos iſta facere, qvæ alios prohibere debent. Si qvis templo vela, butyrum (vaſa butyrum continentia) vel piſces arefactos vel aliud ſimile ſine venia parochi, intulerit, niſi iſtud auferat poſt admonitiones a ſacerdote ter factas omne qvod indecenter eo introlatum fuerit, ſciat ſe ab illo tempore excluſum eſſe a ſancta eccleſia. Nihilominus homines ab hoſte vel etiam ignis graſſatione vel aliis neceſſitatibus fugientes in templa, ſua ſecum ferre impedimenta permittimus, ita tamen ut res iſtæ, ceſſante neceſſitate auferantur. Laudabilem illam regionis con-

berliga. ſem ſer uill ſá eiginkonu. vilium ver ſtyrkia med vorri ſkipan. Nú ef nockur madr duelr lengr en um eitt ár oc þriá mánadi. brúdlaupsgerd ſína. ſidan þat redzt. utan naudſyn. edr ſkynſamliga ſauk. þá ſem ſóknarpreſti ſýniz þar fyrir þurfa at ſetia lengri freſt. þá ſkipum ver at honum ſe (fyrirbodin) kirkiuumgánga. allt til þeſs er hann leidrettiz af þvíliſkri þrályndi. Þat höfum ver oc ſtadfaſtliga ſkipad. at ef nockur af leikmönnum tekr under ſig til prófs oc rannzaks. edr dóms. þœr ſaker ſem at eins eigu fyrir forſtióra heilagrar kirkiu at dœmaz. vanuirdandi í því laugliga dómendr þeirra mála. oc gengr ſuo vitz oc vitandi á ſœttargerd. þá nýliga ſtaddiz millum kóngsdómſins. oc kirkiunnar. oc af huörratueggiu hálfu var med ſvardögum ſtadfeſt. edr ſá ſem dregr klerk naudgan under leikmannadóm. En þeir af leikmönnum. ſem dóm leggia á kirkiu eigner. edr klerka. at þeim ſiálfum óſpurdum (audſpurdum). edr móti mœlandum. þeim ſem ráda eigu. þá fellir ſá á ſig fullkomid bann af ſiálfu verkinu. En þeſſi mál eru einkannliga tilſkilin. in kompoſicione. Allar ſakir þœr ſem klerkar (eiguz) vid. edr leikmenn ſœkia á klerka. hiónaſamband. oc allt hiúſkaparmál. oc þau ſem dœma ſkal. huerſu huerr er getinn laugliga. um frœdi (forrædi) á kirkium. oc tíunder. um heit oc teſtamentum. er menn gera einkannliga af því er menn gefa kirkium. edr

conſvetudinem, ut nuptias ſuas palam celebret qvi uxorem ducere vult, nos noſtra conſtitutione confirmare volumus. Jam ſi qvis ultra unum annum & tres menſes celebrationem ſuarum nuptiarum, poſtqvam ſcilicet illas peragi fuit concluſum, ſine neceſſitate vel cauſa rationabili, ob qvam parocho dilationem viſum fuerit concedere neceſſarium, diſtulerit, jubemus nos ut illi freqventatio templi interdicatur, donec a tali reſipuerit pertinacia. Illud etiam firmiter mandavimus, ut ſiqvis laïcorum illas cauſas, qvæ tantum ab antiſtite ſanctæ Eccleſiæ judicari debent, explorandas, examinandas vel judicandas ſibi arrogaverit, eo legitimos judices harum cauſarum contemnens & ita volens ſciensqve illam Transactionem violaverit, qvæ nuper ſanciebatur inter imperium & eccleſiam, & ab utraqve parte juramentis confirmabatur, vel ſi qvis clericum invitum ſub judicium laïcorum trahit. Illi autem laïcorum qvi de poſſeſſionibus templi vel clericorum iis vel inconſultis, vel contradicentibus, qvibus dominium competit, ſententiam ferunt, is perfectam excommunicationem ipſo facto incurrit. Sed hæ cauſæ in Compoſitione ſpecialiter nominantur: omnes cauſæ qvæ clericos intercedunt, vel ob qvas laïci clericos in forum vocant, de matrimonio & omnibus eo pertinentibus, & ubi judicandum num qvis ſit legitime natus, de adminiſtratione bonorum templi & decimis, de votis & teſtamentis, imprimis eo fine factis, qvod qvis templis aliqvid vel aliis ſacris locis & pauperibus hominibus legat. De protectione peregri-

edr ödrum helgum ſtaudum. oc ſátœkum mönnum. Vernd pílagríma er vitia heilagra kirkna. oc um þeirra mál. um kirkna eigner. oc um allt kirknafrelſi. er hún á í ſer. oc fyrir utan ſig. í mönnum oc eignum. oc þar ſem ſelldir verda edr keypter andliger hluter. um frillulífi. um hórdóma. oc frœndſemisſpell. um meinſœri. oc um okr. er menn byggia dautt fé. um villu alla oc vantrú. oc um aull önnur þau mál er þeſſum eru lík oc til heilagrar kirkiu heyrer dóm yfer at hafa. epter guds laugum. En þótt bœdi ſe til guds rettr. oc ſuo er þat aúdſýniliga á quedid. í ſœttarbrefinu. at klerkar ſkulu uera fullkomliga friálſir. undan öllu yferbodi leikmanna. edr þeir menn ſem þeir hafa í ſínum naudſynium. eigu med öngu móti þýdaz under nockud forbod. ſem kóngr edr hanns umbodsmenn leggia mönnum edr hafa álagt. um kaup edr ſaulur. þá finnaz þeir at því. ſem þeirra frelſi girnaz. undandraga klerkunum. oc leita ſuo ſinni illzku fram at koma. at þeir leggia ſegialld á þá leikmenn. ſem ſelia kirkium (klerkum) brennt· ſilfr. edr adra hluti. til þeſſ at engi treyſtiz friálsliga. at ſelia klerkum ſlíka hluti en audrum mönnum. Nú af því at ſuo finz ritad í laugum heilagrar kirkiu. at ef einnhverr hlutr er bannadr. þá er þat allt bannad eptir rettri ſkilning. ſem þann hlut leider til framkuœmdar. oc því leggium ver under bann alla þá. ſem þvílíka hluti dirfaz

peregrinatorum, qvi viſitant ſancta templa, & de eorum cauſis, de poſſeſſionibus templorum & de omni libertate templi qvam habet in ſe & extra ſe, tam homines qvam poſſeſſiones; & ubi res ſpirituales vel emtæ vel venditæ fuerint; de concubinatu; de adulteriis; de inceſtibus; de perjuriis & de fœneratione, qvando qvis inanimatas res elocat. De hæreſi qvacunqve & infidelitate & de omnibus illis cauſis qvæ his ſunt ſimiles, & de qvibus judicium ferre eccleſiæ juxta leges dei competit. Sed qvamvis & lex divina adſit, & expreſſis verbis illud in literis Transactionis determinetur, qvod clerici eſſe debeant plene liberi ab omni imperio laïcorum, & ut illos homines, qvorum miniſterio in neceſſariis functionibus utuntur, nulla ratione ſe ſubmitti oporteat cuiqvam interdicto, qvod Rex vel ejus curatores hominibus imponunt vel impoſuerunt ratione emtionum vel venditionum; Nihilo tamen minus inveniuntur qvi clericis ſuam libertatem ſubtrahere cupiunt, & ſuam ita malitiam effectui dare ſatagunt, ut mulctas laïcis illis irrogent, qvi vendunt templis (clericis) argentum defecatum vel alias res, ne qvis potius clericis libere vendat tales res, qvam aliis hominibus. Jam cum ita ſcriptum reperiatur in legibus ſanctæ eccleſiæ, qvod ſi qvæ res vetita fuerit, tum omne illud vetitum eſt juxta ſanum ſenſum, qvod illam rem ad effectum ducit, & ideo ſubjicimus excommunicationi omnes illos, qvi has res ſuſtinent, nulla ratione accipient facere ejus excommunicationis abſolutionem, donec reſtitu-

az at gera. ſkulu þeir med aungu móti lauſn fá. af því banni. fyrr en þeir haſa ádr aptrgreitt ſuo mikla penninga ſem þeir tóku af þeim ſem ſelldu ſitt. Svo oc ef nockur dirfiz. at ófrelſa vinnumönnum. edr þiónoſtu monnum. klerkum (klerka edr kirkna) edr kirkium. ſuo (ſem ſteinſmidi) ſmidi edr ſkipſtiórnarmönnum þeirra. edr adra þá ſtarſsmenn. leggiandi á þá ſiöiſkylldi almennilig. edr einslig. tálma ſkip þeirra. edr taka med valldi. utan nockur mikil naudſyn kalli at. edr almúgſins naudſyn. oc halldi klerkar of faſt í þeim tilſellum. þá viti ſá ſer bannada vera inngongu heilagrar kirkiu af ſkipan þeſſa þíngs. oc aunga aflauſn fá. fyrr en hann hefer vidrkuœmiliga bœtt þat ſem hann braut. Þat er oc biſkupum hugleidanda þar ſem oſs er á hendi fólgid. ábyrgd þeirra manna. ſem ver erum yferſkipader af guds hálfu. at eigi drögum ver undan. fyrir óſkynſamliga þaugn. vid vora undermenn. þat ſem naudſyn veri at vita. því hinn helgi Páll poſtuli ſegir ſuo í ſínum piſtli ad effeſios. vos ſcitis qvo modo nichil. ſubtraxerim vobis utilium qvominus annunciarem vobis. qvapropter conteſtor vos. qvia munde ſunt manus mee a ſangvine omnium veſtrum. þat má ſua noröna. Þer vitid ſagdi poſtulinn þat ec hefi engan hlut undandregid vid ydr. oc þann ſem ydr var naudſyn í at vita. ſuo at eigi bodada ec ydr. oc fyrir því uitu þer ſiálfir at hendr mínar eru hreinar af allra ydvarra blódi. En hvat gefr poſtulinn oſs at ſkilia fyrir þeſſi ord. nema þat at hann vœri ſekr blóds þeirra. þat er ſynda þeirra. oc tións. ef hann hefdi nockud med þaugn undandregid þat at ſegia

reſtituerint tantum pecuniæ, qvantum ab iis ſumſerunt qvi ſuum vendiderunt. Ita etiam ſi qvis audeat malo qvodam afficere operarios vel famulos clericos vel templa (clericorum vel templorum), fabros, opus laterarium vel navium rectores, vel alias operas, imponens iis onera generalia vel ſpecialia, impediat eorum naves, vel vi arripere, niſi magna qvædam neceſſitas urſerit, vel neceſſitas populi & clerici in his caſibus nimis tenaciter retinuerint, iſte ex conſtitutione hujus ſynodi introitum ſancti templi ſibi interdictum eſſe ſciat, nullamqve impetret abſolutionem donec qvod commiſit delictum condigne expiaverit. Id qvoqve obſervandum eſt epiſcopis, cum nobis commiſſa ſit cura eorum hominum qvibus divinitus præfecti ſumus, ne ſubducamus per inſipidum ſilentium noſtris ſubditis, qvod ſcitu neceſſum fuerit, ita enim loqvitur Sanctus ille Paulus apoſtolus in epiſtola ſua ad Epheſios. Vos ſcitis qvomodo nihil ſubtraxerim vobis utilium, qvominus annunciarem vobis, qvapropter conteſtor vos qvia mundæ ſunt manus meæ a ſangvine omnium veſtrum, qvod Norvegice ita verti poteſt. *Þer vitid &c.* At qvid Apoſtolus per hæc verba ſignificandum indigitat, niſi qvod reus eſſet illorum ſangvinis id eſt peccatorum & perditionis

ſegia ſem hœfdi þeirra ſáluhiálp. Suo innan ſem útan megú vórar hendr eigi vera hreinar af blódi vorra undermanna. þeirra ſem oſs eru á hendr fólgner til andligrar ſtiórnar. ef ver leidum hiá oſs med óvarligri þaugn. oc ſnertum ei vid þá hluti ſem fram veri flytiandi. fólkinu til nytſemdar. Lœkner ſýniz oc ei ſýkn med öllu. þótt hann hafi ſagt hinum ſiúka hveria fœzlu honum hœfer at neyta. til tempranar ſinnar heilſu. oc berr ſua til at hinn ſiúki deyr. neytandi þat. ſem honum var meinſamligt. med því at lœknirinn hafdi eigi ſagt honum at iafnvel ſkylldi hann vidvarna þeſſháttar hlutum. Suo er oſs oc naudſynligt. er ſkipadir erum lœknar ſálnanna. at ver hugleidim. at ei at eins ſamer oſs at lœra fólkid þad ſem ver ſkylldumz forſiá at veita til andarheilſu hverium hlutum. þat þarf ſkylldúliga at fylgia. helldr hœfer oſs ok iafnvel opinberliga at ſegia at þeir leiti fordaz þat ſem þeim er ógeranda, huerſu megum ver nú þá leida hiá oſs. oc at láta ſem ver ſiáim eigi. ef nockur gleymer ſuo ſinni ſáluhiálp. ſem gud láti ei vera. at hann leggi nockurar pyntingar á heilaga kirkiu guds eign. edr hanns þiónoſtumönnum ómilldliga misþyrma. þvíat utan. ef ver gerum oſs ſeka þeirra laſtanna. ſem ver þolum vid vora undirmenn. ef ver megum hirta þá til leidrettu. En þat trúum uer oc uœntum med guds miſkunn. at aungir. edr fáir dirfiz þeſs. at hlaupa í þann (orſkemdar

nis eorum, ſi per ſilentium aliqvid iis dicere omiſiſſet qvod ad eorum reqvirebatur ſalutem. Nec intrinſecus neç extrinſecus. noſtræ manus mundæ eſſe poſſunt a ſangvine noſtrorum ſubditorum, qvi nobis commendati ſunt ad regimen ſpirituale, ſi præterimus incauto ſilentio & non tangimus res illas qvæ in medium proferendæ ſunt populo in utilitatem. Medicus qvoqve omni culpa vacare non videtur, qvamvis dixerit ægroto qvali cibo illum veſci oporteat ad temperamentum ſuæ valetudinis, & ſi ita acciderit ut ægrotus ille moriatur, dum illo veſcitur, qvod ei noxium erat, cum medicus ei non dixerit, qvod ei æqve a talibus rebus çavendum eſſet. Ita & nobis neceſſarium eſt, qvi conſtituti ſumus medici animarum ut conſideremus, qvod non ſolum populum, cujus curam ad ſalutem animæ agere obligamur, res qvascunqve, qvas jure ſeqvi debet, docere oportet, ſed qvoqve nobis convenit vel palam hortari ut illud qvod iis facere non licet, evitare ſtudeant. Qvomodo jam ſilentio præteriremus & ſimularemus nos non videre, qvando qvis ſuæ ſalutis adeo obliviſcitur, qvod ne fiat deus avertat, ut imponat pœnas qvasdam ſanctæ eccleſiæ, poſſesſioni dei, vel ejus famulos immiſericorditer maletractat, niſi ſimul nos reos faceremus illorum ſcelerum, in qvibus conniveinus noſtris ſubditis, ſi eos corrigere poſſimus ad emendationem. Credimus vero & ſperamus cum dei gratia qvod nulli vel pauci audeant incurrere vitium iſtud peccaminoſum, qvod impugnent pacem & libertatem

ſkemdar lauſt) ſyndarlauſt. at þeir ſtrídi uppá frid oc frelſi heilagrar kirkiu. oc ef þat gera nockurir. þá má þat líkligt ſýnaz. at þeir geri fyrir því at þeir viti eigi hverr pína ſkylldaz. þeim er ſlíks dirfiz. Er þat oc ei undarligt þó nockur ſiái minnir vid. þat at gera ſem hann veit ei bannad vera. þar ſem þat verdr opthliga. at ſá óttaz ei lauſtinn at fremia. þótt hann viti ólofad vera. er hann trúir at lítil pína ſkal á hann vera laugd. þótt hann geri. En til þeſſ at engi taki hedan af. af þeſſu tilfelli. ofdirfd til at misgera. oc ſuo ſem af óvizku blindleiks megi hann fela ſig under affsakanar ſkugga. þá ſkipum ver med ſkylldu. at upp ſkulu vera leſnar opinberliga fyrir alþýdu (ſinn) á hveriu ári. at öllum biſkupsſtólum regluligar ſkipaner heilagra fedra. þœr ſem ſkýra í hverium atburdum menn fella á ſig fullkomid bann ſlíkt id ſama ſkal þeim heyra. i enum ſtœrſtum heradskirkium. til þeſſ at ſiálf (óvitzkan) óvitz ſkapan ſú ſem fyrri hafdi (framlút) framin verid. at hrata í ſyndina. ſtoduiz af upptekinni illzku. þá er hún ſer ógn pínunnar. En þeſſer atburdir finnaz upptalder med ſkýrri ſkipan í guds laugum. ſem her ſegir. Sá er hinn fyſti atburdr. ef nockur fellr í (fyrirdœmda) fyrrnefnda villu. fyrirlítandi retta trú. Annar er ſá atburdr. ef nockur ſetr ſaman nýa villu. (hvart ſem þat) ef þat err opinberrt. edr leynt. ſkulu menn fordaz ſamneyti. vid opinberan villumann. þótt hann ſe eigi (bodadr bann ſettr. En þat er ei ſkyllt um þann ſem leyndr er. fyrr en hann er bodadr bannſettr) forbodadr. ſem bann-

tatem ſanctæ eccleſiæ, etſi qvidam iſtud fecerint, tum maxime probabile videbitur, hos hoc ideo facere, qvod neſciant pœnam qvam merentur, qvi hæc auſi fuerint, nec mirum eſt qvamvis qvis ſibi minus caveat, ne faciat, qvod vetitum eſſe ignorat, cum ſæpe eveniat, ut ille non metuat patrare ſcelus, qvamvis noſcat non permiſſum eſſe, ubi crediderit pœnam exiguam, modo iſtud fecerit ſibi irrogandam eſſe. Ne qvis autem ex hoc caſu ſumat ſibi licentiam peccandi & ſe propter ignorantiam cæcitatis recondere poſſit ſub umbra excuſationis; Ideo ſtricte mandamus, ut palam recitentur coram plebe qvotannis (ſemel) in qvavis ſede epiſcopali conſtitutiones Sanctorum Patrum regulares, qvæ exponunt in qvibus caſibus qvis in ſe devolvat plenam excommunicationem, illud ipſum iis incumbat in præcipuis toparchiarum templis ut ipſe ignorantiæ prætextus (ignorantia), qvi prius fuit adhibitus (prona) ad labendum in peccatum, ab incepta malitia cum minas pœnæ viderit, refrænetur. Hi autem caſus clare in legibus divinis recitati inveniuntur, juxta qvæ hic dicentur. Primus caſus eſt ſi qvis inciderit in antea nominatam (condemnatam) hæreſin, ſpernens veram fidem. Secundus caſus eſt, ſi qvis compingat novam hæreſin; ſive ſit clanculum ſive palam, cavendum eſt a convictu cum manifeſto hæretico, qvamvis ei non ſit interdictum vel ut

bannſetter menn. oc fyrerdœmdr af heilagri kirkiu. Suo eru þeir oc allir bundnir undir eilífu banni. ſem ödruvíſs ſkilia oc lœra. en heilug Rómveria kirkia predikar. oc uardueiter af heilagri ſkírn. oc af helgan holldz oc blóds vors herra Jeſu Chriſti. edr af ſkriptagánginum ſkylldum. hiónabandi. oc ödrum helganum heilagrar kirkiu. oc ſuo aller þeir err einnhverr biſkup hefer villumenn dœmda í ſínu biſkupsdœmi. Sá err enn hinn þridi atburdr ef nockur trúir villumanna fortölum. edr tekr þá til ſín. veriandi. oc fylgiandi þeirra málum. þeſſer falla í þat ſama bann. oc ef nockur af þeſſum hafnar (at) oc leidrettaz innan tólf mánada. ſídan hann verdr bodadr bannſettr. þá fellr á hann œfinnlig ófrœgd. ſkal hann oc þadan af í óngum laugſkilum hafa. oc med óngu móti vitnisbœrr. frá er hann ſkildr at þiggia þat ſem nockur vill honum gefid hafa. í ſínum teſtamentum. engi má ſkipa hann ſinn erfingia. oc aungan arf ſkal hann taka. eigi ſkal hann oc mega gera ſitt teſtamentum. á aunga menn ſkal hann oc kœra mega nockud mál. en neyda ſkal hann til at ſuara ödrum rettu. oc ef hann hefer dómandi verid. þá ſkal ſá dómr fyrir ecki ſtanda eiga. oc engi mál koma undir hanns dóm. Nú ef hann hefer klerkr verid. þá ſkal hann liggia under ſlíkum ſaumum pínum. oc vera

ut hominibus excommunicatis, & a ſancta eccleſia condemnatis (non ſit ejus excommunicatio promulgata. Sed hæc regula non obſervanda ubi cum eo, qvi hujus hæreſeos manifeſtus non eſt, res agitur, donec excommunicatus pronunciatus fuerit.) Ita & omnes illi æterna excommunicatione ligantur, qvi ſecus intelligunt & docent, qvam ſancta eccleſia Romana prædicat & ſervat, de ſacro baptiſmo, & de conſecratione carnis & ſangvinis noſtri domini Jeſu Chriſti, vel de confeſſionis neceſſitate; matrimonio & aliis ſacris ſanctæ eccleſiæ, ita qvoqve omnes illi (*excommunicati ſunt*) qvos epiſcopus qvilibet hæreticos judicaverit in ſua diœceſi. Tertius caſus eſt; ſi qvis credit perſvaſionibus hæreticorum vel eos ad ſe recipit, adjuvans & propugnans eorum cauſas, illi in eandem cadunt excommunicationem, & ſi qvis horum reſipuerit intra duodecim menſes emendari, poſtqvam excommunicatus pronuntiatus fuerit, illi inuritur perpetua infamia & exinde ad actus forenſes non adhibendus, & nullo modo teſtimonium ferre dignus habeatur. Interdictum eſt ei accipere qvod qvis ei dare voluerit in eorum teſtamentis. Nemini licet illum ſuum hæredem ſcribere & nullam capiat hæreditatem, nec ei ſuum teſtamentum in favorem alterius condere licitum eſto, nec integrum ei ſit actionem contra aliqvem inſtituere, at cogendus eſt ad præſtandum aliis jus ſuum, & ſi qvando judex fuerit, tunc ſententia ab illo dicta, rata non haberi debet, nec ulla cauſa ejus judicio ſubmittenda. Si autem clericus fuerit, ſubjectus ſit iisdem his pœnis & (antea) deturbatus ex omnibus gradibus

vera (ádr) affettr öllum vígflupöllum af ſínum biſkupi. Hinn fiórdi er ſá atburdr ef nockur ſeger oc fylger því. at Rómaborgarkirkia ſe eigi höfud (kriſtninnar). oc henne ſe eigi hlýdanda. Sá er hinn fimti atburdr. ef nockur leggr hendr med heipt oc illvilia. á klerk edr klauſtramann. þá fellir hann á ſig páuabann. býdr oc nockur þat ödrum at gera. þá eru báder í banni. ſá ſem baud. oc hinn err gerdi. Sá ſellr oc í bann er veita mátti klerkinum lid í ſlíku tilfelli. oc veitti eigi. þat err af þeim manni rett ſkilt. er valld edr yferſkipan hafa til at ſtiórna ödrum. oc mátti hann forſtod veita. oc villdi ei. Eitt ſaman ofríki má oc ſtundum metaz ſlík ſök. þótt ei ſe hendr á mann lagdar. ſuo ſem þá ef nockur ſetr klerk í band. edr lœſer í myrkaſtofu edr ödru vardhalldi. þat öngum leikmanni gefz ſuo mikid valld yfer nockurum klerk. oc því fordaz ſá ei bannid er þetta giörir. verdr oc fleiri vega misþyrmt klerkum. en ſkedia líkömum þeirra. Sá er hinn ſetti atburdr ef veralldliger valldzmenn. (iarlar) iallaſtiórnarmenn. ſýſlumenn. edr adrer þeir menn. ſem þeſſer ſkipa í ſín ſtörf. í borgum edr bœium. gera krafer edr óſkyllduligar pyndingar á klerka edr (kirkiur) kirkium. oc þeirra (eigner) eignum. fyrirkomandi ſuo valldi oc framkuœmd forſtióra heilagrar kirkiu. nema þeir láti af. laugliga áminnter. þá viti þeir ſig vera í banni. oc ſuo huerr er þeim fylger til þeſs. —

---

dibus ordinationis a ſuo epiſcopo. Qvartus caſus eſt, ſi qvis ſtatuerit & contenderit, eccleſiam Romanam non eſſe caput (chriſtianiſmi), nec illi eſſe obtemperandum. Qvintus eſt caſus ſi qvis manus immittat cum violentia & malitia in clericos vel monachos, is ſe in excommunicationem Papæ præcipitat. Et ſi qvis imperaverit alteri hoc faciendum, uterqve in excommunicatione ſunto, & qvi imperavit, & qvi fecit. Is qvoqve excommunicationem incurrit, qvi clerico in tali caſu ſuppetias ferre poterat, & (tamen) ei non ferebat, jure iſtud ab homine expoſtulatur, qvi habebat poteſtatem vel jus aliis imperandi, & poterat præſidium præſtare, verum recuſabat. Sola interdum violentia ut talis cauſa æſtimari debet, qvamvis manus cuiqvam non immittantur, ut ſi qvis clericum in vincula conjicit, vel carcere includit vel cuicunqve cuſtodiæ, cum nulli laïco detur tanta in clericum qvendam poteſtas, ideoqve, qvi tale facit, excommunicationem non evitat, clerici qvoqve pluribus rationibus maletractari poſſunt, qvam ſola corporum ipſorum læſione. Sextus caſus eſt ſi domini ſeculares, (Comites) Comitum mandatarii, Toparchæ vel qvidam ex illis hominibus, qvibus illi ſua negotia committunt exſeqvenda in urbibus vel villis, pecuniæ ſolutiones vel irrogationes injuſtas ſacerdotibus, templis vel eorum poſſeſſionibus imponant, poteſtati hoc modo & exſecutioni Antiſtitis ſanctæ eccleſiæ præjudicantes, niſi deſiſtant legitime admoniti, ſciant ſe eſſe excommunicatos, ut

þess. þvíat ongar krafer edr þegnſkylldr megu leikmenn med rettu leggia á klerka edr kirkiur. En hverr ſem tekr valld eptir nockurn þann err ſlíku hafdi framhalldid. oc vill hann ei aptrbœta innan fyrſta mánadar þeſsháttar rángendi edr oftekiur. þeſs ſem þat valld edr ſtarf hafdi fyrir honum þá fellr hann í þat ſama bann. þvíat hann ſamþyckir því ſama. ſem hinn gerdi. I ſiaunda ſtad err her ſkipadr ſá atburdr er menn giöra ſkipaner mót frelſi oc fridi heilagrar kirkiu. nema þeir hafi innan tueggia mánada. ſídan þeim var lýſt. oc tekid þœr af ſínum bókum. ef þœr vóru ritadar. edr (hallda þeir fram) halldid þœr frá þeim ſkipanum. þótt þœr veri afſkafdar bókunum. Slíkt hid ſama þeir ſem rita ſlíkar ſkipaner. oc ei ſídr ualldzmenn. oc rádzmenn. oc rettarar ſtadanna. ef þeir dirfaz at dœma eptir þeſsháttar ſkipanum. Suo þeir ſem (þá dóma rita) þeir dœma rettu til ſtadfeſtingar. Slíkt hid ſama þeir ſem iáeid gefa til. at láta hafa veniur þœr ſem helldr megu heita óveniur. oc upp hafa tekiz móti frelſi heilagrar kirkiu. þá bindaz þeſſer allir í bannz atkuœdi at guds laugum. En þá er vitanda at frelſi heilagrar kirkiu ſtendr ſaman (í þeim) privilegiis. ſem henni hafa veitt verid. yfer andligum hlutum. edr ſtundligum audœfum almenniliga edr einsliga. Nú eru ſum privilegia veitt heilagri kirkiu af ſiálfum gudi. ſua ſem þat er vor lauſnari Jeſus

---

ut & omnes qvi eos hac in re adjuvant, nullas enim irrogationes vel tributa clericis vel templis juſto jure imponere poſſunt laïci. Qvi vero in imperio ſuccedit, ei qvi tale qvid effecit, & intra menſem primum tales injurias nimiaqve tributa ab eo qvi illum in hoc imperio vel labore antecedit, exacta reſtituere recuſat eandem incurrit excommunicationem, cum conſentiat in eo ipſo qvod alter ille fecit. Septimo loco hic adfertur talis caſus, ubi qvis facit conſtitutiones contra pacem & libertatem Sanctæ eccleſiæ, niſi intra duos menſes, ex qvo publicatæ fuerunt, ex ſuis libris demant, ſi exaratæ fuerunt, vel exſeqvantur illas conſtitutiones, qvamvis ex libris eraſæ eſſent, id qvoqve valeat de iis, qvi ſcribunt tales conſtitutiones, nec minus domini, & diſpenſatores & judices civitatum, ſi auſi fuerint ſecundum iſtas conſtitutiones judicare, ita etiam de illis qvi talia (tales ſententias ſcribunt) confirmanda judicant. Ita & illi (*huc pertinent*) qvi tales conſvetudines ſervandas approbant, qvæ potius pravæ dici debent, & qvæ invaluerunt contra libertatem ſanctæ eccleſiæ. Hi omnes ſententia excommunicationis juxta leges dei ligantur, at ideo ſciendum libertatem ſanctæ eccleſiæ conſtare in privilegiis ei datis in res ſpirituales vel divitias ſeculares generaliter vel ſpecialiter. Qvædam vero privilegia ſanctæ eccleſiæ data ſunt ab ipſo deo uti illud, qvando noſter ſalvator Jeſus Chriſtus dicebat Petro Apoſtolo: Qvodcunqve ligaveris in terra, illud

us Christus sagdi Petri postula. hvat sem þú hefer bundid á iardríki. þat mun oc bundid á himni. oc hvat sem þú hefer leyst á iördu. mun leyst á himni. sua oc þat at tíunder. oc frumfórner. oc allt offr. heyra (kirkium) klerkum til. þat privilegium er enn af gudi veitt heilagri kirkiu. at klerkar eigu valld oc rád yfer hennar eignum oc audœfum. oc hennar forstiórar eigu laug skipa af andligum hlutum. oc hafa þar dóm yfer. oc fleira annad. þat er stendr í hinu forna oc hinu nýa laugmáli guds. Af herra páfanum er oc privilegium veitt heilagri kirkiu. (Sua sem þat at sá er í banni af siálfu verkinu sem heiptuga hönd leggr á lærdan mann. Sua þat at tueir uattar vinni þörf um testamenta þau öll sem sálugiafer megu metaz. oc mörg onnur prívilegia hafa páfarner veitt heilagri kirkiu því þat megu þeir) Suo hafa keisararner ueitt privilegia heilagri kirkiu. þvíat þat megu þeir vel gera af veralldligum hlutum. suo sem þat er lofat hverium manni at leggia til heilagrar kirkiu faudrleifd sína. suma edr alla. huart sem hann uill. at hún eigniz epter hanns dagh. edr fyrir. med hverium hœtti sem hann uill. oc ei þarf hann nockurn orlofs epter at spyria um þá giof. þvíat í þeirri giof. er madr gefr heilagri kirkiu fyri sál sinni. er þat hid hœsta endimark. en ecki endimark er honum sett. Nú huerr sem veiter mótgáng þessù frelsi heilagrar kristni. þá forbodaz hann í bannz áfell. Sá er hinn átti atburdr her skipadr. at þeir sem brenna med illvilia

illud & ligabitur in cœlo, & qvodcunqve solveris in terra, solvetur in cœlo; ita & qvod decimæ & primitiæ & omnis oblatio debentur clericis (templis). Istud qvoqve privilegium a deo datum est sanctæ ecclesiæ, qvod clerici habeant potestatem in ejus bona & divitias, & ejus antistites habeant jus ferendi leges circa res spirituales, & de iis sententias ferre; & plura alia (privilegia) qvæ exstant in vetere & nova lege dei. A domino Papa etiam privilegium datum est sanctæ ecclesiæ, (vel uti qvod ipso facto is excommunicatus est, qvi violentam manum injicit clerico cuidam, & qvod duobus testibus opus sit ad omnia illa testamenta, qvæ pro animæ salute facta haberi possunt, & multa alia privilegia dederunt Pontifices maximi sanctæ ecclesiæ, cum illis qvoqve istud liceat). Ita qvoqve Imperatores sanctæ ecclesiæ privilegia concesserunt, hoc enim penes eos est in rebus temporalibus; uti etiam sanctæ ecclesiæ suum patrimonium, vel qva partem, vel qva totum, sive velit ut ei sit post ejus diem (*emortualem*), sive ante, qvocunqve demum modo voluerit, donare cuiqve homini licet. Nec opus habet alicujus consensum circa hanc donationem sollicitare, nam in illa donatione, qvam qvis pro anima sua sanctæ ecclesiæ donat, is summus finis esto, nullus vero terminus ei præscribendus est. Qvicunqve se opponit huic sanctæ ecclesiæ libertati, pœna excommunicationis ei interdicitur. Octavus est casus hic dictus, qvod ex malo proposito sanctum templum vel sacra loca vel

vilia heilaga kirkiu edr heilaga ftadi. edr þau herbergi fem ftanda innan kirkiu gardz. edr þefs vidernis fem heilug kirkia á vernd at veita. umhverfis figh. þá eru þeir bannfettir at guds laugum. oc fídan er þeir hafa bodader verid bannfettir af heilagri kirkiu um þeffa fauk. fkulu þeir af óngum fá laufn. utan fiálfum páfanum. nema í lífsháfka. (Sá er hinn níundi ef nockurr brýtr kirkiu eda ræner hana fídan. eda gerir í henni ódáda werk. fem er at fara úþyrmiliga med guds líkama. eda at brióta alltari. eda krofs. eda annat flíkt). Hinn (níundi) ellifti atburdr er fá. ef nockur falfar bref herra páfans fyrir fig edr annan mann. þá er fá oc af fiálfum laugunum bannfettr med öllum þeim er honum veita fullting. þefs vitandi. edr veriandi hanns mál. Slíkt hid fama fá oc fem nýter fer til nockurar framkuœmdar falfad páuansbref. uitz oc uitandi þat fem annar madr feck. edr falfadi. en fá er vardveiter. fkal innan tólf daga fídan hann veit falfid fyrirkoma því brefi edr fá í þefs valld er vel má trúa til vidtöku. ef hann vill fordaz bannzinspínu. þat er þeim til (vidrhiálpar) eidhiálpar er fer nýter falfad bref óvitandi. at hann hafi prófat fem hann kunni bez. oc gœti ei fuo feint aptrhuarfs. at fyrir því fýndiz hann vera fannfakadr. Hinn tíundi atburdr fellir á þá fullkomid bann. fem farrafenis flytia vopn til handa. edr fkipvidu. edr (iárn) madr. edr gioraz (fkipftiórnarmenn) fkipmönnum þeirra. edr veita þeim nockurs-

 kyns

vel domus iftas qvæ in cœmeterio exftructæ confiftunt, vel in feptis qvæ funt in tutela fanctæ ecclefiæ circum circa, comburentes, excommunicati fint fecundum leges dei, & poftqvam excommunicati pronuntiantur a fancta ecclefia hanc ob caufam, a *nemine abfolutionem impetrent, nifi ab ipfo Papa, excepto folum in vitæ periculo.* (Nonus cafus eft fi qvis diffringit templum vel deinde id fpoliat, vel in eo patraverit crimina atrocia, ut eft corpus dei maletractare, altare vel crucem diffringere, vel aliud his fimile). (Nonus) undecimus cafus eft, fi qvis literas domini Papæ vel pro fe ipfo, vel pro alio falfet, ille etiam, juxta ipfas leges excommunicatus eft cum omnibus illis, qvi illi opem ferunt, fcientes & procurantes ejus caufam; ita qvoqve, qvi in fuos ufus adhibet vitiatas Papæ literas, certo fciens qvod incompetens illas impetraverit vel falfaverit, is autem apud qvem hæc epiftola fervatur, intra duodecim dies ex qvo fraudem novit, has literas deftruat, vel tradat tali viro, cui fervandæ concredi poffunt, fi velit pœnam excommunicationis effugere. Infervit ei ad (excufationem) beneficium juramenti, qvi literas falfas ignorans in fuos adhibet ufus, qvod eas, qvam optime fieri potuit, exploraverit, & pœnitentiam non tam fero adhibuerit; ut ideo revera reus videri poffit. Decimus cafus in eos plenam devolvit excommunicationem, qvi Saracenis arma miniftrant, vel ligna ad naves exftru-

endas

kyns fullting til ágángs oc ófridar heilögu iorſalandi oc kriſtnu fólki. Enn ellefti atburdr er ſá ef nockurer rœna Rómveria edr adra kriſtna kaupmenn þeirra fe þá ſem ſigla med ſínum kaupeyri. ſer til nytſemdar oc ödrum. edr dirfaz at taka ſiálfa þá at herfángi. edr rœna þá fe. ſem ſkipbrot hafa þolt. þeſſir allir falla í bann af ſiálfum laugunum. nema þeir bœti þat er þeir brutu. oc gialldi aptr þat ſem þeir rœntu. þá err þeir eru laugliga áminter. I tólfta ſtad ſtendr ſkipan gregorii páfa (decimi). med hverri er hann lagdi bann á alla þá ſem nockud ofríki edr ágángi þrónga biſkupum edr lœrdum mönnum til þeſs at leyſa nockura af bannz atkuœdi edr gefa lœrdum aptr embœtti. edr leyſa tída gerd. i þeim ſtödum ſem ádr eru aftekin. Sá er hinn þrettándi atburdr at ef leikmenn. í hverri ſtett ſem ſtanda. edr hveria tign ſem þeir hafa. neyda til þeſs forſtióra heilagrar kirkiu. (kapellanos) kapella edr adra klerka. ſaumu lög leſa láta. at under leikmannavalld leggiz heilagrar kirkiu faſtaeigner. edr béir. þá ſe þeir bodnir í bannz atkvœdi. nema þeir gefi allt aptr med frelſi í þeirra valld ſem eigu. ſídan þeir eru laugliga áminter. þat er þeir hofdu ádr med ofríki tekid under ſig. ſuo at þá kallaz formenn heilagrar kirkiu. preſtar oc perſónar. þat len af leikmönnum hallda. ſuo ſem af ſínum yfermönnum. A þetta ofan bannſetium ver þá alla oc ſerhveria. ſem leita

endas (vel ferrum), vel eorum nautæ, homines, vel navium gubernatores fiunt, vel iis aliqvalem opem ferunt; ad impetum vel invaſionem in terram ſanctam & populum chriſtianum faciendum. Undecimus caſus eſt, ſi qvi Romanos vel alios Chriſtianos mercatores eorum bonis ſpoliant, qvi navigantes ſecum ſuas merces ſibi aliisqve in utilitatem vehunt, vel hos ipſos captivos ducere, vel eos qvi naufragium paſſi fuerunt pecunia ſpoliare audent. Hi omnes cadunt in excommunicationem ex ipſarum legum (*præſcripto*), niſi expiaverint qvod deliqverunt, & reſtituerint, qvod ſpoliarunt, poſtqvam legitime admoniti fuerunt. Duodecimo loco exſtat conſtitutio Gregorii Papæ (Decimi), qva excommunicationem impoſuit omnibus illis, qvi vi qvadam vel coactione epiſcopos vel alios clericos ad abſolvendum qvosdam a pœna excommunicationis, vel clericum qvendam in priſtinum officium reſtituendum, vel ſacrorum celebrationem illis in locis, ubi antea fuit abrogata, permittendum adigunt. Decimus tertius caſus eſt, ſi laïci cujuscunqve ſtatus fuerint, vel qvalemcunqve habuerint dignitatem, cogant antiſtites ſanctæ eccleſiæ, Capellanos vel alios clericos ut easdem (*ac antea obtinuere*) leges publice recitari curent, qvod (*ſcilicet*) laïcorum poteſtati ſubjicienda ſint ſanctæ eccleſiæ latifundia vel villæ, iis ſententia excommunicationis promulgetur, niſi eorum dominio qvi poſſident, poſtqvam rite fuerint admoniti, omne illud libere reſtituant, qvod vi antea ſibi ſubjecerunt, itaſut antiſtites ſanctæ eccleſiæ ſacerdotes & perſonæ illud feudum a laïcis tanqvam vaſalli tenere dicantur. Supra hæc excom-

leita upp at reiſaz móti varum virduligum herra Eireki Noregskóngi. oc hanns ríki. edr med nockurum illuirkium edr ſuikrœdum vilia fyrirkoma fridinum.

Litr. B.

(b) Jón med guds miſkunn erkibiſkup í Nidaróſi. Andres biſkup af Oſló. Jörundr biſkup af Hólum Arni biſkup af Skálhollti. Erlendr af Fœreyum. Arni af Stafángri. Narfi af Biorgin. Þórfinnr af Hamri. Nidaróſs kirkiu underbiſkupar. ſenda aullum retttrúudum maunnum í Nidaróſs erkibiſkups dœmi. þetta bref ſiáundum edr heyrundum. frid oc fagnat í drottni Jeſú Kriſto. Oſs ſitiundum oc tracterandum á þeſſu biſkupsþíngi eptir heilagra fedra ſetníngum &c. I nafne Faudr oc Sonar oc Anda Heilags. biódum vier med valldi oc raukſemd þeſſa þíngs. at klerkar þeir ſem taka erfd hins kroſſfeſta oc hans mark. at þeir ſe ſkírlífer. fridſamer. hógværer. oc tilgefner gudligri þiónuſtu. oc bæna halldi. enn fordizt miöc deilur oc. þrætr oc haturligar framferder. oc alla hiegómliga hluti oc óſæmiliga. at þeir megi makliga gudi þióna í því embætti ſem þeir eru tilſettir. fyrirbiódum vier at nockur nidrſettar deilur uppveki. edr gefi efni til nockurs ſundurþyckis. edr nockur framhrapi í þá

 illzku

excommunicamus omnes illos & ſingulos qvi rebelles fiunt contra noſtrum illuſtrem dominum Ericum Regem Norvegiæ & ejus regnum, vel qvibuscunqve facinoribus aut dolo pacem turbare ſatagunt.

(b) *Id eſt:* Jonas Dei gratia Archiepiſcopus Nidaroſienſis, Andreas Epiſcopus Oſloënſis, Jörundus Epiſcopus Holenſis, Arnas Epiſcopus Skalholtenſis, Erlendus Færöenſis, Arnas Stafangrenſis, Narfus Bergenſis, Thorfinnus Hamarenſis, Eccleſiæ Nidaroſienſis ſuffraganei, omnibus fidelibus in Archiepiſcopatu Nidaroſienſi, has literas viſuris vel auditturis pacem & gaudium in Domino Jeſu Chriſto mittunt. Nobis ſedentibus & tractantibus in hoc concilio Epiſcoporum, ſecundum conſtitutiones ſanctorum patrum &c. In nomine Patris & filii & ſpiritus ſancti, ex poteſtate & authoritate hujus concilii mandamus, ut clerici, qvi in hæreditate crucifixi & ejus ſigno ſuccedunt, caſti ſint, pacifici & divino cultui & precibus addicti, maxime vero lites & rixas & converſationem odioſam, ac omnes res vanas & inhoneſtas vitent, ut in officio, qvod illis demandatum eſt, Deo digne ſerviant. Prohibemus ne qvi lites ſopitas reſuſcitent, aut diſcordiæ cujusqvam materiam ſuppeditent, vel in talem proruant

íllzku at lasta leikmenn. edr bíta þá med aufundar taunn oc umlestrar. Enn ef nockur dirfizt þat at giöra. þá sie hann svo hardliga hirtr af sínum dómara. at seirna gángi ór minni pína hefndarinnar en tilgiörd glæpsins. Svo áminnum vier leikmenn at eigi þraungvi þeir presta edr adra klerka med óvidurqvæmiligum pyndingum. helldr sie þeir fielagliger vid þá oc gódgiarner. giörande sem postulinn býdr. at hvorer tveggia sie vid adra samþycker í einum ástaranda oc lítillæti. Enn ef nockur hefur sik upp í ofbelldis anda oc slítur í sundr þetta ástarinnar samband. þá skilr hann sigh frá gude. því gud býr ecki í þess mans hugskoti sem sundr slítr fridar band oc ástsemdar. Item medr því at fyrirbodit er í helgum bókum at kaupa med peningum heilagt sidferdi. edr heimta nockut sie af þeim sem inn gánga í klaustr. oc þó at þetta se fyrirbodit. þá takazt þó nunnurnar optliga aungvar nema med peningum í systra lag. Nú vier lækning viliandi gefa þessari sótt. því skipum vier ef abbadís eda príor at systra klaustri þiggr sie edr giafer edr giörer kaup edr óleyfiligt skilord til þess vid nockura at inngánga í systralag edr gefur til þess rád edr samþykt. þá hefer hann fyrirgiort sínu vallde af siálfu verkinu. Enn ef þeim er nockut gefit ádr edr sídan edr offrat rettliga án kaupi edr skilorde þá mego þær þat rettliga oc leyfiliga þiggia. þetta sama vilium vier oc at vardveitizt í audrum klaustrum. þat er oc innvirduliga hugsanda hvat

aut malitiam, ut laïcos vituperent, vel dente invidiæ aut calumniæ corrodant. Qvod si qvis facere ausus fuerit, tam acriter a suo judice castigetur, ut pœna serius vindictæ, qvam promeritum sceleris oblivioni detur. Ita & laïcos cohortamur, ne sacerdotibus aut aliis clericis incompetentibus irrogationibus graves fiant, sed sociabiles potius & benignos se erga illos præbeant, facientes ex Apostoli mandato, ut utriqve concordes ad invicem sint in uno spiritu charitatis & humilitate. Siqvis vero in spiritu violentiæ elatus hanc amoris copulam disruperit, ille a Deo se segregat, Deus enim in talis hominis, qvi vinculum pacis & charitatis disrumpit, animo non habitat. Item cum in sacris libris sanctos mores pecunia emere prohibitum sit, ut & qvoddam pecuniæ cœnobia intraturis adimere, qvamvis hoc prohibitum sit, sæpe tamen nullæ moniales nisi data pecunia in consortium sororum admittuntur. Jam nos huic morbo medicinam admoturi præcipimus, ut si Abbatissa aut Prior cœnobii sororum; pecuniam vel dona acceperit, aut contractum vel conditionem illicitam cum aliqva in consortium sororum intratura pacta fuerit, vel suo consilio aut consensu id promoverit, ipso facto a potestate sibi commissa remota sit. Qvod si illis ante vel post sine contractu vel conditione legitime donatum vel oblatum fuerit, id recte & licite acceptare illis permissum esto. Hoc idem & in aliis monasteriis ut servetur,

hvat Páll poſtuli ſeiger þeim er til hanns qvómu af effeſo. þier vitid ſagdi hann at ec hefi ecki undanndregit at ſeigia ydr þat ſem ydr má verda til nytſemdar. því vottar ec þat fyrir ydr at mínar hendr eru hreinar af ydru blódi &c.

Litr. C.

(c) Oſs er kunnigt um dóm þann er virduligr herra Jón erkibiſkup dæmde í Biorgvin um ſtadamál. ſva oc at Arne biſkup var tilſkylldadr at taka under ſik allar kyrkiuegner. hvör ſem þær hefr ádr. eptir nockurum fornum óvanda edr ſkildögum móte biſkups villd oc vilia. oc hellz þeſſe bodſkapr. þar til Rafn Oddsſon bar til Islands opit bref virduligs herra Eiriks konóngs. fyrir hvört efne ólærder menn tóku undir ſigh. oc ónýttu ſva dóm oc bodſkap ágæts herra Jóns erkibiſkups. enn þann dóm oc bodſkap ſtadfeſtum ver med voru brefe. enn þeir ſem á hafa ſetz kyrkiuegner. epter brefe oc leikmanna ſtyrk móte heilagre kyrkiu. oc lærdra manna ſkipari. þá bæte audmiúkliga vid kyrkiuna. eptir dóme herra biſkups. vilie nockrer enn herda huge ſína oc hiörtu móte gude oc vorum bodſkap. oc hallda kyrkiuegner móte hennar frelſe. þá mega þeir rettelega bannſetiaz af biſkupe. Datum Nidaróſe MCCLXXXVIII.

Litr.

vetur, volumus. Attente qvoqve animadvertendum eſt, qvod Paulus Apoſtolus ad illos dicit, qvi Epheſo ad illum venere, noſtis, jnqvit, me nihil ſubtraxiſſe vobis dicere, qvod utile vobis eſſe poſſet, hinc coram vobis teſtor manus meas ſangvinis veſtri puras eſſe &c.

(c) *Id eſt:* Notum eſt nobis de ſententia qvam reverendus Dominus Jonas Archiepiſcopus de cauſa præbendarum Bergis tulit, ut & qvod Arnæ Epiſcopo injunctum fuerit, omnes templorum poſſeſſiones retractaret, qvisqvis illas huc uſqve, ſive ex antiqvo qvoqvam perverſo more, ſive conditionibus, contra Epiſcopi nutum & voluntatem tenuerit, qvæ juſſa, uſqve qvo Rafnus Oddi filius patentes illuſtris Domini Erici Regis literas in Iſlandiam retulit, valuere, qvo facto laïci (*poſſeſſiones iſtas*) arripuere, & ſententiam eximii Domini Jonæ Archiepiſcopi nihili fecere, qvam ſententiam & conſtitutionem nos noſtris (*hiſce*) literis confirmamus. Qvi autem ſecundum literas & patrocinium laïcorum, ſed contra ſanctam eccleſiam & clericorum conſtitutiones præbendas occupavere, ex Epiſcopi ſententia eccleſiæ humiliter ſatisfaciunto. Si qvi autem animos ſuos & corda contra Deum & noſtra mandata, poſſeſſiones eccleſiæ contra ejus libertatem retinendo, adhuc indurare voluerint, illi ab epiſcopo jure excommunicari poſſunt. Datum Nidaroſiæ 1288.

Litr. D.

(d) Epterfarandi ſtatúta wóro giör oc ſamanritud í Nidaróſi af ágætrar áminningar Jörunde erkibiſkupi af neſndum ſtad. Erlende af Færeyium. Arna af Skálhollti. Arna af Stafángri. Eyuinde af Oſló. Þórſteini af Hamre. lýdbiſkupum. oc ſkyllduliga bodin at hallda ollum oc ſerhuerium í Nidaróſs erkibiſkupsdœmi. ſub anno domini milleſimo ducenteciſimo nonageſimo in die decollacionis beati Johannis Baptiſte.

Allir þeir preſtar ſem hafa curam animarum eru ſkyllder til at predica fyrir ſínu ſóknarfólki á hvern ſunnudag af heilagri trú oc hennar articulis. af heilagri ſkírn oc þeirri hiálp ſem þar leider af. oc huerſu ſmábörn ſkulu ſkíraz í naudſyn ef æi náir preſti. oc at þeir ſem ſkirder eru confirmeriz af biſkupi þegar færi gefz á. ſkulu þeir oc ſua kenna úngum. ſem gömlum mönnum ſem æi kunna ádr Credo in deum. pater noſter. med ave maria. oc á þeſſum lutum iafnliga prófa einkannliga í þeirra ſkriptagángi. oc leggi pínu vid þeim ſem æi vilia nema. Preſtar oc prófaſtar oc adrer kirknanna formenn ſkulu iduliga at geyma at telia fyrir leikum oc lærdum um ſtyrka trú oc vegſemd wid holld oc blód vors herra Jeſu Chriſti. ſua at í huern tíma er því er upphalldit í heilagri meſſo. edr þat werdr borit til ſiúkra manna fyrir ſtadi eda ſtræti. falli þeir á kne berudu höfdi

(d) *Id eſt:* Seqventia ſtatuta facta ſunt & conſcripta Nidroſiæ a bonæ memoriæ Jörundo Archiepiſcopo dicti loci, Erlendo Færöenſi, Arna Skalholtenſi, Arna Stafangrenſi, Eyvindo Oſloënſi, Thorſteino Hamarenſi ſuffraganeis, & ut ab omnibus & ſingulis per Archiepiſcopatum Nidaroſienſem obſerventur, ſtricte injuncta. Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo, die decollationis beati Johannis Baptiſtæ.

Omnes ſacerdotes qvi curam animarum habent, qvavis die dominica concionem coram parochianis habere tenentur de ſancta fide ejusqve articulis, de ſancto baptiſmo, & ſalute inde redundante, & qvo modo infantes, ſi urgeat neceſſitas, & ſacerdotis non ſit copia, baptizari debeant, & ut baptizati qvam primum occaſio dabitur, ab Epiſcopo confirmentur. Illi (*ſacerdotes*) tam juniores, qvam ætate provectos, qvi antea non calluerunt, Credo in Deum, pater noſter, & Ave Maria docento, & horum notitiam jugiter, imprimis vero in confeſſione, examinanto, diſcere vero nolentibus pœnam dictanto. Sacerdotes & Præpoſiti, & alii eccleſiarum antiſtites probe curent, ut laïcis & clericis jugiter inculcent firmam fidem & venerationem erga corpus & ſangvinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ita ut qvandocunqve in ſancta miſſa elevatur, vel ad ægrotos per vicos vel plateas portatur, iſti denudato capite & manibus

höfdi oc upprettum hondum. en prestar skulu þat bera skrýdder yfer sloppum under reinum dúki. fyrirfaranda krossi. biöllu oc loganda kerti. utan leidarleingd banni eda annad skynsamligt inpedimentum gángi til. oc skulu prestar þá bera þat á hálsi ser í reinum púngi edr skiódu. oc geyma vandliga þat sem afgeingr. Af sínum yfermönnum skulu prestar fræðaz um önnur officia mest af lága söngum oc skírnarembœtti. af olían oc líksöng oc odrum þeim lutum sem tilheyra prestligu embœtti. oc á sögdum lutum optliga prófaz. Þörf vinnr huerium presti at segia eina messo á dag. utan í þeim casibus sem lofat er at lögum. þat er at skilia á ióladag. edr páskadag. huítasunnudag. edr á drottinsdag. edr in festo dupplici. edr lík komi til kirkiu edr biskup hafi skipat honum tuær kirkiur. þvíat þá má hann med hanns orlófi syngia tuær messur á huern sagdra daga. Skal eingi messu segia utan klerkr se hiá. sá er þióni med loganda kerti oc þeim ödrum lutum sem þar til heyra. Crisma oc eucaristíam skulu prestar geyma í læstri hirdzlu at einginn ofdirfdarfullr megi þar til ná. Kalk oc sacrarium. munnlaug. skirnarsá. oc messuklædi. oc corporale skulu þeir rein láta wera. Einginn prestr skal veita sacramenta annars þíngunaut utan fulla naudsyn. edr med orlofi síns sóknarprestz. Medr því at í þiónostu sacramentorum skylldi allr reinleiki vandliga geymaz. þá

---

manibus sublatis in genua procidant. Sacerdotes vero albis induti, præcedente cruce, nola, & candela ardente, sub linteo puro illa deportanto, nisi longitudo viæ obsit, aut aliud probabile impedimentum in causa sit, tunc sacerdotes in crumena pura vel pera, collo illa ferunto, & residuum curatissime conservanto. Sacerdotes a suis superioribus informantor de aliis officiis, de secretis præsertim & ministerio baptismi, de unctione (*extrema*), de sepultura & aliis ad ministerium sacerdotale pertinentibus, & dictorum examen sæpiuscule subeunto. Necesse est sacerdoti, ut unam (*tantum*) missam per diem dicat, nisi in casibus in qvibus ex lege permissum est, festo scilicet Natalitiorum domini, vel Paschatos, Pentecostes vel die dominica, vel festo dupplici, vel si funus ad templum advehitur, vel Episcopus ei duo templa commiserit, tunc enim ejus venia qvovis dictorum dierum duas dicere missas licitum esto. Nemo missam dicat, nisi clericus, qvi candela ardente & aliis reqvisitis ministret, assistat. Chrisma & eucharistiam sacerdotes in repositorio clauso recondunto, ne qvis temerarius ea attingere qveat. Calicem & sacrarium, pelvim, fontes baptisteriorum & vestes missaticas ac corporale pura esse curanto. Nullus sacerdos alterius parochiano absqve urgente necessitate aut proprii ejus parochi venia sacramenta confero. Cum in administratione sacramentorum omnis mundities apprime observanda

þá er faſtliga fyrirbodit. at nockurr preſtr huat ſid edr vana ſem hann kallar þar til wera. ſem í þeſſum part má helldr heita ſpell edr úuani. dirfiz nockurn pening at heimta. ſkildaga edr kaupmála inn at leida. edr eitthuert hegómligt impedimentum til at ſetia. at því úreinni verdi hanns þiónoſta ádr hann veiti olían. líkſöng. hiónavígſlur edr önnur preſtlig embœtti En ef nockurr vill epter veitt ſacramenta æi hallda her um wid preſtinn þers ſtadar loſligan vana. þá ſkal hann þróngaz til af biſkupi edr hanns officiali. Saker þers at herads kirkiur þarnaz vída ſitt gódz oc tíunder. ſua at æi at eins miſſa þœr þarfar bœkur oc adra þarfliga luti fyrir innan ſigh helldr iafnvel eru þœr ſiálfar komnar at ofanfalli bœdi at ráfi oc veggium þá ſkal einginn ſá ſem til er œtladr at ſelia þann part tíundar ſem kirkiurnar eiga dirfaz hedan af nefnda kirkiutíund at ſelia án vitordi þeirrar kirkiu höfudpreſtz. oc tueggia annarra ſkilríkra ór þeirri kirkiuſókn. Sua þó at ſá er ſelr taki þar eingan bata af ſinna vegna af þeim ſem kauper. ſelia oc eingum þeim er fyrr hefer keypt. ſua at kirkian hefer æi ſitt feingit þat er ſkilit war epter áquednu. Höfudpreſtar at graftarkirkiu huerre hafi ſer vicarium ef þat er vel máttuligt. at þá er annarr þeirra ferr til kaupſtadar at naudſynligum eyrindum megi annarr heima wera at gera vices á medan. med því at þeſsháttar kirkiur hafa iafnan mikla ſókn

vanda ſit, ſtricte interdictum eſto, ne qvis ſacerdos, qvalemcunqve morem vel conſvetudinem allegaverit, qvæ in hac re corruptio potius & prava conſvetudo dici meretur, nummum qvendam reqvirere ſuſtineat, vel contractum emtionis introducere, vel vanum aliqvod impedimentum, ut eo impurior ejus eveniat adminiſtratio, conſtituere, anteqvam extremam unctionem, funeralia, copulationem vel alia officia ſacerdotalia peragat. Si qvis vero poſt ſacramentum collatum ex ejus loci laudabili conſvetudine cum ſacerdote agere detrectaverit, tum ab epiſcopo vel ejus Officiale ad id adigatur. Cum templa provincialia bonis ſuis & decimis paſſim deſtituantur, ita ut non ſolum libris utilibus & aliis rebus, qvarum opus habent, intrinſecus careant, ſed & vel ipſa ruinam tam tecti qvam parietum minentur, tunc nemo ad qvem portionis decimarum, templo cedentium, venditio pertinet, dictas templorum decimas ſine ejusdem templi parochi & duorum aliorum ejus parœciæ integræ famæ incolarum conſcientia vendere exhinc ſuſtineat; ita tamen, ut venditori inde ab emtore nullum lucrum redundet, nec ulli vendet qvi illas antea emerat, & (*de qvo*) templum ex pacto (*omnia*) nondum accepit. Paſtores primarii cujusqve templi cœmeterio inſtructi Vicarium, ſi fieri poteſt, habento, ita ut altero ad emporium vel negotia neceſſaria itinere occupato, alter domi remanere qveat, & vices interea peragat, talia enim templa magnam & vaſtam plerumqve habere ſolent parœciam.

ſókn oc vída. Hvert ſem eitt klerkanna collegium einkannliga kanúka á biſkupsſtólum. ſkal iafnan hafa leſning fyrir ſínu bordi af heilogum ritningum. at þeſs minnr hneigi þeir ſín eyru til ſkials oc hegóma. Skylldér eru preſtar huerr í ſinni ſókn at lýſa opinberliga í kirkiu þriá helga daga ádr þar werdi nockut hiónaligt ſamband. ſua at innan þeſs tíma megi þeir ſem vilia oc til hafa lögligt impedimentum móti ſetia. oc at ſiálfer preſtarner reikni epter á medan ef nockur tálman megi her uppá finnaz. oc ef þat er til. þá ſkulu þeir ſem hiúſkap vilia ſamanbinda bída þar til er fyrir kirkiunnar dómara er þetta mál med öllu afrett á annanhuern hátt. En ef ecki finnz impedimentum. mega þau friálsliga ſamanbinda epter lýſingar. En þeir er í móti þeſſarri ſkipan gera launfeſtar. ſkulu pínaz epter makligleikum. werda þeirra börn getin í þvílíku ſambandi úlöglig til allra klerkligra ſtetta. enn preſtar þeir ſem æi fyrirbióda þvílíkan ſamgáng. edr lýſa æi epter áquednu. edr varaz æi hiá at wera þeſsháttar brúdkaupum. ſkulu miſſa ſitt officium um þriú ár. oc mega þó framarr pínaz epter tilfellum.

Litr. E.

(e) Eptirfarandi ſtatúta wóru giör ok ſamanſkrifut af ágætrar áminningar. Jorundi erkibiſkupi af Nidaróſi. Erlendi af Fœreyium. Katli af Staf-

ciam. Qvodcunqve clericorum Collegium, imprimis vero Canonicorum in Cathedris epiſcopalibus, lectionem ſacrarum ſcripturarum ad menſam ſemper habento, ut aures eo minus ad nugas & vanitates inclinent. Sacerdotes, in propria qvivis parœcia, in templo tribus diebus feſtis anteqvam copulatio fiat conjugalis, palam promulgare tenentur, ita ut intra hoc tempus qvicunqve voluerit, & impedimentum legitimum opponendum habuerit, (*adferre poſſit*), & ipſi ſacerdotes inter ea calculum inſtituant, ſi impedimentum hujus rei reperiri poſſit, qvod ſi exiſtat, tunc ii qvi matrimonium erant contracturi expectent, uſqve qvo hæc cauſa a judice eccleſiaſtico in alterutram partem deciſa eſt. Qvod ſi impedimentum non inveniatur, poſt promulgationes libere contrahant. Qvicunqve contra hanc Conſtitutionem ſponſalia clandeſtina celebraverint, ex condigno punientur, & liberi eorum in tali conjugio progeniti, ad omnes ordines clericos inepti (*habebuntur*). Sacerdotes vero qvi talem congreſſum non prohibent, vel ex prædictis non promulgant, vel etiam talibus ſponſalibus adeſſe non vitant, ab officio per triennium ſuſpenduntor, & tamen ſecundum circumſtantias magis puniri licitum eſto.

(e) *Id eſt:* Seqventia ſtatuta facta & conſcripta fuere a bonæ memoriæ Jörundo Archiepiſcopo Nidaroſienſi, Erlendo Færöenſi, Ketillo Stafangrenſi, Helgone Oſloënſi, Arna Ber-

angri. Helga af Ofló. Arna af Biörguín. Ingialldi af Hamri lýdbifkupum. oc fkyllduliga bodin at hallda um allt Nidarófs erkibifkupsdœmi. i Ofló fub anno domini millefimo trecentefimo fexto pridie nonas Julii.

Þat fem í mörgum ftödum hefer liótliga framfarit oc fkal hedan af med eingu móti þolaz at nockurrer reglumenn taki konur inn í fín klauftr til fyftralifnadar. eda nockurar fyftr taki karlmenn í fitt fidferdi þuers í móti fua gódum fidum fem heilagra fedra fettningum. En med því at þat hefir lángan tíma uftefliga tilgeingit. at í brœdra klauftrum oc fyftra hefer fua werit infkipat miklum oc úfkynfamligum mannafiolda. at þeirra gódz hefer þar fyrir á margan hátt werit úaptrbœtiliga brottlógat oc uppfpent. en fimonia oc önnur lýti hafa í ftad komit. fua fem under werndan fátœkinnar. þá fkal hedan í frá huerr bifkup í fínu yferbodi láta ræiknaz fkiluísliga eigner klauftranna oc fetia mater á hverfu margar perfónur fkulu inntakaz í ferhuert þeirra. fkal oc fú tala med eingu móti framfœraz utan vaxi peningarner oc þó med bifkups famþycki. At huerium bifkupsftóli fkal einn preftr fkynfamr fkipaz til at wera til rœidu í viffum ftad á tilheyriligum tímum at heyra fkriptamál huers fem til hanns vill gánga. þvíat faker mannligrar úftyrktar er iafnan werdr framlút í misgiördina er þat miok naudfynligt at í huern tíma er fálin fleckaz af eitri fyndarinnar væri í ftad til reidu lœkningar lyf iátningarinnar fárunum wid at hiálpa med andligri grœdingu.

Litr.

Bergenfi, Ingialdo Hamarenfi, Suffraganeis, & ftricte injuncta ut obferventur per totum archiepifcopatum Nidarofienfem, Ofloæ fub anno Domini millefimo trecentefimo fexto, pridie nonas Julii.

Id qvod multis in locis turpiter obtinuit, exhinc neutiqvam tolerabitur, ut qvidam regulares mulieres ad vitam monialem, & qvædam forores viros ad fuam converfationem contra bonos mores & fanctorum patrum conftitutiones admittant, cum vero longo tempore prava confvetudo obtinuerit, ut in cœnobia fratrum & fororum magna & rationi haud congrua multitudo admiffa fuerit, ut illorum idcirco bona multifariam & irreparabiliter profufa & dilapidata fuerint, fimonia vero & alia vitia tanqvam fub paupertatis tutamine in eorum locum fucceflerint, qvivis ea de caufa epifcopus in fua diœcefi bona cœnobiorum probe recenferi curato, & taxam imponi, qvot perfonæ in eorum fingula recipi liceat, qvi numerus haudqvaqvam, nifi pecunia crefcat, augeatur, & hoc tamen confenfu epifcopi. In qvavis cathedra epifcopali unus facerdos prudens conftituatur, qvi certo in loco temporibus ftatis cujuscunqve eum freqventaturi confeffionem audiat. Humanæ enim infirmitatis ergo, qvæ ad delicta femper prona eft, admodum eft neceffarium, ut qvocunqve tempore anima veneno peccati inqvinatur, præfto fit antidotum confeffionis, qvo medicamine fpirituali in fanationem vulnerum fuccurratur.

Litr. F.

(f) *In nomine domini. Amen.*

Eilífr med guds mifkunn erkibifkup í Nidarófe. Helge bifkup af Ofló. Vilialmr af Orkneyum. Audfinnr af Berghvin. Hakon af Stafangre. Hallvardr af Hamre. Signar (Sighnadr) af Fœreyum med famri mifkunn bifkupar giordu þeffar fkipaner í Berghvín in Concilio provinciali anno domini millefimo trecentefimo vicefimo oc budu at halldaz fkillde um alla provinciam. Fyrft at þeir ftadfeftu allar fkipaner hinna fyrri bifkupa um ftyrk heilagrar trúar oc heidran heilagra hluta. oc um góda fidu. en bannzpínur allar oc fufpenfionis & privacionis aut interdicti af fyrri bifkupum fettar fem ólögligar ero kölludu þeir aftr. Budu þeir klerkum ollum at hallda fig af deilum. þrætum. oc ollum ófidfamligum hlutum. oc hallda fig til dygda oc guds þiónoftu fvo fem fteett þeirra byriar. Af því at lœrder menn hafva giort fig ofmiok opinbera í frillulífve. er. þat bod þeirra at hver preftr eda klerkr fem hann er vígdr infra facros (ordines) hverrar ftettar fem hann er ef hann helldr frillu opinberliga í fínu húfi edr á fínum kofti mánad fídan hann hefer heyrt þeffa fkipan. þá fkal hann lúka bifkupi ef hann er hofutpreftr fiórar merkur. En ef hann er kapellupreftr edr diákn. tvœr merkur. helldr hann fídan tvœr vikur

(f) *Id eft:* In nomine domini Amen. Eilifus (Elavus) dei gratia Archiepifcopus Nidrofienfis, Helgo epifcopus Ofloënfis, Vilhelmus Orcadenfis, Audfinnus Bergenfis, Hakon Stafangrenfis, Hallvardus Hamrenfis, Signar Færoënfis, eadem gratia epifcopi, has conftitutiones Bergis in concilio provinciali anno domini millefimo trecentefimo vicefimo fanxerunt, & mandarunt ut ferventur per totam provinciam. Primo confirmabant omnes conftitutiones epifcoporum prædecefforum fuorum de corroboratione fanctæ fidei & honore facrarum rerum, & de bonis moribus, at omnes pœnas excommunicationis & fufpenfionis & privationis aut interdicti ab ante degentibus epifcopis ordinatas, qvæ legibus non conveniunt, revocarunt. Clericis omnibus abftinere a litibus, contentionibus, & fingulis, qvæ non decent, rebus, & fe dicare virtutibus & cultui divino, ut eorum ordinem decet, præceperunt. Qvoniam clerici fe nimis manifeftos concubinatus reddidere, ab iis mandatum eft, ut qvilibet facerdos vel clericus ordinatus intra facros (ordines) cujuscunqve gradus fuerit, modo palam concubinam in fua domu habuerit, vel ei victum dederit, elapfo uno menfe poftqvam hanc conftitutionem audiverit, folvat epifcopo, fi fit facerdos primarius, qvatuor marcas: fi fit facerdos facelli vel diaconus, duas marcas. Si dein dicta ratione concubinam domi fuæ per duas hebdomadas retinuerit, duplum hujus folvat. Si

vikur frillu med fyrrſögdum hœtte. þá ſkal hann giallda tvenn ſlík. bœter hann eigi innan tíu daga ſídan. þá er hann ſkildr vidr kyrkiu edr beneficium þat ſem hann hefver. oc ſkal eigi ſýngia meſſo fyrr en biſkup leyſer hann af ſínom glœp. Giora oc hofutpreſtar ei at þeſſu. ſva at þeſſor pína halldiz at þeirra underpreſtum. þá ſkulu þeir liggia undir ſomu fiárpíno (pínu) oc þeir. oc píniz framar ef þat ſýniz biſkupi. Er oc nockur klerkr ſá ſem ſtyrker nockurn mann med ráde edr annare tillögu í móte rett edr frelſi heilagrar kyrkiu. þá er hann ſuſpenſus ab officio & beneficio ipſo facto. (eptir þeirra ſkipan) fellr oc under þá ſömu píno hver klerkr ſem geingr under nockura þián edr ánaud leikmanna. edr leggr ſig under þeirra valld med nockurum hætte móte klerka privilegiis. Sœkir oc nockur klerkr ſök edr giörer ſamband móti retti oc frelſi heilagrar kyrkiu edr heidrs biſcupligrar tignar. þá á hann eigi at veliaz til nockurs ſœmeligs embœttis edr tignar. utan adrar lögligar pínor ſem á hann eigu at leggiazt.

Litr. G.

(g) Þeſſar ſkipaner ſetti virduligr herra Eilífr med guds miſkunn Erkibiſkup í Nidaróſe med rádi annara biſkupa í Noreghi. oc ver bróder

Si intra decem dies non ſatisfecerit, remotus eſto a templo vel beneficio, qvod habet, nec prius ei ſacra peragere permittitur, qvam epiſcopus illum hujus abſolverit delicti. Qvod ſi ſacerdotes primarii curare neglexerint, ut eorum ſacerdotes ſubordinati hanc pœnam ſuſtineant, ſubjecti ſint eidem (pœnæ) mulctæ, & magis adhuc puniantur, ſi ita viſum fuerit epiſcopo. Si qvoqve clericus qvidam fuerit, qvi aliqvem conſilio vel alio modo contra jus & libertatem ſanctæ eccleſiæ adjuvat, ſuſpenſus eſt ab officio & beneficio ipſo facto, (juxta eorum conſtitutiones) eidem pœnæ ſubjicitur clericus qvilibet, qvi ſe ſubmittit ſervitio vel coactioni laïcorum, vel ſe eorum ſubjicit poteſtati, qvalicunqve demum ratione pugnante contra clericorum privilegia. Siqvis etiam clericus cauſam egerit, vel conſpirationem fecerit contra jus & libertatem ſanctæ eccleſiæ vel honoris dignitatis epiſcopalis, non eligendus eſt ad honorabile aliqvod officium vel dignitatem, præter alias legitimas pœnas, qvæ illi imponendæ ſunt.

(g) *Id eſt:* Has conſtitutiones reverendus dominus Eilifus (*Elavus*) dei gratia Archiepiſcopus Nidroſienſis, e conſilio reliqvorum Norvegiæ Epiſcoporum ſanxit, nos qvoqve Frater

bróder Jón med ſamre nád biſkup í Skálhollti. vilium at halldiz af öllum preſtum í voru biſkupsdœmi. Ef biſkups fráfall verdr. þá ſkal hverr preſtr á þeim tólf mánadum ſýngia honum til miſkúnnar (átta) ſiau ſálumeſſur med öllum ſálutídum. Enn fyrer ſál hverrs preſts er andaz, þriár ſálumeſſur med öllum ſálutídum. Engi ſkal ödrum ránga ſök gefva á ſtefnu. enn ef hann gefr. giallde ſva mikit ſem hinn ſkyllde. ef hann være ſannr at ſök, nema ſá er ſok gefr ſanni med eins eidi at hann þóttiz hann efter rettu mále ſœkia. oc med rettu uppibera ſitt mál ſva þó at hanns tala virdiz hinum eigi til ófrœgdar edur fiölmœlis. Leindarmál öll þau ſem rœdd ero á preſtaſtefno. oc býdur biſkup þeim at leyna. oc berr þau einnhverr út oc ſeger. giallde (honum) þriár merkur. oc ſe ſuſpenſus ab officio & beneficio ipſo facto um ſex mánadi. oc ſkipte biſkup þeim rentum medal fátækra manna er því ſvara. oc píni hann meir ef þeſſ þicker þurfa. Sá preſtr er þau mál rýfr er biſkup tekr á preſtamóte. oc lærder menn verda áſátter giallde (biſkupi) þriár merkur.

Her ſeger um barnſkírnarords adferd.

Af því at börn deya opt óſkírd þar ſem eigi getr preſti ſært ſaker vankunnoſtu þeirra ſem hiá ero ſtadder, þá ſkal ſöknarpreſtr hverr lýſa opt

ter Jonas eadem gratia Epiſcopus Skalholtenſis volumus ut illæ ſerventur ab omnibus noſtræ diœceſeos ſacerdotibus. Si mortuus fuerit Epiſcopus, qvicunqve ſacerdos 12. menſibus ſeptem inferias, ut miſericordiæ (divinæ) particeps fieri poſſit, celebrato, una cum reliqvis ſacris pro ſalute animarum peragendis. Pro anima autem cujuslibet ſacerdotis demortui tres inferias cum ſacris omnibus eo facientibus peragat. Nemo alium injuſtam ob cauſam in jus vocato, qvodſi fecerit, tantum ſolvat, qvantum alter ille, ſi reus deprehenſus fuerit, debebat, niſi qvi accuſat ſui ſolius juramento aſſeveret, ſibi viſum fuiſſe ſe illum ob juſtam cauſam in jus vocare, ſuamqve cauſam legi conformiter agere, ita tamen ut hujus ſermo in alterius dedecus vel infamiam vergere non videatur. Secretas illas res, de qvibus in ſynodo agitur, prohibente Epiſcopo ne evulgentur, ſi qvis divulgat vel prodat, tres marcas ipſi ſolvat, & ſit ſuſpenſus ab officio & beneficio ipſo facto per ſex menſes, & partiatur Epiſcopus reditus inde provenientes inter pauperes, illumqve adhuc, ſi opus eſſe videatur, magis puniat. Ille ſacerdos, qvi qvæ Epiſcopus in ſacerdotum conventu rata habet, & in qvæ clerici conſentiunt irrita fecerit, ſolvat Epiſcopo tres marcas.

Hic præcipitur de modo baptizandi infantes.

Cum infantes ubi ad ſacerdotem ferre non licet, ob eorum ignorantiam qvi præſentes ſunt nondum baptizati ſæpe moriantur. Hinc qvilibet parochus populo indicet ſerioqve

opt fyrer fólki. oc kenna innvirduligha at þegar barn verdr fött ſva daudvent. at eigi geti til preſts fört. edur verdi á leid ſva ſiúkt. þá ſkíre þegar karlmadr ſá ſem nerri er. edr konur ef karlmönnum náir eigi. oc fyrr fader oc móder en óſkírt deyi. í vatne eino vörmu eda kölldu en ongum lög ödrum edr vökva. oc drepi barnino í vatn þrim ſinnum edr kaſte á höfud med kerallde edr lófa ſínum ef eigi náir ödru. oc ſegi þeſſi ord med rettri trú oc fullri œtlan at ſkíra. Ek ſkíre þig &c. oc gefve nafn barne oc ef þat lifver ſídan. þá kome þeir er ſkírdo til preſts ſem fyrſt med því. Oc er preſtr prófvar þat rettliga ſkírt vera efter heilagrar kyrkio ſkipan þá leidi hann þat þegar í kyrkio utan primſignan oc leggi oleum ſanctum á brióſt oc á bak. ſine interrogacione abrenunciacione (abrenunciationis) &c. dicendo. Ego linio &c. oc leggi kriſmu í höfud oc ſegi þœr oraciones ſem þar ero til giörſvar oc þat allt ſem vant er at gera ſídan er ór font tekit efter því ſem giorrt er í handbók. Jafnvel má oc ſkíra í ſió ſem í ſœtu vatni. í íſe edr ſnió brœddum. en ef þat efvaz hvart barn er ſkírt edr eigi. annathvart af ordum þeſs er ſkírdi. edr þeir herma tvifallt um ſem hiá vóro þeſſo efni. þá primſigne preſtr. oc ſkíre med þeſſum ordum. Si baptizatus es. non te rebaptizo. ſed (ſi) baptizatus non es. Ego baptizo te &c. oc geri allt ſídan ſem vant er.

Um

---

qve inculcet, qvod ſi infans qvidam morti adeo vicinus naſcatur, ut ad ſacerdotem deportari neqveat, vel tanto in via morbo correptus fuerit, tum vir aliqvis qvi præſens eſt, illum baptizet, vel ſi virorum copia non datur, mulier; & pater materve potius qvam nondum baptizatus moriatur, aqva ſolummodo calida vel frigida, ſed nullo alio liqvore vel humore, & intingat infantem aqvæ tribus vicibus, vel ſuper infundat capiti vaſculo vel manu ſi aliter fieri neqvit, proferatqve hæc verba vera fide & firmo baptizandi propoſito: *Ego baptizo te &c.* nomenqve infanti imponat, & ſi non ſtatim vita privetur, ad ſacerdotem unacum infante qvam primum veniant, qvi (*illum*) baptizarunt. Qvem ſi ſacerdos exploraverit rite baptizatum ſecundum conſtitutionem ſanctæ eccleſiæ, in templum absqve prima ſignatione introducat, ſanctoqve oleo pectus tergumqve ungat, ſine interrogatione abrenuntiationis &c. dicendo: *Ego linio &c.* caput chriſmate ungat, fundatqve orationes hunc in finem ordinatas, peragens omnia ea qvæ peragi ſolent, poſtqvam ſacrum fontem infans reliqverit, ſecundum id qvod præceptum eſt in Manuali. Licet etiam baptizare tam in aqva ſalſa qvam dulci, ut & glacie vel nive liqvefacta. Sed ſi dubitatur, num infans ſit baptizatus nec ne, vel ob ejus relationem qvi baptizaverat, vel qvod in referendo diſſentiant, qvi huic negotio intererant, tum ſacerdos primam ſignationem adhibeat & baptizet his verbis: *Si baptizatus es, non te rebaptizo, ſed ſi baptizatus non es, ego baptizo te &c.* Omnia deinde, uti ſolet, peragat.

De

Um hiúskaparmál.

Þat ſkal oc opt greina oc firir fólki lýſaz at engi madr má ſer konu fá ſkylldare at frœndſeme edr ſifſköpum en at ſimta manne ſe til annars hvars þeirra at telia. En fiórda manne af hvarra tveggia hálfu. en nánari er firerbodit at fá. Sva má oc engi fá þeirrar konu er honum hellt undir ſkírn. edr þeſs manns konu edr dóttur er honum hellt under ſkírn edr biſkups hönd. Engin kona má oc hafa þann mann er henne hellt under ſkírn. oc eigi þeirrar konu bónda edr ſon er henne hellt under ſkírn. Sva má oc engi preſtz ſon fá þeirrar konu er fader hanns ſkírde oc engin preſtz dótter þann mann er hann ſkírde. Er oc allzkyns frillulífe oc hórdómr firerbodinn af heilagri kyrkio. Hverr oc ſem konu edr mey hefver feſt at guds lögum er ſkylldugr at gera brúdlaup ſitt til hennar innan þeirra fyrſto tólf mánada. ſva þó at lýſt ſe ádr þremr ſinnum í kyrkio firer ſóknarfólki at fá er ſanna meinbugi veit á vera at ſú feſting megi framgánga efter lögum. oc (preſtr) vite þeſs giormeirr hvat hann vill þar um vitna. Er þeſſi lýſing til þeſs ſkiput af heilagri kyrkio. at þeirra manna börn er henne hallda uppi ero arfgeing efter födur oc módur

De cauſis matrimonialibus.

Debet etiam ſæpe indicari, populoqve coram prædicari, qvod nemini liceat in uxorem ſibi adſciſcere eam, qvæ qva propinqvitatem & affinitatem magis neceſſaria eſt, qvam gradu qvinto ad alterutrum (*conjugum*), qvarto autem ad utrumqve habito reſpectu, magis vero propinqvam uxorem ducere prohibitum eſto. Nec cuiqvam inire licet conjugium cum fœmina, qvæ pro illo in baptiſmo ſpoſpondit, vel viduam vel filiam viri, qvi illius confirmandi compatrem egit. Nec fæminæ cuiqvam licitum eſt nubere viro, qvi pro ea in baptiſmo ſpoſpondit, nec ejus uxoris marito vel filio qvæ vices commatris in baptiſmo ei præſtitit. Nec minus illicitum eſt filio ſacerdotis matrimonium contrahere cum ea fœmina, qvam pater ejus baptizavit, nec ſacerdotis filiæ nubere viro ab illo (*patre*) baptizato. A ſancta qvoqve eccleſia prohibitus eſt omnis generis concubinatus & adulterium. Porro qvilibet qvi mulierem vel virginem deſponſavit ſecundum præſcriptum legis divinæ, nuptias cum ea celebrare tenetur intra duodecimum inde menſem, & qvidem ita, ut prius in templo coram cœtu parochiali ter publice indicetur, qvo is qvi noverit vera qvædam obſtacula prohibentia, ne hæc deſponſatio juxta legem ulterius robur conſeqvatur, & is (ſacerdos) qvam ſententiam hac de re ferat, (*facultate non deſtituantur*). Publica hæc annuntiatio conjugii ideo a ſancta eccleſia imperata eſt, ut illorum qvi de hac publicatione eccleſiæ mandatum ſervant, liberi eodem cum liberis a legitima uxore natis jure fruantur

módur ſem eiginnar kono börn. þó at þar prófviz á lögliger meinbuger ſídarmeirr. en þeirra hióna börn er þeſſarri lýſing láta eigi uppihallda. oc prófaz þeirra í millum lögliger meinbuger ſídarmeirr. verda alldri arfgeing ſvo ſem getin í meinbugum.

Um geymſlu kriſma.

Preſtar ſkulu hallda oc hafva ponta ſína lokada. Kriſmu nýia ſkal hverr preſtr taka á hverium tólf mánadum. oc geyma hana reinligha oc eucariſtiam í kyrkiu ſinne í lœſtri hirdzlu ſva at eigi úhreinende nái. En ef eigi er ſvo geymt. oc kemr at mús edr hundr edr onnur úhreinendi. þá ſe hann ſuſpenſus ab officio miſſe þar til er hann finnr biſkup. take biſkup af honom meſſoſóng um þriá mánadi. oc lúki preſtr mörk firer þat er ei var í lœſtri hirdzlu geymt.

Um ſkylldu preſts ef naudſyn kemr.

Preſtr ſkal iafnan til reidu vera hvern tíma ſem hann verdr qvaddr lögliga at ſkíra barn eda fara í naudſyn til ſiúks mannz. En ef hann firernemz qvaddr. oc deyrr barn úſkírt. edr ſiúkr madr úſkriptadr. þá ſe hann

---

antur in bona patris & matris ſuccedendi, qvamvis poſtea juſta conjugii obſtacula explorata fuerint. Liberi autem illorum conjugum, qvi publicam matrimonii contrahendi annuntiationem negligunt, & qvorum conjugium poſtea illegitimum juſta ob obſtacula deprehenſum fuerit, hæreditatis jure in totum privantur, utpote nati in conjugio contra legis præſcriptum contracto.

De conſervatione chriſmatis.

Sacerdotes pyxides ſuas ſemper clauſas habento. Sacerdos qvicunqve recens chriſma qvibuscunqve duodecim menſibus ſibi comparato, illudqve ut & evchariſtiam intra ſuum templum in obſerato repoſitorio, ut ab omni impuro ſint immunia, munditer conſervato. Qvod ſi non fuerit conſervatum, & tetigerit illa mus vel canis, vel alia immunda (*animalia*), tum ſacerdos ſuſpenſus ſit ab officio miſſæ, donec Epiſcopum convenerit, Epiſcopus ei ſacra omnia per tres menſes peragenda interdicito, ſacerdos vero marcam unam, eo qvod in repoſitorio obſerato iſta non conſervaverit, ſolvito.

De officiis ſacerdotis im caſu neceſſitatis.

Sacerdos qvocunqve tempore ab eo reqviſitum fuerit, juxta præſcriptum legis infantem baptizare, vel jubente neceſſitate hominem moribundum convenire ſemper paratus eſto. Qvod ſi huic petitioni abnuerit, & aut infans non baptizatus moriatur,

hann ſuſpenſus ab officio miſſe & beneficio ipſo facto. oc gódz hanns þat er hann hefver aflat af kyrkiunne (ſe) í biſkups valldi. ſva framt ſem ſkynſamliga er í móte preſti farit. hvart er þarf á ſió edr landi. oc ſe iafnvel reiddr heim ſem í brott. oc eigi þurfi hann ſiálfr at róa.

Um ſkriptamál oc áminningar.

Lýſa ſkulu preſtar einkannlega í lángaföſtu firer ſóknarfólki ſíno. at hverr madr karl ſem kona ſá ſem ſamvitzſku oc alldr hefer til ſkal hit minzta gánga til ſkripta einn tíma á tólf mánudum vid ſóknarpreſt ſinn. oc þvíat eins vid annan at ſóknarpreſtr lofvi. oc ef utanſóknarmadr nema pílagrímar edr vegfarandi menn komi (til ſkriptar) til nockurs preſts orlofs lauſt. þá ſegi preſtr honom þegar at hann hvarki hefer valld til at leyſa hann ne binda. oc víſi hanum ſva aftr til ſóknar preſts ſíns. Engi preſtr ſkal heyra ſkriptamál þeſs er hann veit í banni vera fyrr en hann er leyſtr af þeim ſem hann á med löghum at leyſa. oc þar ſkulu preſtar fyrſt epterleita í ſkriptamálum. þar neſt at hverr kunne Credo. oc Pater noſter. oc Ave Maria. oc biódi þeim at þeir nemi ſem fyrſt er ei kunna ádr. Eingi preſtr ſkal í ſkriptamálum þat bióda nockurum edr til leida at hann ſvere edr trúlofvi at hann ſkal einhveria ſkriptborna ſynd þá eigi

Ppp 2 gera

---

tur, aut ægrotus, peccatis ſuis nondum abſolutus (*decedat*), ſuſpenſus ille eſto ab officio miſſæ & beneficio ipſo facto, & bona qvæ mediante templo acqviſivit in Epiſcopi ſint poteſtate, ſi modo ſacerdos rite deducatur, ſive mari ſive terra eundum ſit, & ei vel eqvus datus fuerit, qvo domo & domum vehatur, nec neceſſe habuerit ipſe remigandi.

De confeſſionibus & exhortationibus.

Publice ſacerdotes indicanto, tempore imprimis jejunii qvadrageſimalis, coram cœtu parochiali, qvod qvilibet homo, tam mas qvam fœmina, pro conſcientiæ & ætatis ratione, ſemel ad minimum qvotannis peccata ſua ſuo Parocho confiteri debeat. Et ſi qvis, qvi non eſt parochianus, præter peregrinatores & viatores, ſacerdoti cuidam ſine venia ſe (ad confitendum) ſiſtat, ſacerdos illico ei dicito, ſe nullam habere poteſtatem eum ligandi vel ſolvendi, ſimulqve ut proprium conveniat parochum, moneto. Nullus ſacerdotum ejus confeſſionem audiat, qvem excommunicatum eſſe noverit, prius qvam abſolutus eſt ab eo, qvi ex legis præſcripto illum abſolvere debet, & de hoc primo ſacerdotes, dum confeſſio incipit, percontantor; deinde num is calleat Credo & Pater noſter, ut & Ave Maria, jubeatqve qvam primum diſcant, qvi antea non calluerunt. Nemo ſacerdotum confitentem jubeat, vel eo ducat, ut interpoſita fide vel juramento ſe obliget ad peccatum confeſſum, præſertim ſi tale fuerit

gera optar. einkanliga þœr ſem ſíz má varaz. þvíat ef hann gerer móti (iáttan) í annat ſinne. þá brýtr hann tvífallt. Kenna ſkulu preſtar þeim er þeir ſkripta hverſu þeir ſkulu til ſkripta gánga at þeir rœgi ſig en eigi adra nafnliga nema ſyndinne ſe ſva háttad at hann megi hana eigi odruvíſs ſkriptbera ſem optliga kann henda. at ef hann hefer haſt ſyſtr ſína at líkams loſta edr annat þvílíkt. oc at þeir ſkriptberi med rettri idran allar ſínar ſynder oc misgiördir oc leyni öngu af. oc fare ſídan innvirduliga efter (ef) hann vill ſínar ſynder ſkriptbornar aſſegia ſer. oc framleidis ſig af þeim hallda oc tiá honom verdlaun oc ömbun ſína er hann fœrr af gudi ef hann bœter. oc mikilleika þeirrar píno er hann ſkal fá ef hann deyr í þeim ſyndum. oc ef ſá játtar oc vill iferbœta med ſút oc idran. þá ſkal honum ſkript ſetia oc leyſi hann ſídan. leggi hond á hofud honum oc ſegi. Abſolucionem & remiſſionem *&c.* Et ego abſoluo te auctoritate domini noſtri Jeſu Chriſti & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli & officii michi commiſſi ab aliis peccatis tuis qve michi confeſſus es. & ab aliis qve oblitus es. in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. En ef nockur ſvarar ſva at hann vill af einni hverri edr fleirum ſyndum eigi láta. þá ſkal preſtr heyra ſkriptamál hanns þau ſem hann vill ſegia. oc gefa honum rád á þenna hátt. þó at þú œtter allan heimin. oc giœf-

er

rit a qvo ſibi cavere difficillime poteſt, nunqvam poſtea committendum. Nam ſi ſecunda vice (contra ſuam confeſſionem) agat, duplex committit peccatum. Sacerdotes eos, qvi confitentur, qvomodo confiteri debeant inſtrunnto, qvod (*ſcilicet*) ſe ipſos, non vero alios nominatim deferant, niſi peccati talis ſit ratio, ut aliter illud confiteri neqveant, qvod ſæpe illis accidere poteſt, ſi (*e. g.*) qvis rem habuerit cum ſorore ſua, vel in caſibus ſimilibus, & qvod confiteri debeant cum ſeria pœnitentia omnia ſua peccata & delicta, eorum vero, ne ullum qvidem celare; penitius deinde rimari debet (*ſacerdos*) num confeſſa ſua peccata abdicare velit (*confitens*), & in poſterum ab iis abſtinere, ei etiam præmia proponat & compenſationem, qvam ideo reportabit, ſi ſatisfecerit, ut & magnitudinem pœnæ illius qvam referet, ſi in iſtis peccatis moriatur. Et ſi confeſſus fuerit (*peccator*), volueritqve dolore & pœnitentia ſatisfacere; tum pœnam ei condignam (*ſacerdos*) præſcribito, & deinde abſolvat, atqve ejus capiti manum imponens dicat: *Abſolutionem & remiſſionem* &c. Et *ego abſolvo te auctoritate Domini noſtri Jeſu Chriſti & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, & officii mibi commiſſi ab aliis peccatis tuis qvæ mibi confeſſus es, & ab aliis qvæ oblitus es, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.* Qvod ſiqvis reſponderit qvod ab aliqvo vel aliqvibus peccatis deſiſtere nolit; ſacerdos eam qvam præſtare vult confeſſionem audito, eiqve conſilium det ſeqventem in modum: Qvamvis mundus integer tibi eſſet, qvem eleemoſynam dares, & ſemper jejunaveris, donec tua

vita

er hann í ölmosu oc iafnan fastader þú medan þitt líf er. þá ödlaz þú eigi þess helldr himinríke medan þú liggr í hofutsynd edr hefer vilia til framleidis hana at giora. en þó rœd ec þer. at þú faster oc giorer (olmosur oc) onnur miskunnarverk. oc bid firer þer iduliga. þvíat þess fyrr man gud birta hiarta þitt oc qveikia til idranar oc iserbótar. En onga adra absolucionem skal hann gefa honum. oc beida hann at hann halldi oc hafi hanns rád. oc kome sem fyrst aptr til hanns. Eigi skal oc nockur prestr gefva absolucionem. nockurum firer eina skriptborna synd. nema hann vile allar segia oc bœta. Skal þat þó einkanliga varaz at leida engan í (orvilnan) vandhœfve. Þat skal hverr prestr geyma at hann seti ongum þá skript ne bíódi nockut þat er sá er til skripta gengr seger sig med ongu móte halldit fá. þvíat hanns synd er sídan meiri er hann helldr ei tekna skript. oc þó at hvoru telia firer sem bezt at hann hafi fullan vilia til at bœta. oc sýna hversu mikit hann hefer tapat í syndinne. oc hverso hann aflar allt aftr med skriptagáng oc iserbót. Þat skulu prestar oc giorla vita. at þœr ero sumar syndir. sem er (skulldir) stuldr edr okr. oc allt annat þat sem madr hefer annars úheimillt gódz á hveria leid þat er tilkomit. þá má sú synd alldri bœtaz ne leidrettaz. utan rettum eiganda se medr fullnadi aftrgolldit ef honom edr hanns örfum má

Ppp 3 ná.

---

vita durat, non ideo regnum cœli impetraveris, qvam diu peccato capitali indulges, & mens tibi est illud in posterum committendi. Attamen tibi ut jejunes, & (eleemosynas &) reliqva opera misericordiæ facias, & preces pro te ipso continuo fundas svadeo, eo enim prius deus cor tuum illuminabit & ad pœnitentiam & emendationem accendet. Nullam illi (*sacerdos*) aliam absolutionem impertitor, & hortator ut his suis utatur consiliis, & qvam primum se iterum conveniat. Nec ullus sacerdotum cuiqvam absolutionem a confesso peccato impertiatur, nisi & omnia peccata confiteri & expiare (*confitens*) velit. Præsertim ab hoc (*sacerdos*) caveat, ne ullum in periculum (desperationem) ducat. Qvilibet sacerdos caveto ne cui talem imponat pœnam condignam, vel tale qvid imperet, qvod confitens se nulla ratione præstare posse asseverat. Nam gravius fit ejus peccatum, qvando pœnis non steterit condignis, & tamen nihilo minus identidem, qvantum poterit, illi persvadeat, ut firmum satisfaciendi habeat propositum, & monstret, qvantum damni peccatorum causa tulerit, & qvi omnia per confessionem peccatorum & pœnitentiam sibi restituat. Sciant qvoqve sacerdotes qvod talia dentur peccata, ut (æs alienum) furtum vel fœneratio, & qvicunqve alius modus, per qvem qvis habet opes sine justo titulo, qvacunqve ratione partæ fuerint, qvorum ratio est talis, ut non possit pro iis satisfieri vel corrigi, nisi justo domino plene restituatur (*suum*), si ipse vel ipsius hæredes inveniri possint,

ná. leyniliga ef leynt er. en ef honum náir eigi. þá se gefit í olmosu efter prestzins rádi. En ef sá hefer eigi til er aftr skilldi lúka. oc villde giarna. oc ser prestr idranarmark á honum. þá seti honum skript. oc gefvi absolucionem. oc biódi at hann lúki aftr med fullnadi sem fyrst kann hann fá.

Capitulum.

Prestar allir er kyrkiur hallda at guds lögum oc cúram hafva tekit af biskupi hafva fullt umbod oc valld hverr í sinne sókn at setia skript oc leysa sóknarmenn sína af ollum leyniligum syndum oc misverkum skriptbornum vid sig. En í þeim (einum) atburdum til biskups vísa. (sem ei má) og eigi ödruvíss afleysa leyniliga ef leynt er. Fyrst ef nockur hefer ísallit bann þat sem lögin bióda biskupum einum af at leysa. sem er ef nockur hefver lagt heiptuga hönd á klerk edr klaustramann. Annar hvervitna þar sem nockur finnr irregularitatem contractam. sem er ef nockur lœrdr madr prestr edr diákn edr subdiákn hefver súngit edr veitt þiónostu í kyrkiu. edr embœtti in majori excommunicacione. edr ef nockur hefver laupit ifver. edr gleymt. vígslum sínum. edr tekit vígslur af ödrum biskupi en sínum orlofslaust. nema sá se daudvœnn er til skripta gengr.

possint, & id qvidem occulte, si occultum fuerit. Qvod si eum invenire non liceat, dari debet in eleemosynam pauperibus ex sacerdotis consilio. Qvod si nil habuerit, qvi restitueret, lubens interim restituere voluerit, & apud illum signa pœnitentiæ sacerdos deprehenderit, pœnas ei condignas irroget, det etiam absolutionem, & jubeat, ut integre restituat, qvam primum penes eum fuerit.

Capitulum.

Omnes sacerdotes qvi templis secundum leges divinas præsunt, & eorum curam ab episcopo in se susceperunt, plenum jus habent & potestatem qvilibet intra suam parochiam condignam irrogandi pœnam, suosqve parochiales absolvendi ab omnibus occultis peccatis & delictis sibi confessis. Verum in ejusmodi (solum) casibus ad Episcopum referre debent (ubi iis non licet), nec aliter absolvere, qvam clanculum si (*peccatum*) clandestinum fuerit. Primo si qvis obnoxius factus sit tali excommunicationi, a qva soli episcopi absolvere legibus jubentur; uti si qvis violentas manus immiserit clerico cuidam vel cœnobii membro. Secundus (*casus est*) ubicunqve qvis deprehenderit irregularitatem contractam, id est si clericus qvidam, sacerdos vel diaconus vel subdiaconus celebraverit vel peregerit sacra in templo, vel officium in majori excommunicatione, vel si qvis omiserit vel prætergressus fuerit suas ordinationes vel ab alio qvam proprio suo episcopo ordinationem sine venia acceptarit, nisi ille, qvi confitetur, sit moribundus vel morbo periculoso correptus, tum cuilibet sacerdoti licitum

gengr. edr miök siúkr. þá má hverr prestr firer allar skriptbornar synder afleysa. þó med því skilordi sem fyrr segir. ef honum batnar. En ef prestr rýfr skriptamál oc verdr hann sannr at því þá se hann tekinn af vígslum. oc hafve biskup fe hanns oc verdi settr í hit þröngazta klaustr at gera þar æfinliga idran. Siúkum manne skal enga skript setia utan heyra skriptamál hanns oc segia sva. Þú skallt hafva fulla trú oc van (oc ákall) til allzvalldanda guds at hann virdizt at firergefa þer öll þín afbrot. oc kalla þer til árnadarordz iúngfrú sanctam Mariam oc alla guds helga menn. oc gef firer sál þinne kyrkiu oc fátœkûm mönnum slíkt sem gud kenner þer. adra skript set ec þer öngva. utan ef þer batnar. kom til mín (biskups) sem fyrst. oc teli firer honum sem innvirduligaz at hann (þú) idriz sem hann (þú) orkar. oc sídan leggi (biskup) hond í hofut honum (þer) og gefvi (þer) absolucionem sem fyrr seger. Firerbodit er at nockur prestr dirfviz at segia messo fyrr enn hann hefer ádr rœkiliga haft óttusóng oc prim (de) tempore. Þat er oc firerbodit at nockur prestr sá sem hann veit sig staddan vera í hofutsyndum dirfiz at segia messo fyrr enn hann hafi nafnliga oc skilríkliga skriptborit þá synd vid þann prest er hann náir fyrst utan naudsyn se til. oc idriz þá syndarinnar med þeim hug at hann vile skriptbera hana þegar hann náir presti.

Capitu-

---

licitum est absolvere ab omnibus confessis peccatis, ea tamen conditione, qvam supra diximus, si sanitatem recuperet. Qvodsi sacerdos qvidam confessionem prodiderit, ejusqve convictus fuerit, ex ordinatione deturbetur, ejusqve opes cedant Episcopo, & includatur in angustissimo claustro, ut perpetuam ibi agat pœnitentiam. Ægroto pœnæ condignæ non sunt irrogandæ, audienda solum ejus confessio, & (deinde) dicendum: Firmam habeto fidem, spem (& invocationem) in omnipotentem deum, qvo dignetur ille remittere tibi omnes transgressiones, & tibi ad auxilium invocato sanctam virginem Mariam, omnesqve sanctos dei, & pro anima tua templo & pauperibus, prouti te docuerit deus, largitor, de cætero alias pœnas tibi non irrogo, nisi sanitati restituaris. Venito ad me (episcopum) qvam primum (*poteris*), conetur & omni studio ei persvadere, ut velit ille (tu velis) agere pœnitentiam, qvantum in illo (te) situm est, illeqve (Episcopus) dein imponat manum capiti ejus (tuo) & det absolutionem (tibi), uti antea dictum est. Cautum est (*lege*) ne qvis sacerdotum missam peragere sustineat, priusqvam rite celebraverit cantum matutinum & primam de tempore. Prohibitum est etiam, ut qvis sacerdotum, qvi se noverit reum esse peccatorum capitalium, missam peragere sustineat, priusqvam nominatim & fincere confessus fuerit istud peccatum sacerdoti, qvem convenire poterit, nisi necessitas adfuerit, & peccati ea mente pœnituerit, ut istud confiteri velit qvam primum sacerdotem convenire potest.

Capitu-

Capitulum.

Medr allri geymſlu ſkulu preſtar at ſiá í meſſum at eingin úhreinendi megi koma í kalek. oc at eingin dropi megi ór honom koma de ſangvine Chriſti á klædi edr alltare. En ef ſaker nockurrar vangeymſlu kemr á corporale edr alltarisblæiu. þá ſkal þva ifer kalek í þrimr vötnum oc ſkal þá ablucionem preſtr ſiálfr taka. Enn ef á alltare kemr. edr í ödrum ſtad á tre edr ſtein. þá ſkal preſtr þann dropa ſem giörſt affleikia med túngu ſinne oc ſkafa ſídan edr telgia oc brenna ſídan ſpánuna oc ſteypa ſídan öſku í alltare. edr hiá. ſvo at eigi verdi trodin. Sva hit ſama ſkal gera ef fluga edr madkr edr onnur úhreinende fellr í kalek. þat ſem preſtr má med öngu móte háſkalauſt neyta.

Capitulum.

Hvervitna þar ſem preſtr finnr í (bókúm eda) meſſoklædum edr annarre geymſlu oblatam heila edr brotna oc efazt at vígd ſe. þá ſkal preſtr þá oblatam neyta ſaker varýgdar poſt recepcionem ſangvinis. Preſtr ſkal hvervitna er hann ferr í heradi í naudſyn til ſiúks mannz hafa med ſer víaticum hreinliga geymt í handbók. oc beri preſtr ſiálfr firer brióſti ſínu bæde til kyrkiu oc frá. oc eigi odrum í hendr fá. utan preſtr edr diákn ſe at vígſlu.

Capitu-

Capitulum.

Inter miſſam omni cum obſervantia videant ſacerdotes, ne impurum qvid in calicem venire poſſit, & ne ulla gutta de ſangvine Chriſti ex illo in veſtes vel altare decidat. Qvod ſi ob negligentiam qvandam in corporale, vel linteum altaris defluxerit, ſupra calicem abluatur, aqva ter mutata, qvam ablutionem ipſe ſacerdos peragat. Qvod ſi in altare, vel in alium locum, in lignum vel lapidem decidet (*gutta*), ſacerdos guttam illam lingva ſua qvam excuſſiſſime delingat, & deinde abradat vel dolet, aſſulasqve comburat, & cinerem demum in altare vel juxta (*illud*), ut pedibus calcari neqveat, demittat. Idem qvoqve faciendum eſt ſi muſca vel vermis vel alia impura in calicem delapſa fuerint.

Capitulum.

Ubicunqve ſacerdos in (libris vel) veſtibus ſacris, vel alio aliqvo repoſitorio oblatam integram vel diffractam invenerit, & num conſecrata ſit dubitaverit, illa oblata ſacerdos cautelæ ergo poſt receptionem ſangvinis veſcitor. Sacerdos, qvocunqve intra parœciam, neceſſitate adactus, ad ægrotum hominem proficiſcitur, viaticum in manuali munde conſervatum habeto, ipſeqve ſuper pectus geſtato, tam a templo qvam ad templum, nec aliis tradat, niſi ſacerdoti vel diacono.

Capitu-

Capitulum.

Preſtr ſkal eigi gefa þiónoſtu utan biſkups orlof nockurum þeim er í ſtórſkriptum ero edr í opinberum glæpum. fyrr en þeir hafva efter lögum bœtt. oc eige annars ſóknarmanne naudſynialauſt. En ef odruvíſs gerir. gialldi hann hálfa mörk. En ef preſtr verdr krafdr at veita ſiúkum manne þiónoſtu í annars ſókn. þá ſkal hann til hanns fara oc veita honum naudſyniahiálp. Hverr preſtr ſkal hafva rein meſſoklædi oc alltarisbúnad oc allt annat þat ſem til guds þiónoſtu þarf at hafa í heilagri kyrkiu. En hverr er at ödru verdr kunnr gialldi firer handklædi hvert er vid alltare ſkal hafva. hálfvan eyri. firer alltarisblæiu oc hofudlín eyri. firer ſacrarium tvo aura. firer corporale hálf mörk. Corporale ſkal preſtr ſiálfr þva vid alltare í hreinni munnlaug. oc ſteypa vatne í ſacrarium því ſem þvegit var í. má oc fá diákn edr ſúbdiákn ſídan hann hefer þvegit ef betr þarf at þva. En alltarisblæiu oc handklæde þat ſem preſtr þurkar á hendr ſínar efter ſacrificium. þá ſkal í kyrkiu ſkola vel. oc ſteypa vatne í ſacrarium. oc fái ſídan kono ef betr þarf at þva. Allt þat í meſſoklædum er. edr ödrum gögnum þeim ſem gudi ero helgut. edr vígd ero oc örfynnd ero. ſkulu brend vera í kyrkio. ef þau ero nytlaus. oc ſteypa öſku hiá alltare under þili nidr.

Capitu-

Capitulum.

Sacerdos ſine venia Epiſcopi ad ſacram cœnam non admittet ullum eorum, qvibus vel irrogatæ ſunt graves pœnæ, vel qvi manifeſtis indulgent ſceleribus, priusqvam juxta legis normam expiaverint, nec ullum ex alterius ſacerdotis parochia niſi in caſu neceſſitatis; qvod ſi ſecus fecerit, ſolvat dimidium marcæ, ſi autem accerſitus fuerit ad ſacramentum ægroto homini extra ſuam parochiam conferendum, ad illum eat; exhibeatqve opem neceſſitatis. Qvilibet ſacerdos puras ſervare debet veſtes ſacras altarisqve cultum, omniaqve reliqva, qvibus ad ſacra deo peragenda in ſancto templo opus fuerit. Qvi ſecus feciſſe deprehenſus fuerit, ſolvat pro qvocunqve manutergio, qvo ad altaris apparatum opus eſt, dimidium unciæ; pro periſtromate altaris & fimbria capitali unciam; pro ſacrario duas uncias, pro corporali dimidium marcæ, ipſe ſacerdos lavare debet corporale in pelvi pura juxta altare, & aqvam, qva ablutum erat, ſacrario infundere; integrum etiam erit tradere iſtud diacono vel ſubdiacono, poſtqvam illud laverit, ſi melius lavari neceſſum fuerit. Periſtroma vero altaris & mantile, qvo ſacerdos abſtergit manus ſuas poſt ſacrificium in templo, perbene lavetur, aqva vero ſacrario infundatur. Qvodcunqve de veſtibus ſacris, vel utenſilibus deo dicatis vel conſecratis, penitus inveteraverit, in templo comburatur, modo nulli ſit uſui, cinis vero deponatur ſub pariete tabulato juxta altare.

Capitu-

Capitulum.

At fóknarkyrkiu fkal lík hvert grafa er í þeirri fókn andaz. þar fem gröftr er til. utan hinn framfarni hafvi í ödrum ftad fer legftad kofit lockunarlauft oc íleidingar. oc fe þó þar jardadr. oc hafvi fóknarpreftr hanns fiórdúng af ollu offri oc útferd er því líki fylger. utan fidvani fe annar. oc fe hann þá geymdr. En fá er íleider mann edr lockar. fellr í páfabann af fiálfu verkinu. oc má eigi leyfaz utan á páfagardi. En ef nockur kýfs fer í ödrum ftad en at fóknarkyrkiu af nockurs íleiding edr lockan oc verdr grafinn. þá er fú kyrkia í forbodi páfvans. oc má þar hvarki fýngia ne grafa at lidnum tíu döghum þar til er fóknarkyrkia hefver fullan finn hlut af öllu því gódzi fem því líke fylgdi. Hverr preftr er at því verdr kenndr. at hann lockar mann edr teyger med nockurre tilleiding nockurn mann heilan edr fiúkan ór annars fókn at kiófa fer legftad at finne kyrkiu. þá er hann fkylldugr aftr at fœra til fóknarkyrkiu þat lík. oc offr med fullnadi er því fylgdi. oc fva hvörvitna þar er nockur preftr tekr lík ór annars fókn utan pílagríma oc vegfarandi menn. Utlendzfka menn má í þeirri fókn grafa fem þeir andaz. ef þeir gera eigi adra fkipan ádr firer fer.

Capitu-

Capitulum.

Juxta templum parochiale qvodcunqve funus fepeliatur, fi nempe alias ibi fepelienda funt funera, nifi demortuus absqve omni allectatione & perfvafione alibi fepulturæ locum fibi expetierit, interim ibi fepeliatur, & cedat ejus facerdoti qvadrans totius oblationis & pretii pro loco fepulturæ, nifi alia invaluerit confvetudo, qvæ tunc etiam obfervetur. Qvi autem hoc perfvaferit vel ad illud allexerit, Papæ excommunicationem ipfo facto incurrit, qva abfolvi neqvit, nifi in ipfius papæ refidentia. Qvod fi qvis fibi locum fepulturæ alibi qvam apud templum parochiale ex alicujus perfvafione vel allectatione elegerit, & ibidem fepultus fuerit, templum iftud in Papæ interdicto fit, nec licet ibi canere (*miffam*) vel fepelire elapfis decem diebus, usqve dum templum parochiale obtinuerit juftam portionem totius pecuniæ, qvæ funeri erat addicta. Qvicunqve facerdos in eo deprehenfus fuerit, qvod allexerit vel perfvafione qvalicunqve aliqvem extraparochialem fanum five ægrotum ad expetendum fibi locum in fepulturam apud fuum templum follicitaverit, funus iftud ad templum parochiale, unacum tota oblatione qvæ illud concomitabatur, revehere tenetur, & hoc femper valebit ubicunqve facerdos qvidam funus admittit extraparochiale, exceptis peregrinatoribus religiofis & viatoribus. Extraneos in ea parochia fepelire licet, in qva mortui funt, nifi fecus in anteceffum de fe præceperint.

Capitu-

Capitulum.

Þeim mönnum öllum ſkal heilagr kyrkiugardr neittaz ſem í banni deyia eda ero útſetter af heilagri kyrkiu. utan þeir hafvi á ytztum dögum ſínum af preſti leyſter verit. edr beidiz med idran lauſnar. ef preſti gat eigi náit. oc ef hann deyr í þeirri idran óleyſtr. þá ſkal preſtr leyſa hann daudan oc ſidan graſa hann í kyrkiugardi. Eigi ſkal oc opinbera ocrkarla edr villumenn edr þá ſem ſiálfer týna ſer iarda í kyrkiugardi. utan biſkup gefvi orlof til.

Capitulum.

Lík ſkal nidrſetia þórsdag í dymbildaga viku firer meſſo. en eigi á lángafriádag. Páſka aftan efter meſſo ſkal nidrſetia oc eigi ſálumeſſo ſýngia. Páſkadag ſkal eigi lík nidrſetia. oc eigi fyrr en annan dag páſka. ſkal oc þá ſálumeſſo ſýngia. En ef ſá madr verdr drepinn er í ſtórmælum er. edr forbodadr af heilagri kyrkiu. þá ſkal þeſs lík eigi í kyrkiugardi graſa. en ef nidr verdr ſett medr ofrkappi. þá ſe eigi tíder veittar í þeirri kyrkiu. fyrr en biſkup er fundinn. oc veite þó preſtr allá þiónoſtu sóknarfólki því ſem í ſkilum er. oc ef hann þarf at vígia þiónoſtu at geſa ſiúkum manni. þá lófaz honum at ſegia meſſo í þeirri kyrkiu leyniliga

 med

Capitulum.

Denegator omnibus illis ſanctum cœmeterium, qvi in excommunicatione moriuntur, vel exterminatis ſancta eccleſia, niſi noviſſimis ſuis diebus a ſacerdotibus abſoluti fuerint, vel cum pœnitentia abſolutionem, ſi ſacerdotem convenire non licuit, expetiverint; & ſi in illa pœnitentia, non abſolutus deceſſerit, tum ſacerdos abſolvat illum demortuum, & deinde in cœmeterio ſepeliat. Nec notorios fœneratores vel hæreticos, vel autochiras in cœmeterio ſepelire oportet, niſi Epiſcopus veniam conceſſerit.

Capitulum.

Funus deponi debet die jovis hebdomadæ ſanctæ ante miſſam, nec tamen die paraſceves. Vigilia paſchatos poſt miſſam deponatur, at inferiæ non dicantur. Prima feria paſchatos funus terræ ne mandator nec priusqvam feria ſecunda, & tunc qvidem inferiæ dicantur. Qvod ſi qvis homo occiſus fuerit, qvi gravibus delictis eſt impeditus vel a ſancta eccleſia excommunicatus, ejus funus in cœmeterio non ſepeliatur; ſi vero vi terræ fuerit mandatum, in iſto templo ſacra ne peragantur, priusqvam epiſcopus conveniatur, ſacerdos tamen omnia ſacra iis ex cætu parochiali, qvi nil deliqverunt, conferto, & ſi media ſacra conſecrare neceſſum habuerit, homini ægroto con-

med (vid) einn mann edr tva. oc víge hann þá ſvo mikla ſem hann þarf ef hann er fiarre ödrum preſti ſtaddr. Ef kona ſýkiz af ſængarför. þa ſe henni eigi neittat oléan ef hún er eiginkona. en fridlu neittaz. utan ſá iátte at eiga hana er til hennar hefver tekit. ella at hún iátte ſkilnad vid hann ef henne geingr til bata. Ef kona ferr (ſaurig) á ſæng þrim vikum firer páſka. þá firer tignar ſakir dagſins ſe henne lofvat at gánga í kyrkiu á páſkadag oc taka þiónoſtu. Eigi ſkal hórkonur eda frillur edr þer ſem í ſifſköpum edr frændſemi geta börn í kyrkiu leida efter barnſæng. En hverr er íleidir. gialldi hálfmörk. Lærdum mönnum er bodit at lifva hreinliga oc hafva gott oc ſæmiligt ſidferdi í öllum hlutum. Varaz ſkulu þeir alla breytni í klædnadi ſínum. bædi í lit oc ſkurd. I yfverklædum ſínum ſkulu preſtar einlit klædi hafa allskyns nema gult oc grænt rautt oc röndútt. Skegg ſitt oc krúnu ſkulu lærder menn raka ſva opt ſem vidr þarf. oc hárſkurd ſinn krínglóttan ſva ſtuttan at eyra ſnepill ſýniz. edr lúki (mörk) hálfa mörk. Fyrerbodinn er preſtum allr óſæmiligr fiárafli oc (kaupſkapur) kaupſkattr ſá at kaupa nockurn þann hlut inn til þeſs at hann ſeli þat ſama dýrra út aftr. Eigi ſkulu lærder menn taka umbod til nockurrar deilu. edr ſtanda á ſtefnu firer leikmannadómi. utan hann ſæki ſinn edr kyrkiu ſinnar rett, edr þeirra annarra er lögin lofa. ſem ero eckiur

conferenda, tunc illi permittitur miſſam in illo templo (*ſed*) clanculum uno vel duobus hominibus præſentibus dicere, tumqve tantum conſecret, qvantum opus eſt, ſi ab alio ſacerdote remotus degat. Si ex puerperio ægrotat fæmina, ei non deneganda eſt oleatio, modo ſit uxor: ſed denegatur concubinæ, niſi ille qvi rem cum illa habuit ſe eam matrimonio ſibi jungere velle promittat, vel illa etiam ſe ab illo diſceſſuram, ſi ſanitati reſtituitur, polliceatur. Si uxor puerperio tribus hebdomadibus ante feſtum Paſchatos (immunda) cubaverit, ob reverentiam in diem ei templum prima feria paſchatos ingredi, & ſacramentum accipere permittitor. Adulteræ vel concubinæ vel qvæ in gradibus conſangvinitatis & affinitatis liberos concipiunt, poſt puerperium in templum ne introducuntor. Qvi vero eas introduxerit, ſolvat dimidium marcæ. Clericis mandatum eſt ut caſte vivant, & mores bonos & decentes in omnibus rebus ſervent. Caveant ſibi ab omni oſtentatione veſtitus, tum qva colorem, tum qva figuram. Veſtes exteriores ſacerdotes unicolores, qvalicunqve voluerint colore tinctas, exceptis flavo, viridi, rubro & variegato habento. Barbam & coronam clerici toties radunto, qvoties opus fuerit, & circumciſionem capillorum tam brevem, ut auricula appareat, alias (marcam) dimidium marcæ ſolvunto. Prohibetur ſacerdotibus omnis indecens qvæſtus & mercatura talis qva rem ideo emunt, ut eandem iterum majori pretio vendat. Clerici mandatum actionis ne ſuſcipiunto, nec in foro coram tribunali laïcorum ſtanto, niſi ſuum vel ſui templi jus

eckiur edr fadrlaus born. Lærdum monnum ollum er faſtliga bodit under bannspíno í nockurum dómum at ſitia. bref edr dóma at leſa edr rita. edr í nockurum rádum edr samþykt at vera um líſlát edr lima manna. Eigi ſkulu lærder menn vitne bera edr eida ſveria firer leikmonnum. edr leggia ſig undir þeirra dóm um nockurn lut edr nockurs annars utan biſkups orlof. Lærdum monnum er oc firerbodit at ſitia at brúdlaupum þeim ſem ei hefer lýſt verit at lögum ádr. en hver er at því verdr kendr. þá ſkal biſkup ſuſpendere eum ab officio per triennium. oc eiga þó ván meiri reſſing ef biſkupi ſýnizt efter málavöxtum. Þat er oc firerbodit ſub pena ſuſpencionis at ſýngia púſadarmeſſo eckium ef þær giptaz. oc engum utan iúmfrúm einum. Firerbodit er oc ollum lærdum monnum under bannz pínu at gera nockut kaup edr ſkilyrdi edr taka ved edr krefia nockurn mann firer púſan. iardan. oléan. edr nockut annat ſitt preſtligt embœtti þat ſem hverr er ſkylldr at gera kauplauſt. en krefia má ſídan giort er forna ſkylldu. oc taka med þockum hvervetna þat ſem (hverr) hann vill med gódo gert hafa. En þeir preſtar ſem hallda menn rángliga þiónoſtu á páſkadag lúki þriár merkr oc miſſi meſſoſóngs um átta mánadi.

Qqq 3 *Capitu-*

---

jus perſeqvantur, vel etiam aliorum, qvorum cauſam agere leges permittunt, qvales ſunt viduæ & pupilli. Clericis omnibus ſub pœna excommunicationis ſevere eſt prohibitum ſententias ferre, inſtrumenta vel ſententias recitare vel ſcribere, vel aliqvibus conſiliis aut conventibus de jactura vitæ aut membrorum alicujus agentibus intereſſe. Clerici teſtimonium, vel juramenta coram laïcis ne ferunto, nec ſe illorum deciſioni de re qvadam, nec alterius cujusdam, ſine epiſcopi venia ſubjiciunto. Prohibentur etiam clerici nuptiis intereſſe, qvæ ex legis præſcripto in anteceſſum non fuerunt publicatæ. Qvi autem ejus deprehenſus fuerit, debet epiſcopus ſuſpendere eum ab officio per triennium, graviorem attamen etiam exſpectabunt pœnam, ſi ita epiſcopo viſum fuerit pro ratione cauſæ. Sub pœna etiam ſuſpenſionis interdictum eſt miſſam conjugalem pro viduis, ſi nupſerint dicere, & ſolummodo pro virginibus illud fieri oportet. Prohibitum qvoqve eſt omnibus clericis ſub pœna excommunicationis aliqvem inire contractum vel conditionem vel pignus acceptare vel expoſtulare a qvodam pro copulatione, ſepultura, unctione extrema, vel alia qvacunqve officii ſacerdotalis parte, qvam qvicunqve (*ſacerdos*) ſine omni mercede præſtare debet, at, poſt abſolutam hanc muneris partem, expoſtulare licet ex antiqvo titulo, & acceptari oportet, qvodcunqve ille lubens præſtare voluerit. Illi autem ſacerdotes qvi prima feria paſchatos ſacramenta injuſte denegant, tres marcas ſolvunto & ab officio per octo menſes ſuſpenduntor.

Capitu-

Capitulum.

Eingi lærdr madr ſkal ſkipta. gefva ne ſelia af preſtztöku ſinne: iarder. bœkur. edr meſſoklæde edr annat þat ſem til kyrkiu edr preſtzbordz kemr edr hefer at fornu edr nýiu legit, edr undirkomit. nema med rádi oc lofi biſkups. En ef einnhverr ſelr ödruvíſs. þá ſe kaupit únýtt. oc gialldi aftr hálfu meira einkanliga þat ſem hann nýter ſer. virdiz oc biſkupi þriár merkr. oc ſva þeir menn ſem medr gleymſku edr vanrækt láta iarder edr nockut annat gódz edr rett gánga undan kyrkium ſínum medan þeir byggia þær. Sva er oc ſkipat um kyrkiukýr þær allar ſem til preſtsbordz liggia at hverri kyrkiu. at ſva margar ſem hann tekr vidr. oc þær allar er gefvaz til ſídan um hanns daga til bœnahalldz edr med ödru ſkilyrde ſkal hverr preſtr medan hann ſýngr at þeirri kyrkiu. þær allar friálſar hafa oc nýt af taka edr til leigu byggia. oc fái þær allar út med fullnadi. hann edr hanns erfingi þeim preſti í hönd ſem þá kyrkiu fær efter hann. En hver er málnytukýr edr annan fenad ſkerr, edr brottflytr. oc firrer þann preſt er efter hann kemr. þá lúki ſva margar aftr edr hanns erfingi med öllum fiárvexti oc leigum ſvo mörgum ſem af ſkylldu gánga ſvo lengi ſem miſt er. oc þar med biſkupi ſektina ef ſækia þarf til. Sá preſtr er kyrkiu tekr at guds lögum byggi eigner þær allar er hann á at

Capitulum.

Nullus clericorum partiatur, det vel vendat ea qvæ pro officio habet, fundos, libros vel veſtes ſacras vel aliud qvidqvam, qvod ad templum vel menſam ſacerdotis pertinet, vel nunc & olim (iis) competebat, vel acceſſit, niſi cum conſilio & venia epiſcopi. Si qvis alias vendiderit, emtiovenditio irrita habetor, & duplo majus reſtituitor, ejus imprimis, qvod in proprios vertit uſus, epiſcopo etiam tres marcæ (*ſolvendæ*) æſtimantor. Hoc de iis etiam valet qvi ſocordia vel negligentia latifundia vel alia qvævis bona, vel jura ſuis templis, qvamdiu iis præſunt, præſcribi ſinunt. Idem & præceptum eſt de vaccis templi omnibus qvæ pertinent ad menſam ſacerdotalem templi cujuslibet, ut qvotqrot acceperat, & eas omnes qvæ ejus diebus poſtea donatione pro celebrandis precibus vel alia conditione accedunt, ſacerdos qvicunqve, qvamdiu ad iſtud templum officio ſuo fungitur, iis omnibus libere utitor & lacte fruitor, vel eas elocato; & eas omnes vel ipſe vel ejus hæres ſacerdoti, qvi poſt eum templum obtinet, penitus extradito. Qvi autem vaccas lactarias vel aliud pecus mactaverit vel avexerit, & iis ſacerdotem qvi illi ſuccedit privaverit, tot reſtituat vel ipſe vel ejus hæres cum omni lucro & canone tanto, qvi provenire deberet, tempore carentiæ, & præterea epiſcopo mulctam, ſi illum hac de re convenire opus ſit, ſolvat. Sacerdos ille, qvi templum ex præſcripto legis divinæ capeſſit, omnia illa prædia qvæ illi

á at hafva til preſtz tökunnar til ſkynſamligrar ábúdar oc landſkylldar um ſvo mörg ár ſem ſkynſamer menn ſiá at iördin qvedr ſlíkrar ábúdar.

Capitulum.

Preſtr ſá er fullt áboeli hefer oc leiger ſer adra iörd edr ſár ſva hann leggr áboelit í eydi edr eindeilld. giallde ſem ſex menn meta. Eigi ſkal lærdr madr ſkilia meiri landſkyllder í eigner en bera má. en ef þær eydaz af því. þá ſe hann ſkildr vidr bygging. þeirra iarda er hann bygg-er til audnar. oc giallde ſva mikit ſem ſkynſamer menn meta at misfarit er med þeim iördum. oc biſkupi ſex merkr. En ef preſtr ſá er til kyrkiu kemr geſr þá ſök hinum er fráfór. at hann hefer at villd ſinne ei bygt til fullz. þá ſanni ſá med eidi ſínum er fráfór. at hann feck ei betr bygt. oc eigi bygdi hann því med affalli at hann ſkylldi affara. oc gialldi hinum þat ſem hann miſte efter iafnre leigu. Sva ſkulu þeir á iördum ſínum búa oc affara ſem adrer leiglendingar. edr ſvare lögum preſti þeim er til kemr efter hann um allt þat leiglendingr á at ſvara landzdrotni þann tíma er hann ferr af iördu. Standa ſkulu þar hurder þriár. þó at eingi væri þá er hann kom til. ſtofuhurd. oc búrhurd. oc elldahúshurd. oc allar þær er ádr ſtódu. Nú ef preſtr tekr einhveria þá hurd brott. þá ſkal

---

illi ratione officii competunt, pro æqvo pretio & canone, per tot annos elocato, qvot viri prudentes prævidere poterint prædium tali canoni eſſe reſponſurum.

Capitulum.

Sacerdos ille qvi habet manſum integrum & aliud ſibi prædium conducit vel ſeminat ita, ut ipſa reſidentia (*paſtoralis*) ob hanc cauſam deſoletur, vel detrimentum capiat, qvantum ſex viri æſtimaverint, ſolvito. Clericus majorem canonem prædiis, qvam cui ferendo paria ſunt, ne imponito, qvod ſi hanc ob rem deſolentur, jure hæc prædia qvæ in deſolationem elocavit, elocandi privator & tantum ſolvito, qvantum damni hæc prædia paſſa eſſe viri ſapientes æſtimaverint, & epiſcopo ſex marcas. Si vero ſacerdos ille, qvi ad templum ei ſuccedit, eum qvi a templo recedit, accuſaverit; qvod voluntario plenum canonem prædiis non impoſuerit; tum ille qvi diſcedit juramento ſuppletorio aſſeveret, ſe majore cum canone elocare non potuiſſe, nec cum canonis decremento, ideo qvod ipſe abiret, elocaviſſe; & ſucceſſori qvod perderet, ſi æqvus eſſet canon, ſolvat. Ita prædia ſua inhabitent, & (ab iis) diſcedant (*ſacerdotes*) uti reliqvi prædiorum conductores, vel rationem ſacerdoti, qvi ſuccedit, omnium earum rerum reddunto, qvarum reddere debet domino prædii conductor, qvando demigrat. In ædibus tres jannæ ſunto, qvamvis nulla fuerit; cum ille prædium acceſſerit, janua (*ſcilicet*) œci, cellæ victuariæ, & culinæ, cum omnibus

ſkal hann aftrföra. oc leggia landnám á preſti þeim er í hanns ſtad kemr. ef hann hefer leyſt í frá. En ef nockut fylgir þar af þreſkilldi. edr of dyre. edr gáttartre. þó at ein flís fylgi. þá er húsbrot. bœti mörk vegna. hálft biſkupi. en hálft þeim er til iardar ferr. Sva oc ef hann brýtr ſett-ſtock ór húſi. edr þat ſem greyping hefer numid. þá ſkal hann aftr fœra. oc giallda mörk. oc ſkipte ſem fyrr ſeger. Allt þat ſem húsbrot nemr. gialldi mörk. hálfa biſkupi. en hálfa þeim er til iardar ferr. oc giöre hús iafngott ſem ádr. I þeirri ſókn ſkal tíund gera af hveriom iardar ávexti ſem uppvex. hvar ſem eigandi er at heimilisviſt.

Litr. H.

(h) Epterfaranda ſtatutum war gort oc ſamanleſit í Berguín af ágætrar áminningar Eilifi Erkibiſkupi af Nidaróſi. Helga af Oſló. Vilhiálmi af Orkneyium. Audfinni af Biorguín. Hákoni af Stafángri. Hallvardi af Hamri. Sighnari af Færeyium lýdbiſkupum oc ſkyllduliga bodit at hallda af ollum oc ſerhuerium í Nidaróſs erkibiſkupsdœmi ſub anno domini milleſimo viceſimo ſeptimo idus Julii.

Fyrer-

bus illis januis qvæ ibi antea fuerunt. Jam ſi ſacerdos aliqvam harum januarum avexerit, illam iterum reſtituito, & multam (*præterea*) pro jure fundi violato ſacerdoti illi qvi ei ſuccedit, ſi (*poſtea*) inde ſolverit expendito. Si qvid vero ſimul de limine vel ſuperliminari, vel arrectariis, ſi vel exigua fuerit aſſula, ablatum fuerit, pro domus læſione habendum, & tunc ſolvat marcam ponderatam, ejus ſcilicet dimidium epiſcopo, dimidium autem ei, qvi prædium (inhabitandum) capeſſit, ſic qvoqve ſi e domu abſtulerit trabeculam ſcamni, vel qvantulamcunqve ligni partem, dummodo alteri ligno fuerit innexa, illud reſtituat & marcam ſolvat, dividatqve uti ſupra dictum eſt. Pro omni illo, qvod ut læſio domus æſtimari poteſt, ſolvat marcam, ejus dimidium epiſcopo & dimidium ei qvi prædium inhabitaturus accedit, & domum priſtino reſtituat ſtatui. In illa parochia decimas ſolvi oportet, ex qvocunqve terræ fructu, ubi provenit, qvocunqve demum loco poſſeſſor domicilium habuerit.

(h) *Id eſt:* Seqvens ſtatutum factum & collectum eſt Bergis a bonæ memoriæ Eilifo Archi-epiſcopo Nidroſienſi, Helgio Oſloënſi, Vilhelmo Orcadenſi, Andfinno Bergenſi, Haqvino Stafangrenſi, Hallvardo Hamarenſi, Sighnaro Færöenſi Suffraganeis, & ſtricte injunctum ut obſervetur ab omnibus & ſingulis in archidiæceſi Nidaroſienſi ſub anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo ſeptimo idus Julii.

Antiſti-

Fyrerbodit er klauſtranna formonnum at taka nockurn reglumann med kaupi edr ſkildaga. en huerr ſem tekr þvílík ſamkeypi edr þat gódz ſem afleider. ſe af ſiálfu verkinu affettr valldi oc lögmáli allrar ſinnar foruiſtar oc þiónoſtu. en þeir tuenner ſem gefa oc ſamþyckia ſe pínder ſem biſkupi líkar. Biſkupar ſkolu fyriſiá huerr í ſínu biſkupsdœmi at í múnkaklauſtrum kanúnka edr ſyſtra. takiſt ei inn fleiri perſónur en þær megi ſæmiliga fara af tilliggianda gódzi. ſkal oc ſú tala æigi fram nema vaxi ríkleiki ſtadanna oc þó med biſkups ſamþycki. Eingi ſá klauſtramadr ſem epter giörſa profeſſionem hefer nockut proprium ſkal takaz ad eccleſiaſticam ſepulturam utan hann hafi iferbætt þetta ſitt afbrot. Huerr ſá klerkr er annattueggia veiter einhuerium fylgi eda forſtodu móti heilagri kyrkiu í nidrbrot hennar frelſis. edr gefr þat rád oc fullting ſem á hana ſtrída. er af ſiálfu verkinu ſuſpenſi ab officio & beneficio. I ſömu pínu falla þeir allir preſtar oc klerkar ſem vitandi oc ſiálfviliandi gánga under nýiar þuínganer oc tolla eda med odrum hætti leggiaz þeir under leikmannavalld í nidrdrep oc forſmán klerkanna privilegii. Huerr oc ſá er at því werdr kunnr at hann gerir opinberliga conſpiracionem móti logmáli oc frelſi biſcupsligs ſætis. edr móti heidri biſcupsligrar tignar. ſkal fyrir því ſama æi kióſaz mega til nockurrar ſtettar oc æi geraz kanúnkr at þeim

---

Antiſtitibus monaſteriorum qvenqvam regularem ſub conditione vel contractu recipere interdictum eſto, qvicunqve vero talem contractum, vel bona inde provenientia acceptaverit, ipſo facto a poteſtate & jure ſuæ præfecturæ & officii remotus eſto, illi vero utriqve qvi largiuntur & conſentiunt ex Epiſcopi beneplacito puniuntor. Epiſcopi in ſua qvivis diœceſi provideant, ne in cœnobia tam Canonicorum qvam ſororum plures perſonæ recipiantur, qvam a bonis eo pertinentibus honeſte ſuſtentari poſſint, qvi numerus, niſi divitiæ monaſteriorum creſcant, non augeatur, & hoc tamen e conſenſu epiſcopi. Monaſticorum nemo poſt factam profeſſionem aliqvid proprium retinens, ad ſepulturam eccleſiaſticam admittatur, niſi hoc ſuum delictum (*antea*) expiaverit. Qvicunqve clericus qvi aut contra ſanctam eccleſiam in ejus libertatis perniciem, operam ſuam vel præſidium alicui præſtiterit, aut conſilium alicui, aut conſilium vel auxilium eam impugnans ſuggeſſerit, ipſo facto ab officio & beneficio ſuſpenſus eſt. In eandem incidunt pœnam omnes ſacerdotes & clerici, qvi ſcientes & volentes nova onera & tributa ſubeunt, vel poteſtati laïcorum in detrimentum & contumeliam privilegii clericorum ſubmittuntur. Qvicunqve deprehenſus fuerit in eo, ut conſpirationem contra jus & libertatem cathedræ epiſcopalis, vel contra dignitatis epiſcopalis honorem, publice faciat, ei ea ipſa de cauſa

þeim ſtóli. mínkaz oc ecki her í adrar pínur. þær ſem epter lögunum werdſkylldar ſer ſá er þuílíka luti gerir. (*).

Litr. I.

(i) Aullum kriſtnum maunnum þetta bref ſiáundum edr heyrundum. ſendir Eilifr med gudz miſkunn. erchibiſkup í Nidaróſe. Vilhiálmr af Orkneyium (Fœreyum). Audfinnr af Bergvin. Hallvardr af Hamre. Eirekr af Staſángri. med þeſs ſama miſkun Nidaróſs kyrkiu undirbiſkupar. ſagnat

---

cauſa ad nullam dignitatem eligi nec ejusdem cathedræ Canonicum fieri licebit. Nec aliæ hac in re pœnæ ideo imminuantur, qvas jure meretur qvi talia committit.

(*) Hoc ſtatutum revera eſt de anno 1320, 7 id. Julii, qvod propter vitioſam interpunctionem ſupra pag. 452. ad annum 1327. relatum eſt. Sed nomina & ordo Suffraganeorum, & horum Statutorum articulus poſterior, ut & circumſtantia haud veroſimilis duobus poſt menſibus aliud concilium nationale habitum fuiſſe, evincunt, Statuta præſcripta pertinere ad Lit. F. ſupra pag. 477. ſeq. Nec inſolitum eſt qvosdam tantum articulos Statutorum ſeorſim interdum exſtare, exemplo ſit ſeqvens, qvi titulum præ ſe fert in apographo qvod nobis eſt: *Ur ſtatútu Eilifs erkibiſkups*, ſed ſine anno & loco: " Enn þeſzar eru þær konur ſem at frændſemi ero ſkylldar. ſyſter. " dótter. móder. ſonardótter. bródrdótter. ſyſtrdótter. dóttrdótter. módrmóder. födr- " ſyſter. födrmóder. Enn ef madr leggſt med einhvörri þeſzari. þá útlægiazt þau " bædi. oc hafa fyrirgort öllu ſe ſínu vid kóng ok biſkup. nema þvíat eins at " hann briótiz ór böndum. edr menn viti med ſönnu. at hann hefer ærr verit. ádr " ok ſídan. Konan firriz ok ſektina ef hón hefer verit naudgut til. ok bæti vid " gud epter biſkupsrádi. Enn ef madr verdr at því ſanur. at hann leggz med ſvo " náuum. þá er ſá madr fridlaus ok bædi þan þar til er þau taka ſkript þá ſem til- " heyrer. " Id eſt: *Hæ fæminæ conſangvinitatis neceſſitate conjunctæ ſunt: ſoror, filia; mater, neptes e filio, fratre, ſorore, vel filia; avia materna, amita, avia paterna. Si qvis cum harum aliqva congreſſus fuerit, tum uterqve* (ille & illa) *exilii reus eſto, bonis eorum fiſco Regis & Epiſcopi addicendis, niſi ille vincula perruperit, vel certò conſtiterit illum tam in anteceſſum qvam poſtea mente captum fuiſſe. Fæmina qvoqve a reatu liberatur ſi vi compreſſa fuerit, illa autem Deo e conſilio Epiſcopi ſatisfaciat. Si qvis convictus fuerit congreſſus cum tam neceſſariis, ille preſcriptus ſit, & illa ſimul, uſqve qvo pœnam condignam acceptaverint.*

(i) *Id eſt:* Omnibus chriſtianis hominibus has literas viſuris vel audituris mittit Eilifus dei gratia archiepiſcopus Nidroſienſis; Vilhelmus Orcadenſis (Færöenſis), Audfinnus Bergenſis; Hallvardus Hamrenſis, Ericus Stavangrenſis, ejusdem gratia eccleſiæ Nidroſienſis

fagnat eilífrar heilſu í ſyni dýrdar fullrar meyar. Vier áſitiande þeſſu biſkupa þinge at bæta ſidu manna oc frelſa af úvinarens drápe þær ſáler ſem oſs eru at hende fólgnar. oc vorre ſtiórn eru undergefnar. ſvo ſem vier erum ſkyllduger af þiónun vors embœttis. vidkennandizt vorn vanmátt. at vier meigum ei verduligt af oſs giora í augliti hins hæſta. ſvo ſem ſannleikuren ſeiger í gudſpialli Jóns poſtula. at án mier megi þier ecki giora. því haufum vier allir von til einnar oc hinnar hæſtu forſiár. treyſtande af hinum mikla þeſs ſama gódleika er dagliga ſýngr í kyrkiunum. Bidit þier oc munut þier medtaka. Leitid þier oc munut þier finna. Aknýit þier oc man ydr verda upp lokit. Oc ſá ſame gud allra miſkunna veitare. aullum flíótliga gefr. haunum fórnſærum vier bæner vors lítillætis. ſvo ſem oſs er máttuligt. at hann ſiálfur fyrerlátnum vorum ſyndum. af einni ſaman vægd ſinnar gódgirndar. yfer oſs dreiſi miſkunn himneſks aurleika. vitzku ſannleiks oc auruggrar læringar. aukande hugvit til hiálpſamligrar ſálna hirtingar. hverre ei verdr meire fórn gudi færd. oc haunum þeckiligri. greidande hvaſsleika vorrar ſkynſemdar. at helgum anda íblâſanda. megim vier innvirduliga umhugſan oc áhyggiu fyrer gudligri hiörd. oſs á hendi fólginni. aſſnídandi lauſtu rótſetiande kraptaverk. oc hiálpſamlig bodord ſetiandi oc ſtadfaſtliga ſkipande. at vier megim mak-

droſienſis Suffraganei, lætitiam ſalutis æternæ in filio glorioſæ virginis; Nos, qvi ſynodum hanc epiſcopalem ideo celebramus, ut, juxta qvod expoſtulat officii noſtri ratio, hominum mores emendemus, eorumqve animas, qvi nobis commiſſi ſunt, noſtroqve regimini ſubjecti, ab inimici occiſione liberemus, noſtram confitemur impotentiam, qvod hoc negotium, uti fieri debet, in conſpectu altiſſimi expedire neqveamus, veluti veritas in Jonis Apoſtoli evangelio dicit: Sine me nihil facere poteſtis. Nos omnes id circo ad unam eandemqve ſupremam providentiam ſpem noſtram dirigimus, a magno illo (deo) eandem confidenter exſpectantes benignitatem, qvæ qvotidie in templis ſonat: *Orate, & accipietis; qværite & invenietis; pulſate & vobis aperietur*, qvam qvoqve (benignitatem) idem deus omnium miſericordiarum dator cito omnibus largitur; ipſi, uti convenit, noſtræ humilitatis preces ideo obferimus, ut ipſe, remiſſis ex mera benignitatis ſuæ indulgentia peccatis noſtris, nos cœleſtis liberalitatis, ſapientiæ veritatis & firmæ doctrinæ gratia ſuperſpergat; ad ſalutarem animarum correptionem, qva potius aut acceptius deo ſacrificium offerri neqvit, noſtram augens cognitionem; noſtræ ſapientiæ acumen ita inſtruens, ut per inſpirationem Sancti Spiritus divinum gregem nobis commiſſum diligenter curare eiqve providere valeamus, vitia abſcindentes, miracula radicantes, mandataqve ſalutaria ſancientes & firmiter injungentes, ut tales qvibus vineam ſuam, id eſt ſanctam eccleſiam

makligar ſkynſemder þeim giallda á effta dóme. ſem oſs hefer ſinn víngard. þat er heilaga kriſtne í hendr feingit til hreinſanar oc ſtiórnar. I nafne Faudr oc Sonar oc Heilags Anda. endrnýium vier á þeſſu biſkupa þínge þær fetníngar heilagra fedra ſem ſkipadar eru ſálum manna til læ ninga. oc ei hafa verit vardveittar helldr nidr felldar fyrer vanræktar ſaker oc óvana. einkannliga ſkipan milldrar minningar Jóns erchibiſkups í Nidaróſe. at hann varar menn at falla ei í þær bannſetningar af ſiálfu verkinu. ſem í kyrkiunnar laugum eru ſkrifadar oc at ſinn á hveriu áre ſie þær upplesnar at biſkupsſtólum oc í heradi at ſtœrrum kyrkium. Item at eigi ſe vier makliga áſakader fyrer úſkynſamliga þaugn ſem ſkipader erum at ſá himneſku korne í hiörtu mannanna. af ſiálfum gude ſeigiandi fyrer ſpámannin. mállauſer hundar mega ei geyia. þat er at ſkilia. at þeir lœrdir menn eru kallader mállauſir hundar. ſem ei vilia oc ei. mega edr ei þora ſeigia maunnum ſynder ſínar edr ſtórglæpe. Oc enn talar gud fyrer annan ſpámann Eigi ſtigu þeir til mótſtaudu í móti illmenne. oc ei ſettud þier ydr verndarmenn fyrer gudz húſi. í móti þeim ſem nidr vilia brióta heilaga kriſtne. Nú alla oc ſierhveria þá ſem áhyggia drottinnligrar hiardar er á hendi fólginn. áminnum vier. áeggium vier. oc fyrer dreiſing blódz vors herra Jeſu Chriſti. biódum vier at þier lærit oc læra látid ydart fólk Credo in deum. Pater noſter oc Mariu vers. oc dýrkan

ſiam ſarriendam regendamqve nobis commiſit, in ſupremo judicio convenientes reddere qveamus rationes. In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti in ſynodo hac epiſcopali renovamus omnes illas ſanctorum Patrum conſtitutiones, qvæ ad ſanandas hominum animas ſunt ordinatæ, non vero ſervatæ, ſed negligentiæ & pravæ conſvetudinis ergo poſthabitæ, imprimis vero (*renovamus*) conſtitutionem Jonis Archiepiſcopi Nidroſienſis, beatæ memoriæ, in qva ſubmonet, ut caveant ſibi omnes ne ipſo facto tales, qvæ in legibus eccleſiaſticis ſcriptæ ſunt excommunicationes incurrant, & ut in cathedris epiſcopalibus atqve potioribus cujusvis territorii templis qvotannis ſemel publice recitentur, item ne nos, qvi ad ſemen cæleſte hominum cordibus inferendum ordinati ſumus, inſipidi ſilentii merito ab ipſo deo reprehendamur, dum ita per prophetam loqvitur: *Canes muti latrare non poſſunt*, ii ſcilicet ex clericorum numero muti canes appellantur, qvi alios ſuorum peccatorum aut ſcelerum reprehendere nec volunt, nec poſſunt, vel etiam non audent. Porro Deus per alium prophetam ſic loqvitur: *Maligno non obſiſtebant; nec iis, qvi ſanctam eccleſiam vaſtare ſtuduerunt, vos ut divinæ domus defenſores ſiſtebatis.* Nunc itaqve omnes & ſingulos, qvibus cura gregis dominici commiſſa eſt, monemus, hortamur, & vi aſperſionis ſangvinis domini noſtri Jeſu Chriſti mandamus, ut credo in deum, Pater noſter, hymnum

dýrkan heilags embœttis. einkannliga meſſu ſaungs. oc annara helgana (ödrum ſacramentis eccleſiaſticis). útſkýrande þeim hátt oc taulu ſiau hauf-ud ſynda oc mikilleik helvítis pínu er menn verdſkyllda med haufut ſynd-um. oc adra hluti. eptir því ſem gud geſur hverium ſína miſkunn. til þeſſ at fólkit fordizt diöfulligar ſnaurur oc ſlægdir. oc þióna med hrein-leika hiarta oc líkama vorum herra Jeſu Chriſto. Item at veralldliger valldz menn. þeir ſem illa neyta ſínu valldi mega ei hylia ſína illzku med yfer breidzlu ſýſiligrar úvitſku ſkipum vier at kyrkiunnar laug þau ſem her fylgia ſie framſærd í norrænu. oc ſvo ritud á ſpiall. uppfeſt á hveri-um biſkups ſtóli í herudum at ſtórum kyrkium í þeim ſtad at hver megi leſa ſem vill edr epter rita. at ſú ſýſilig úvitka ſem ádr var fús í framm-hrapan ſyndarinnar megi hiedan af heptazt af umlidinni úvitzku oc mik-illeik þeirra pína ſem þar eru áqvednar. Enn þeſſi laug ſtanda í ſettri bók Decretalium Bonifacius Páva. þat ſem fyrr var birtizt nú á næleeg-um tíma. at leikmenn eru klerkum haturſamer. ſvo at þeim nægiazt ei ſín endimörk. þau er þeim eru ſett af laugunum. helldr leyſa þeir tauma ſíns valldz um þá hluti ſem þeim er fyrerbodit. oc úviturligt er oc úleyfi-ligt. er viturliga áteliande hverſo miök þeim er fyrerbodit at fremia nock-ut valld á klerka edr kyrkiuligar perſónur. oc þeirra gódz. áſetiande þeim

hymnum Mariæ, cultum ſancti officii, imprimis cantus miſſæ, aliorumqve ſacrorum (aliorumqve ſacramentorum eccleſiaſticorum) veſtro populo inſtilletis & inſtillari cure-tis, modum numerumqve ſeptem peccatorum capitalium, magnitudinem infernalis, qvam capitalibus peccatis promerentur, pœnæ, & alias res pro conceſſa unicuiqve divina miſericordia, eum in finem explanantes, ut populus ſibi a diabolicis laqveis atqve illecebris caveat, noſtroqve domino Jeſu Chriſto cum cordis & corporis puri-tate ſerviat. Porro ne magiſtratus ſecularis, qvi imperio ſibi conceſſo prave utitur, allicientis ignorantiæ fuco ſuam malitiam ſuperintegere poſſit; mandamus, ut ſeqven-tes jam leges eccleſiaſticæ lingva proferantur Norvegica, & ſic tabulis inſcriptæ in cathedris epiſcopalibus atqve præcipuis toparchiæ cujusvis templis, & qvidem in tali loco, ubi ab omnibus, qvi id volunt, legi & exſcribi poſſint, ſuſpendantur, ideo ut pellax illa inſcitia, qvæ prius ad præcipitandum in peccatum prona fuit, a præterita ignorantia per pœnarum conjunctarum gravitatem in poſterum averti poſſit. Hæ autem leges in libro ſexto Decretalium Pontificis Bonifacii exiſtunt: Idem qvod præ-terito, jam qvoqve præſenti tempore apparet, qvod ſcilicet laïci clericis ſint infenſi, ita ut illi terminis legibus ſibi conſtitutis non acqvieſcant, verum qvoqve poteſtatis ſuæ habenas in rebus ipſis prohibitis, inconvenientibus & illicitis relaxant, & ratio-nabiliter eſt reprehendendum, qvam ſevere iis interdictum ſit, imperium aliqvod in clericos, vel perſonas eccleſiaſticas & eorum opes exercere; onera gravia iis imponendo, tributa

þúngar byrdar. tolla oc ýmiſar álaugur af þeim heimtande. oc margfálld-liga áſtunda þá under at leggia ſína drottnan oc þiónoſto. oc því ſem vier verdum ſeigia, þó at harmandi. at ſumer formenn kyrkiunnar oc kyrk-iuligar perſónur. óttazt þat ſem ei er óttanda. leitandi at hafa veralldligan frid. ſkiótt umlídanda ſem David ſeiger. oc óttazt þeir meir at ſtyggia veralldligt valld enn eiliſt. ſamþyckiandi ſvo ofdiarfliga ſem úforſiáliga ſlík-um úvenium án nockurri raukſemd oc leyfi páváligs embœttis oc ſætis. Nú vier viliandi í móti gánga ſvo ránglátum giördum ſkipum vier med páváligu vallde. oc med ráde Cardínalium brœdra vorra. oc fyrerbiódum vier. at nockurir klerkar. formenn edr kyrkiuligar (perſónur) klauſtra menn. eda veralldar klerkar hverrar vígſlu. kyns edr ſtiettar ſem hver er. lúki edr heiti at veita leikmanni. nockurar álaugur. under nafne láns edr giafar. edr med hverium lit edr loſi ſem þat er fegrat edr ſkreytt án raukſemd páváligs ſætis. ſvo keiſararar oc kóngar. edr adrer höfdingiar. hertugar. iarlar. barónar. dróttſetar. eda adrer veralldar valldsmenn. hverr-ar virdingar. kyns edr ſtiettar ſem hver er. hverr ſem á leggia. klerka edr kyrkiur. tolla edr nockurar álaugur. taka edr grípa þeirra gódz. bióda edr láta grípa oc ei ſídr þeir allir er gefa fullting til. edr nockurn tienad ſinn opinnberliga edr leyniliga. renna þeir í bann af ſiálfu verkinu. Af hveriu banne þá ſkal eingi leyſa mega utan í líſs háſka án vallde oc einkann-ligu

tributa, variasqve rogationes ab iis exigendo, & multiplici ratione eos ſuo ſubjicere dominio atqve ſervituti conando. Hinc & qvod nos, ſed non ſine lacrymis, memorare cogimur, nonnulli antiſtites eccleſiæ perſonæqve eccleſiaſticæ, non metuenda metu-unt, pace mundana, qvæ, teſtante Davide, cito tranſit, frui qværentes, imperium ſeculare offendere magis timentes, qvam æternum, hoc modo tam temerarie, qvam imprudenter ſine aliqva auctoritate vel venia dignitatis & ſedis pontificiæ pravis hiſce conſvetudinibus conſentientes. Nos itaqve injuſtis hiſce factis obviam ire volentes, ex poteſtate papali, & cum conſenſu fratrum noſtrorum Cardinalium conſtituimus atqve prohibemus, ne ulli clerici, antiſtites vel eccleſiaſticæ perſonæ, monaſtici vel clerici ſeculares, qvaliscunqve gradus generis vel ordinis fuerint, expenſiones qvasdam vel ſolvant, vel præſtituros ſe promittant, ſive hoc fiat ſub prætextu mutui, vel doni, vel qvalicunqve demum colore vel ſpecie illud fuerit palliatum, modo non ad-ſit ſedis papalis auctoritas. Itaqve Imperatóres & Reges, aliiqve Magnates, Duces, Comites, Barones, Proreges, vel dynaſtæ ſeculares, qvalicunqve dignitatis generis vel ordinis fuerint, qvi clericis vel templis tributa vel alia onera imponunt, eorum opes capiunt vel rapiunt, vel etiam rapi jubent aut curant, nec minus ii, qvi his ad talia exſeqvenda opem vel ſuum auxilium publice vel privatim ferunt, ipſo facto excom-

ligu lofe páváligs fætis. Item bonifacius páva. þvíat diorfúngarfull ofdirfd nockura iúftifa. fýflumanna edr annara dómara. vex fvo miök. at í þeim ftaudum fem þeir hafa valld yfer. tálma þeir edr fyrerbióda at þau mál fem af laugunum edr af fornri fidveniu kyrkiuligum dóme tilheyra. dœmizt fyrer kyrkiunnar dómarum til þefs at þeir renni því helldr under leikmanna dóm edr þeirra mál nidrfalli rettlaus edr údœmd. Nú af því at vier vilium ei vanrækia vor rettindi. oc vorrar brúdar heilagrar kyrkiu fkipum vier oc fyrerbiódum at nockur tálme fyrer fig eda annan. at þau mál fem tilheyra kyrkiunne fie dœmd fyrer kyrkiunnar dómarum. eda þau fie dregin under leikmanna dóm. medr valldi edr naudúng edr nockur gefi rád til fulltíngs edr lidfinnis. Enn ef nockur dirfizt at giöra í móti þeffu voru bodi. vite hann fig bannfettníngar pínu vera undir gefin af fiálfu verkinu. Af hveriu banne hann fkal ei fyrr leyfazt. enn hann hefir úfkadliga bætt þá mótgiörd. fkada oc koftnad. er hann giördi dómurunum. hvers rettinda valld er hann tálmadi oc fvo þeim fem málit ætti at kæra. Item bonifacius páva. þeir eru oc fumer er hafa veralldligt valld at þeir dirfazt at fyrerbióda fínum undermaunnum at felia nockura hluti formaunnum kyrkiunnar. klerkum edr audrum kyrkiunnar perfónum. edr nockut af þeim at kaupa. ei fídr at mala þeim korn. edr baka þeim

---

excommunicationem incurrunt; qva nifi in vitæ periculo nemo illos abfolvere poteft, nifi accedat auctoritas vel fpecialis difpenfatio fedis Apoftolicæ. Pergit Papa Bonifacius: Qvoniam qvorundam juftitiariorum, vel aliorum judicum audacia temeritatis plena, tanta jam capiat incrementa, ut iis in locis, qvæ eorum fubfunt poteftati, impediant vel prohibeant, ut illæ caufæ, qvæ ex legum præfcripto & antiqva confvetudine ad jurisdictionem pertinent ecclefiafticam, ab ecclefiæ judicibus judicentur, ideo ut hi eo facilius laïcorum fententiæ fe fubmittant, vel eorum caufæ fine juris beneficio & nondum judicatæ fupprimantur. Jam noftra noftræqve fponfæ fanctæ ecclefiæ jura negligere nolentes, conftituimus nos atqve prohibemus, neqvis per fe vel per alios impediat, ut illæ caufæ, qvæ ad ecclefiam pertinent, coram ecclefiæ judicibus judicentur, vel vi vel coactione laïcorum fententiæ fubmittantur, vel ut qvisqvam confiliis opem ferat hac in re aut præfidium præftet. Qvod fiqvis contra hoc noftrum interdictum egerit, fciat fe pœnæ excommunicationis ipfo facto effe fubjectum, qva prius non erit abfolvendus, qvam plene delictum hoc, damnum qvoqve & fumtum, qvem judicibus qvorum legitimæ poteftati oberat, actoriqve caufæ cauffatus eft, expiavit. Porro Pontifex Bonifacius: Dantur etiam nonnulli inter eos, qvi fecularem habent poteftatem, qvi fuis fubditis interdicere audent, ne ecclefiæ antiftitibus, clericis vel aliis perfonis ecclefiafticis res qvasdam vendant, vel ab iis emant, in illorum

þeim braud. edr nockur ſtaurf þeim at veita edr þiónuſtr. Nú af því at ſlíkar ofdirfder eru fundnar til nidrbrotz. oc audnar kyrkiunnar frelſis. þá dœmum vier þá ſem þvílíka hluti dirfazt at giöra. bundna vera bannſettningar banne. af ſiálfu verkinu. (En at rángláter weralldliger valldzmenn þeir ſem í kyrknanna þrόngingum edr þeirra perſóna hafa hegat til med áſtundadri úvitzku affakat ſínar illgiörder villdi nú þeim mun nádugligar huílaz af illzkunni ſem þeim væri kunnara áfelli pínunnar þá ſkulu þeſſar páfuanna ſkipaner ſamanleſnar oc ſkrifadar uppá eitt ſpialld med norrænu oc latínu hánga uppi í kyrkiu at huerium biſkupsſtóli. ſua hit ſama í heradi at huerri graftarkyrkiu í ſua fölldnum ſtad at huerr ſem vill megi bædi leſa oc epterſkrifa. De emunitate eccleſiarum capitulorum non minus &c. adverſus eos qvi libro ſexto de conſangvinitate & affinitate eos qvi in concilio vienneníi. de ſumma excommunicacionis noverint. Biſkupar allir í Nidarόſs erkibiſkupsdœmi ſkulu í tilheyriligum ſtödum hafa ſer officiales ſua ſem ſtendr í ſtatúto milldrar áminningar Jörundar erkibiſkups at rannſaka oc nidrſetia málaferli þau ſem kyrknanna valldi heyra til. ſua at huerr biſkup ætli ſínum officiali einhueria þarfliga tekiu fyri ſtarf ſitt af því gódzi ſem biſkupsdóminum heyrer til. edr af því ödru ſem hann má rettliga gera. medr því at einginn er ſkylldr at ſtrída á ſiálfs ſíns koſti.) Þeſſi articulus tilheyrer lærdum maunnum. Þvíat

rum gratiam frumentum molant, panem coqvant, vel operam aut miniſterium illis exhibeant, jam qvoniam tales temeritates ad eccleſiæ libertatem infringendam atqve delendam facere deprehenduntur, eos, qvi talia moliri ſuſtinent, ipſo facto excommunicationis vinculo ligatos eſſe judicamus. (Ut vero injuſti magiſtratus ſeculares, qvi in perſecutionibus eccleſiarum, earumqve perſonarum, ſua maleficia affectata ignorantia hactenus excuſarunt, eo pacatius a malitia qvieſcant, qvo notior iis fuerit pœna infligenda, ideo hæ Paparum conſtitutiones collectæ, & tabulæ cuidam lingva norvegica & latina inſcriptæ, in templo cujusvis cathedræ epiſcopalis, ut & in (qvavis) toparchia, in qvovis templo, ad qvod funera ſepeliuntur, & ibi qvidem tali in loco, ut qvicunqve qvi voluerit, illas legere & exſcribere poſſit, ſuſpenduntor. *De emunitate eccleſiarum capitulorum non minus*[41] &c. *Adverſus eos qvi libro ſexto. De conſangvinitate & affinitate. Eos qvi in concilio vienneníi. De ſumma excommunicationis noverint.* Omnes Nidroſienſis archidiœceſeos epiſcopi, in debitis locis Officiales habento, id qvod in ſtatuto beatæ memoriæ Jörundi Archiepiſcopi injungitur, qvi lites qvæ ad jurisdictionem pertinent eccleſiaſticam explorent atqve componant; ita ut qvilibet epiſcopus ſuo officiali pro ejus labore utiles ex bonis qvæ ad epiſcopatum pertinent, vel qvæ juſte erogare poteſt, reditus aſſignet, cum nemo proprio ſtipendio

Þvíat ágirndar blindleiki oc úſettlig elſka ſem lærder menn haſa til frænda ſinna. einkannliga til þeirra af úleyfdum oc fyrerdœmdum frillulifnade í brígzli allrar klerkligrar ſtiettar oc kyrkiunnar ſvívirdingar. oc ei væri þeir makliger ſyner at kallazt. ne nærendor af ſínum fedrum epter laugligum ſettningum. hefer hier til nær alla preſta í Nidaróſs erchibiſkupsdœme ſvo miök dagligá heimſkat ſvívirdliga. at þeir ſátæker upp hafder kyrkiunne at ſtýra. oc af hennar gódze ordit feiter oc fullir oc miök ríker. Enn á ſíduztum daugum giöra þeir litla edr aungva minning þeim kyrkium ſem þeir hafa ríker af vordit. helldr gefa þeir alla eign ſem þeir hafa af kyrkiunne aflat. ſínum frændum. ſonum oc dœtrum. ſvo ſaurugliga getnum ſem fyrr ſeiger. hvern úſkynſemdar fleck Jón erchibiſkup í Nidaróſe villde afþerra. oc því ſkipadi hann at biſkupa fundi þeim oc þíngi ſem hann hafdi í Berguin. at þeir preſtar oc klerkar. ſem hafa kyrkiuna oc beneficia. leggi til þeirra vidurqvæmiligt hlutſkipte. útſkipandi at þat ſe hinn X partur af aullu því góze ſem hann hefer af kyrkiunne aflat. edr ſvoſem af kyrkiunne. Nú dœmum vier á þeſſu þinge at ſiá ſkipan ſie úbrigdiliga halldin þá pínu vidrleggiandi at hver preſtr edr klerkur ſá ſem ei helldr þeſſa ſkipan. at leggia tíunda part til kyrkiu þeirrar er hann hefer aflat af. edr þat finzt í hanns teſtamento at hann giori þetta

ſtipendio militare obligetur.) Hicce articulus ad clericos attinet, qvod avaritiæ cæcitas & immodicus amor, qvem clerici in cognatos ſuos, imprimis ex illicito & condemnato concubinatu, in opprobrium totius ſacri ordinis, & eccleſiæ ignominiam, (*natos*,) nec dignos qvi filii nominentur, nec a parentibus juxta legitimas conſtitutiones alendos exercent, omnes fere ſacerdotes Nidroſienſis archiepiſcopatus eo qvotidie ſtoliditatis huc uſqve ignominioſe propulit, ut inopes evecti ad regendam eccleſiam, & ex illius bonis pingves, ſaturi, & perdivites facti, extremis diebus exiguam aut nullam commemorationem faciunt illorum templorum, qvorum ope opulenti reddebantur, ſed omnes facultates, qvas a templo nacti fuerant, cognatis ſuis conferunt, filiis & filiabus, tam fœde ſuſceptis ut antea dictum eſt. Qvam inſcitiæ maculam Jonas Archiepiſcopus Nidaroſienſis delere voluit, & idcirco in concilio epiſcopali & ſynodo qvæ Bergis habuit, mandavit, ut illi ſacerdotes & clerici, qvi templa & beneficia tenent, convenientem iis conferant portionem, curantes, ut ſit decima pars ejus pecuniæ, qvam a templo vel tanqvam ab eodem acqviſiverant. Jam in hoc conventu ſancimus, qvod conſtitutio illa invariata ſervetur, pœnam illam adjungentes, ut, qvicunqve ſacerdos aut clericus hanc conſtitutionem violaverit, qvo minus decimam partem illi templo addat, opum qvas ab eodem lucrifecerat, vel in ejus

þetta med nockure bleckingu edr undanndrætti. þá ſkal hann ei taka þiónuſtu oc ei at kyrkiu grafa. ef hann bæter ei ádr enn hann deyr. þat vilium vier oc at þeir preſtar ſem þeim ſkripta ſpyri þá epter. hvört þeir hafa þetta halldit. oc ef þeir vilia ei þetta hallda edr ummbæta ef þeir hafa brotit oc megi þeir. þá ſkulu þeir hvorki taka ſkript ne þiónuſtu ne kyrkiugard (þat er oc fyrirbodit at kroſſmark vors herra Jeſu Chriſti þar ſem allir eigu at vegſama epter megni. ſe grafit. riſtit. edr penntat á grióti. edr gólfi. eda nockurr þar á iordu ſem þat megi fóttrodaz. edr af nockurum úreininndum yferdreifazt. medr því at veralldarlögin leggi hina þúnguztu pínu vid huerium ſem gerir.) Item fyrerbiódum vier at nockur karlmadr edr kona giori tvenn feſtarmál edr tvennan hiúſkap. Enn ef nockur dirfizt þetta át giöra. þá fellr ſá í bann af ſiálfu verkinu. oc af þeſſu ſkal hann ei leyſazt mega. nema hann bæti oc taki ſkript ſem fyrer hórdóm. Item ſkipum vier at ecki nockur madr edr kona fari í annars biſkupsdœme til hiúſkapar ſambandz. nema hann hafi til ſkilríkis ſkilríkt biſkups ſíns bref. oc ef þeſſu verdur móti giört þá fyrerbiódum vier aullum preſtum. undir pínu ſíns embœttis oc beneficii at vígia þau ſaman edr vera at þeſsháttar brúdlaupum. nema þau ſieu ſvo mikils háttar menn ſkynſamer oc merkiliger. at eingi grunſemd megi ávera at nockurer menn megi tálma þetta ſamband edr brúdkaup. (þat hefuer í noregi leingi werit

---

ejus teſtamento inveniatur, qvod hoc faciat fraude qvadam aut ſubductione, nec abſolvatur, nec ad templum ſepeliatur, ſi non expiaverit, priusqvam deceſſerit. Volumus etiam, ut ſacerdotes, qvi illorum confeſſiones audiunt, interrogent illos, utrum hoc ſervaverint; & ſi ſervare, aut expiare, ſi violaverint, modo poſſint, nolint, nec confeſſio, nec abſolutio, nec (*ſepultura in*) cœmiterio iis concedatur. Item (*porro*) interdicimus, ne qvis mas aut fœmina duplicia ſponſalia, aut duplex conjugium ineat. Sed ſi qvis hæc facere auſus fuerit, excommunicationem ex ipſo facto incurrit, & ab hac non abſolvatur, niſi expiaverit, & tanqvam pro adulterio pœnas condignas exantlaverit. (Signum qvoqve crucis domini Jeſu Chriſti ab omnibus pro virili honorandum, cælari, ſculpi, vel pingi in petra, vel pavimento, vel qvocunqve in terra loco, ubi pedibus calcari vel ullis ſordibus aſpergi poteſt, interdictum eſt, cum leges civiles graviſſimam ei, qvi hoc facit, pœnam irrogent.) Vetamus item ne qvis mas aut fœmina in alius epiſcopi diœceſin abeant, ad conjugium contrahendum, ni ſibi in probationem authenticas Epiſcopi ſui literas habeat. Et ſi ſecus fiat, interdicimus omnibus ſacerdotibus, ſub pœna officii & beneficii, illos copulare, aut talibus intereſſe nuptiis, niſi tam nobiles, cordati & commendabiles ſint, ut nulla ſuſpicio locum inveniat, conjugium hoc aut nuptias a qvoqvam impediendas fore. (In Norvegia admodum prava conſvetudo diu obtinuit, ut de proventibus

werit mikill úfidr at af prouentum þeirra klerka fem í brott eru at ftudium med orlofi finna formanna greidaz wt rentur huers þeirra vicarii oc adrer þúngar fkyllduger kyrkium. en þeir fem heima eru iafnuel þó at þeir fe ecki at tídunum taka uppí finn part alla þá vöxtu fem þeim liggia til commúns öllum famt. fua at þeir miffa finn part fem fiarlæger eru. þar fem epter kyrkiunnar lögum ætti þeir at taka fructus fulla oc úfkerda af fínum beneficiis. leider þat oc her af. at fáir edr einger kánúnkar finnaz þeir at bifkupsftólunum. at færer fe at ftudium faker alldrs edr annarra luta. en þó at þeir fe tilfærer oc villdi giarna fara. þá mega þeir æi faker fiarlægdar ftadanna. utan med miklum koftnadi. Nú faker þefs at þeim gefz æigi færi á brott at fara. oc kyrkiunni werdr þar í mikit preiudicium þar fem hún þyrfti vel kunnandi menn til finnar ftiórnar. þá fkal fú fkipan ftanda her um úbrigdiliga hedan af. at kanúnkar werandi í ftudio med orlofi finna formanna fkulu taka fulla fína vöxtu af fínum prebendum. en rentur vicarii huers þeirra oc adrer þúngar fkyllduger kyrkiunni lúkiz wt af því commune fem þeim liggia til bordz öllum famt.) Item fyrerbiódum vier at nockurer kyrkiunnar formenn edr ftiórnarar dirfizt at fá kyrkiunnar ummbod. edr hennar gódz nockurum leikmanni móti helgum fettningum. ef hann kann fá nockurn klerk til þefs nytfamligan. Item fkipum vier at hver fem einn er giörer fambláftr móti retti oc kyrkiunnar

Sss 2 frelfi

ventibus clericorum qvi fuorum fuperiorum venia ad ftudium (peregre) abfunt, reditus vicariorum, qvos finguli habent, & alia onera templis debita expendantur, qvi autem domi remanent, qvamvis officiis non interfint, pro fua portione omnes acceffiones omnibus in commune competentes, recipiant, abfentes vero fua qvota priventur, cum tamen ex præfcripto legum ecclefiafticarum de fuis beneficiis fructus integros abfqve diminutione recipere deberent; fluit etiam exinde, qvod pauci vel nulli canonici in cathedris epifcopalibus inveniantur, qvi ad ftudium freqventandum ætatis vel aliarum rerum ergo apti fint, & fi vel apti fint, & ire liberet, propter locorum tamen diftantiam, nifi magnis cum impenfis, neqveunt. Cum igitur occafione abeundi deftituantur, qvod ecclefiæ magnum eft præjudicium, eo qvod benedoctorum, in fuum regimen, virorum opus habet, de ifta re conftitutio hæc immutabiliter, exhinc valeto, ut canonici in ftudio cum fuorum fuperiorum venia verfantes omnes fuos fructus plenos de fuis præbendis recipiant, reditus vero vicariorum cujusqve & alia onera ecclefiæ debita, de iis, qvæ in commune ad omnium in unum menfam pertinent, demantur.) Vetamus porro, neqvi ecclefiæ antiftites aut rectores audeant ecclefiæ curam aut bona laïco cuidam committere contra facras conftitutiones, fi clerici cujusdam utilis copia detur. Mandamus etiam, ut qvisqvis contra jus

& liber-

frelſi edr ſæmdum biſkupligrar virdíngar opinberliga. þá ſkal hann af því ſiálfu ei kióſazt mega til ſæmdar í biſkupligri kyrkiu. Oc til ſanz vitnisburdar oc ſkýríngar um alla þeſſa hluti. ſetum vier vor inſigli. fyrer þetta bref er giört var í Biorgvín. Calendas ſeptembris anno gracie milleſimo viceſimo ſeptimo.

Litr. K.

(k) Epterfarandi ſtatúta wóro gior oc ſamanſkrifut af wirdoligum herra. herra Pále med guds miſkunn Erchibiſkupi í Nidaróſi. Hallvardi af Hamri. Salomon af Oſló. Eireki af Stafángri lýdbiſkupum oc ſkylldu-liga bodin at hallda öllum oc ſerhuerium í Nidaróſs erchibiſkupsdœmi í fyrrnefndum ſtad Nidaróſi. ſub anno domini milleſimo trecenteſimo triceſimo qvarto. decimo kalendas octobris.

Inprimis, fyrerbodit er öllum klauſtranna formönnum at taka nockurn reglumann medr kaupi edr ſkildaga. ſua at taka prouentu med utan biſkups ſamþycki. en huerr ſem tekr þvílíkan kaupmála edr þat gódz ſem afleider. ſe af ſiálfu werkinu affettr valldi oc lögmáli allrar ſinnar foruiſtar oc þiónoſtu. en þeir tuenner ſem gefa oc ſamþyckia ſe pínder ſem biſkupi líkar. oc her til ſkulu ábótar abbadíſar oc regluſyſtur ſueria eid um

---

& libertatem eccleſiæ, aut honorem epiſcopalis dignitatis conjurationem aperte fecerit, inde ad dignitatem in eccleſia epiſcopali non eligatur. Et in verum teſtimonium, & certitudinem ſingularum harum rerum, ſigillo noſtro literas haſce obſignamus, qvæ Bergis ſcriptæ erant, Calendas Septembris anno gratiæ milleſimo trecenteſimo viceſimo ſeptimo.

(k) *Id eſt:* Seqventia ſtatuta facta & conſcripta fuit a reverendo Domino, Domino Paulo, Dei gratia Archiepiſcopo Nidaroſienſi, Hallvardo Hamarenſi, Salomone Oſloënſi, Erico Stafangrenſi Suffraganeis, & ſtricte injuncta ut obſerventur ab omnibus & ſingulis in archiepiſcopatu Nidroſienſi, in dicto loco Nidaroſiæ ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo qvarto, decimo calendas Octobris.

Inprimis omnibus cœnobiorum antiſtitibus qvenqvam regularem pretio vel conditione, ut & proventu ſine venia epiſcopi admittere interdictum eſto; qvicunqve vero talem conditionem vel bona inde provenientia acceptaverit, ipſo facto ſuſpenſus ſit a poteſtate & jure ſuæ præfecturæ & officii, ſed utriqve tam largientes qvam conſentientes ex epiſcopi arbitrio puniuntor; qvem in finem Abbates & Abbatiſſæ ac ſorores

um í ſínum vígſlum þvílíka luti alldri at samþyckia. Allir oc ſerhuerier klerkar huerrar kindar edr ſtettar. vígſlu edr tignar ſem huerr er þeir ſem med nockurum hætti neyta rángliga páfaligum privilegiis edr draga under ſigh med ofdirfd þá caſus ſem med lögunum heyra biſkupinum til. edr ſtatúta ſua ſinodalia ſem provincialia. edr breyta úſkynſamliga epter eiginligri fýſt. þau ſín heit edr annarra ſem menn heita at fara af landi brott til heilagra ſtada. edr leyſa edr lina opinberar ſtórſkripter. falla af ſiálfu werkinu í bannzpínu. Huerr ſá klerkr oc huerrar vígſlu edr tignar ſem huerr er ſá er prolagar ſer af kóngi edr weralldligu valldi fyrir ſigh. edr ſærr annann til. edr med huerium hætti ſem hann kemz at því opinberliga edr leyniliga at hann werndiz móti rettindum ſua at kyrkiunnardómari ſái æi tyktat hann af ſínum lýtum fellr ſlíkt hit ſama í bann af ſiálfu werkinu. Statúta herra Vilhelmi ſabinenſis cardinalis þeſs er fyrrum war legatus til Noregs ſkulu vandliga geymaz oc leſaz á preſtaſteſnum huert ár. Þat er oc fyrirbodit under ógnan eylífrar bölvanar at nockurr dirfiz at lýſa edr frambera fyrir fólki úſkynſamligar indulgencias. Syſtraklauſtr ſkulu iafnan byrgd wera einkanliga á nóttum ſua at eingi klerkr. edr leikmadr. reglumadr. edr weralldarmadr komi þar inn ſídan wti er aptanſóngr utan þat krefui fulla naudſyn. edr viſs nytſemi. oc þó æi í grunſemdar ſtödum ne ſtundum. Serhuerir biſkupar í ſínum biſk-

Sss 3 upsdœmum

res ſanctimoniales in eorum ordinatione ſe talibus nunqvam conſenſuros, juramento præterea aſſeveranto. Omnes & ſinguli clerici, cujuscunqve generis vel conditionis, ordinationis vel dignitatis fuerint, qvi ullo modo privilegiis papalibus contradicunt, vel caſus ex præſcripto legum epiſcopis competentes temerarie ſibi arrogant, vel ſtatuta, tam ſynodalia qvam provincialia, & tam ſua qvam aliorum vota peregrinationis ad loca ſancta, ex proprio arbitrio irrationabiliter mutant, vel publicas & graves pœnitentias mitigant aut elevant, ipſo facto in pœnam incidunt excommunicationis. Qvicunqve clericus, cujuscunqve ordinis vel dignitatis fuerit, qvi a Rege vel magiſtratu ſeculari, vel per ſe, vel per alium, qvocunqve modo procuraverit, publice vel privatim prolectaverit, ut contra jus defendatur, ita ut judex eccleſiæ vitia ejus corrigere non poſſit, ipſo facto eandem excommunicationem incurrit. Statuta Domini Vilhelmi Sabinenſis Cardinalis, qvi in Norvegia olim Legatus erat, probe obſerventur, & in ſynodo qvotannis prælegantur. Sub æternæ maledictionis minitatione cautum eſt, ne qvis coram populo irrationabiles indulgentias proferre vel promulgare ſuſtineat. Cœnobia ſororum ſemper, noctu præfertim, clauſa ſunto, ita ut nullus clericus vel laïcus, regularis vel ſecularis poſt cantum veſpertinum, niſi urgens neceſſitas vel certa utilitas exegerit, ea intret, nec tamen in locis vel horis

ſuſpectis.

upsdœmum oc erchibiſkup í öllu ſínu erchibiſkupsdœmi hafa fullt valld til at diſpenſera oc lina ſkipaner um föſtur oc helgihölld en eingi lægri ſtettar. utan honom ſe þat valld af þeim einuirduligha í hendr fengit. Þat er ſua ſtenndr í ſtatuto gódrar minningar Eilifs erchibiſkups. at þeir preſtar edr perſónur ſem beneficia hallda ſkulu æi takaz til idranar utan þeir leggi kyrkiunni hinn tíunda part af öllu þuí gódzi ſem þeir hafa á henni aflat. ſkal í þeim ſtadar nafni idranar ſkiliaz abſolucio at eins yfer þeim articulo. en heyraz ſkulu þeir mega oc á ſannleiksgötu leidaz. taka hiálpſamlig rád oc af ödrum ſínum ſyndum fá abſolucionem. Einginn preſtr edr nockurr klerkr infra ſacros ſá er vitadr er legit hafa í opinberum fridlulifnadi allt til ſíns endadags ſkal iardaz mega innan veggi edr mwra nockurrar kyrkiu. oc æi helldr í hennar umgöngum edr forhwſi. huerſu audmiúka idran ſem hann hefer gert. at ſú ſwl ſynd verdi þeim mun rækari. En huer ſem þvílíka hefer grafit eda grafa látit í þerſum ſtödum vitandi. ſe af ſiálfu werkinu affettr officio & beneficio. Epter ſetningum heilagrar kyrkiu ſkulu deigiur edr fridlur allra þeirra klerka ſem infra ſacros eru taka ſkripter ſua ſem pro adulterio & ſacrilegio þegar uppvíſt werdr. oc ſe ádr leynt. en ſídan opinbert er. oc vili þær æi afleggia upptekinn glæp áminntar. ſkulu þær bannſetiaz. oc ef þær hardna í ſinni illzku bodaz opinberliga bannſettar wera. Biſkupar oc þeirra officiales ſkulu

ſuſpectis. Omnes epiſcopi, in ſua ſinguli diœceſi, & archiepiſcopus per totum ſuum archiepiſcopatum plenam habent poteſtatem præcepta de jejuniis, & celebratione feſtorum diſpenſandi, & nemo dignitatis inferioris, niſi id ſpecialiter illi commiſſum ſit. Qvod in ſtatuto beatæ memoriæ Elavi Archiepiſcopi exiſtit, ſacerdotes vel perſonas beneficiis fruentes, ad pœnitentiam, niſi templis, omnium qvæ inde lucrifecerunt, partem decimam legaverint, non eſſe admittendos, eo in loco pro pœnitentia intelligenda eſt abſolutio, nam audiri, in viam veritatis duci, conſiliis ſalutaribus inſtrui, & ab aliis ſuis peccatis abſolvi, talibus licitum eſto. Nullus ſacerdos vel clericus intra ſacros ordines de qvo notum eſt qvod uſqve ad finem vitæ in publico vixerit concubinatu, intra parietes vel muros ullius templi, vel in ejus ambitu vel propylæo, qvantamcunqve ſupplex egerit pœnitentiam, ut horrendum iſtud peccatum eo magis eradicetur, ſepelitor. Qvicunqve vero tales in iis locis ſciens ſepeliverit, vel ſepeliri curaverit, ipſo facto ſuſpenſus ſit ab officio & beneficio. Ex ſanctæ eccleſiæ conſtitutionibus diſpenſatrices ſive concubinæ omnium clericorum, qvi intra ordines ſacros ſunt, pœnitentiam tanqvam pro adulterio & ſacrilegio, cum palam factum fuerit, ſi antea clandeſtinum eſſet, exantlanto. Poſtqvam vero manifeſtum eſt, & illæ ab incepto deſiſtere nolint ſcelere, excommunicantor, & ſi in malitia

ſkulu hafa þá notarios ſem þeim ſueri ádr trúnadareida þeirra acta dyggiliga ſaman at ſkriſa. Hedan af ſkal oc eingum leikmanni ſáz í hendr profaſtz dœmi edr adrar andligar ſakir. edr andligum lutum áſaſtar. Umbodsmenn edr wtheimtumenn prófaſtanna ſkulu einga áquedna ſepínu mega lina án vitordi ſóknarpreſtz. at hann megi ſýna oc frambera in ſcriptis epterfrettr af biſkupi huílíkr letti á er giorr. Þat er oc fyrirbodit at biſkupar. ábótar. abbadíſar. ſua adrer kyrknanna formenn eda ſtiórnarar dirfiz nockurum manni at ſelia edr veita iarder edr bæi edr nockurar adrar eigner ſinna kyrkna til æſinligrar ſtadfeſtu. En ef þeſs hefer freiſtat werit í nockurum ſtad. þá ſkal únýtaz oc under kyrkiunnar valld oc forrædi aptr kallaz.

Litr. L.

(l) Páll med guds þolinmædi Erchibiſkup í Nidaróſi. Hallvardr af Hamre. Salomon af Oſlo. Erekr af Stafángri med þeſs ſama miſkunn biſkupar. Nidaróſskyrkiu fulltíngiarar. ſenda öllum retttrúandi mönnum í Nidaróſs erchibiſkupsdœmi frid oc fagnat í drottni Jeſu Chriſto. Idulig áhyggia hirdligrar ſtiórnar eggiar oſs oc áminnir med hugſkotſins ſkygnlerka öllum megin á at líta drottinliga hiörd þá ſem oſs er med himneſkri tilſkipan

malitia ſua indurentur, publice excommunatæ promunciantor. Epiſcopi & eorum Officiales notarios habento, qvi iis juramentum fidelitatis de eorum actis fideliter conſcribendis, præſtent. Laïcis qvoqve exhinc officium præpoſiti, vel aliæ res eccleſiaſticæ, aut ad res eccleſiaſticas pertinentes, ne committuntor. Procuratores vel exactores Præpoſitorum nullam mulctam determinatam ſine conſcientia parochi mitiganto, ut hic ab epiſcopo qvalis remiſſio conceſſa ſit, interrogatus, monſtrare & in ſcriptis proferre qveat. Prohibitum etiam eſt, ne (tam) Epiſcopi, Abbates, Abbatiſſæ, qvam alii eccleſiarum antiſtites & rectores cuiqvam prædia, villas vel alias qvasvis ſuarum eccleſiarum poſſeſſiones conditione permanente vendant vel conferant. Qvod ſi alicubi tentatum fuerit, irritum habetor, & iſta ſub eccleſiarum poteſtatem & dominium retractantor.

(l) *Id eſt:* Paulus Dei tolerantia Archiepiſcopus Nidroſienſis, Hallvardus Hamrenſis, Salomon Oſloënſis, Eirikus Stafangrenſis, ejusdem miſericordia epiſcopi Nidroſienſis Eccleſiæ ſuffraganei, mittunt omnibus fidelibus in Nidroſienſi archidiœceſi pacem & lætitiam in domino Jeſu Chriſto. Continua cura paſtoralis gubernationis hortatur nos & admonet, cum cordis perſpectione undeqvaqve, gregi domini, qvi nobis cœleſti

tilſkipan í hendr ſeingin. at ſtarſs menn í víngardi drottins geymi ſüa at plantan hiálparinnar. at hanns kröptuger uínvidarkuiſter audgadi guds kriſtni med áuaxtſömu frióſi vidlega útbreidder. þyrnum upprættum af hinum nedſtum tágum. Nú med því at þat er vár áſtundan at þeir halldi ſigh apter af ſínum ofdirfdum fyrir ótta pínunnar ſem fyrer ömbuner kraptanna láta æi tilleidaz at hallda þat ſem ſkipat er. þvi í nafni várs herra heilagrar oc úſkiptiligrar þrenningar oc algiörrar einingar Födur oc Sonar oc Heilags Anda endrnýium wer lögtökum oc ſtadfeſtum med rettinda valldi þerſa þíngs ſkipaner milldrar áminningar Jóns. Jörundar. oc Eilífs erchibiſkupa varra forelldra med öllum ſínum capitulis. klauſum. articulis. þar ſem þau werda æi ſiálf úſamþyck í. ſer. oc þar til wár ſtatuta hin fyrri oc einkannliga þau ſem nú eru ſett her at ſinni. oc leggium pínur vid ſumar klauſur þær ſem æi hallda. I fyrſtu at huerr ſá preſtr ſem hefer curam animarum oc æi vill. duelr. edr vanræker at predika fyrir ſínu ſóknarfólki á huern ſunnudag edr hit minnzſta ſinn í mánadi af almenniligri trú oc hennar articulis. af heilagri ſkírn oc hueria góda luti þar leider af med þeim ödrum capitulis ſem tilnefnaz í einni klauſu þeſs ſtatuti ſem giordi oc ſamſetti milldrar áminningar Jorundr erchibiſkup anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo. ſkal lúka fyrir huert ſinn er miſſir tuo aura. oc ſe hann hofudpreſtr. en eyri ef hann er

leſti ordinatione commiſſus eſt, providere, ut operarii in vinea domini plantationem ſalutis ita curent, ut ejus fœcundi vites eccleſiam dei fertili ſemine, late exſerti, ſentibus ex imis radicibus eradicatis, fœcundarent. Jam cum noſtrum ſit ſtudium, ut ab his ſe refrenent temeritatibus, præ timore pœnæ, qvæ, pro remuneratione virium, id qvod mandatum eſt, ſervare non ſatagunt. Igitur in nomine domini noſtri, ſanctæ & indiviſibilis trinitatis, & perfectæ unitatis, Patris & Filii, & Sancti Spiritus, renovamus, lege recipimus & confirmamus auctoritate juris hujus ſynodi, mandata beatæ memoriæ Jonæ, Jörundi, & Eilifi archiepiſcopi noſtrorum prædeceſſorum, cum omnibus ſuis capitibus, clauſulis, articulis, ubi ipſa in ſe diſcordia non ſunt, & adhoc prius noſtrum ſtatutum, & præ primis qvæ jam hac vice ſancita ſunt, & pœnas addimus nonnullis clauſulis, qvæ non ſervantur. Primo, qvicunqve ſacerdos curam habet animarum, coram ſuis parochianis qvavis die dominica, aut ad minimum qvovis ſemel menſe non vult, ſermonem habere differt vel negligit de catholica fide, & ejus articulis, de ſacro baptiſmo, & qvæ inde fluunt bonis, unacum capitibus aliis, qvæ, in una clauſula, ſtatuti, qvod beatæ memoriæ Jörundus archiepiſcopus, anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo fecit, compoſuitqve, nominantur, pro ſingulis vicibus qvibus concio negligitur oræ duæ ſi parochus

er kapellupreftr. utan hann fái annan til fyrir figh iafnan at ftett oc ftarfi. Item fyrirbiódum wer fem wid er warat í fama ftatúte at nockurr preftr veiti facramenta annars þíngunaut án orlofi fíns fóknarpreftz utan full naudfyn þröngui til. en hverr er gerir fekiz hálfri mörk oc bæti aptr fóknarprefti þefs er hann veitti facramenta fkada med ödru fem tilheyrer. fe þó framarr píndr ef bifkupi fýniz. Item med því at wer villdum giarna þat afnema at preftum þeim fem hafa curam animarum gefiz færi á at fara reikandi wt af fínum kyrkiufóknum þar fem fólk þeim á hendi fólgit þarniz löngum þar fyrir fkylldrar þiónoftu. fua at afleider mikinn háfka fálum þeirra allra faman. þá fyrirbiódum wer at nockurr fóknarpreftr dirfiz at fiarlægaz brott af finni kyrkiu fua at þat megi merkiaz án orlofi fíns formannz edr þers er hanns ftad helldr utan viffa naudfyn. nema hann fkipi í finn ftad annan fæmiligan preft þann er med fullri vaktan geri hanns vices á medan. en huerr preftr er at því werdr kunnr at hann er hálfan mánud famfaft wt af finni kyrkiufókn. utan hann fái prófat einhueria af fyrrfogdum eda adra fkynfamliga fok finnar brottuiftar. þá fkal lúka hálfa mörk norræna. fua þó at bifkup ægi koft at pína hann meirr edr minnr epter tilferlum. Her til fortar blindleiki ágirninnar fua miok hin innri augu fumra preftanna. at faker þers flíms er á fiálldrin legz tilleider áfelli

---

parochus fit, fed fi facelli facerdos fit, unica ora, nifi alium, ordine & officio æqvalem fuas vices agentem fubftituat, pendantur. Interdicimus item, qvod in eodem ftatuto vitandum dicitur, ne qvis facerdos, alterius parochiali, fine venia ejus parochi, nifi plena urgeat neceffitas, facramentum conferat. Sed qvicunqve fecerit, dimidiam marcam pendat, & parocho ejus, cui facramentum præbuit, damnum, cum cæteris attinentibus reftituat, graviorem vero pœnam, fi epifcopo ita videatur, fubeat. Item cum id abrogare nobis mens fit, qvod facerdotes, qvi curam animarum habent, extra parochiam fuam, ut populus illis commiffus debita officii munia, in magnum illorum omnium animarum difpendium, diu defideret, occafionem habeant, vetamus, ne qvis parochus, a templo fuo, ut notabile iter fufcipiat, absqve præpofiti fui, vel ejus, qvi beneficio ejus præeft, venia, fine certa neceffitate difcedat, nifi alium commendabilem facerdotem, qvi vices illius plena cura interea agat, fibi furroget. Sed qvicunqve facerdos, illius deprehenfus fuerit, qvod per dimidium menfem, nifi aliqvam ex prædictis, vel aliam fufficientem fuæ abfentiæ rationem proferat, extra parochiam fuam fe continuerit, dimidiam marcam Norvegicam folvito, ita tamen, ut epifcopus majorem aut minorem ex circumftantiis pœnam imponere poffit. Ad hoc cæcitas avaritiæ internos oculos qvorundam facerdotum adeo obfuscat,

áfelli fyridœmiligs wana. fá þeir æi litid liós fannleikfinns þar fem þeir fordiarfaz æi inn at leida kaupmála edr fkildaga ádr þeir veiti heilug facramenta. æi at geymandi at várr herra Jefus Chriftus rak þá kaupmenn brott af fínu muftere med hroka æfinligrar fyrirdœmingar fem þar felldu. edr keyptu. edr huílíkr háfki ifergnæfer þeirra fálum. þá er þeir feliaz wt felia hinn helga anda þann er fannliga veitiz í öllum facramentis. oc werda í því iafner edr verri en Judas fuikari. Nú medr því at gódrar áminningar Jorundr erchibifkup várr forfader áftundadi af at má lýti þeffa blindleika fylgiandi fameigit lögmál oc harte fettningarinnar. fkipadi at í veittum facramentis fkylldi einginn fkildagi innleidaz fem finnaz má í því ftatúte fem hann giörde í Nidarófi fub anno domini millefimo ducentefimo nonagefimo. þá vilium wer nú þetta fama ftadfefta medr hlíf pínunnar. at huerr fem einn preftr. huers heidrs ftarfs eda ftettar fem hann er fá er at því verdr lögliga próvadr at hann hafi nockurs háttar famkeypi. edr fkilmála innleitt wid þá fem hann hefer gort facramenta. edr nockura falsliga tálman at þefs minnr werdi hanns þiónofta einfölld oc reinlig í þeirri grein. þá fkal hann í fyrftu miffa þeirrar renntu fem þefs ftadar lofligr vani ftendr til at heidra kyrkiurnar eda þeirra ftiórnarmenn epter veitt facramenta. oc æi at eins aptr lúka þat er hann feck rángliga fyrir fagdan fkilmála

cat, ut glaucomatis ergo, qvod oculorum aciem obtegit, condemnatæ confvetudinis labe accedente, lumen veritatis videre non poffint, cum depraventur, priusqvam facra facramenta miniftrent mercedem vel conditiones imponendo; Non obfervantes, qvod dominus nofter Jefus Chriftus mercatores illos, æternæ perditionis tumore e templo fuo ejecit, qvi ibi vendiderunt, vel emerunt, aut qvale periculum eorum animabus immineat, cum fe vel fanctum fpiritum, qvi omnibus in facramentis donatur, vendant, Judæ proditori, in illo, æqvales vel deteriores facti. Jam qvoniam bonæ memoriæ Jörundus archiepifcopus, nofter anteceffor nævos hujus cœcitatis, jus univerfale & modum conftitutionum feqvens, delere fatagebat, præcepit, ut in facramentis conferendis nulla conditio inferretur, ex tenore Statuti qvod Nidarofiæ fub anno domini millefimo ducentefimo nonagefimo fanxit, hoc idem jam præfidio pœnæ confirmare volumus, ut qvicunqve facerdos, cujuscunqve dignitatis, ordinis vel conditionis fuerit, qvi legitime convictus fuerit, qvod contractum qvendam vel conditionem cum iis, qvibus facramenta contulit, inierit, vel dolofum oppofuerit impedimentum, qvo officium ejus hac in re minus fimplex & purum exftiterit, is prima vice reditibus, qvibus poft facramenta collata ejusdem loci confvetudine laudabili ecclefiam vel earum rectores honorare moris eft, privator, nec illa folummodo, qvæ dicta conditione injufte accepit, rependito, verum etiam epifcopo de fuis facultatibus tantun-

mála helldr iafnvel ſkal hann lúka biſkupi iafnmikit af ſínu gódzi. At auk þerſa vilium wer at úbrigdiliga ſe halldin ſú ſkipan milldrar áminningar Eilífs erchibiſkups vors forfödur ſem hann býdr at kanúnkar þeir ſem brott eru af ſtadnum med orlofi ſinna formanna taki fulla vöxtu af ſínum prebendum. en renta vicarii huers þeirra oc adrer þúngar ſkylldugar kyrkiunni reiknız af því commúne ſem þeim liggr til bordz öllum ſamt. oc gerum af nýiu þá ſkipan á. at huerr ſá rádsmadr eda umgöngu madr fyrir þeirra commúne ſem æi hefer wtlokit ſagdar renntur oc tolla ádr hann endi ſinn forgáng epterfrettr af umbodsmanni fráuerandi kanúnka ſe af ſiálfu werkinu wtſettr af heilagri kyrkiu. En þann articulum í ſtatute Jorundar erchibiſkups ſem hann býdr at perſónur ſkyli ſendaz af ſerhuerium klauſtrum ad ſtudium tilkiorner af biſkupi. oc annan í ſtatúte Eilífs erchibiſkups í huerium hann ſkipar at þeir ſem falla í bann af ſiálfu werkinu ſe ſídan opinberliga bodader bannſetter at kueiktum kertum oc hringiande klockum. eydum wer oc aftökum med vallde þings. Item ſkipum wer at þerſar conſtituciones giorfar in concilio viennenſe. Si qvis ſuadente. de ſepulturis. eos qui proprio. de ſumma epiſcopus. ex freqventibus. ſe leſnar á preſtaſtefnum oc vanduirkliga wtſkýrdar oc biódum under ógnan eilífrar böluanar at þær ſe æ geymdar med vanduirkt oc ſtrídleika ef nockurn tíma kunna þuilíker caſus til at koma. Item ſkipum

tantundem ſolvito. Præterea volumus ut inviolabiliter ſervetur ſtatutum bonæ memoriæ Elavi Archiepiſcopi prædeceſſoris noſtri, qvo præcipit, ut Canonici qvi ſuorum ſuperiorum venia a Cathedra abſunt, integros de præbendis ſuis fructus recipiant, reditus vero uniuscujusqve illorum vicariorum & alia onera eccleſiæ debita, de communi qvod ad omnium ſimul menſam pertinet, demantur, nos qvoqve illam de novo ferimus conſtitutionem, ut qvicunqve œconomus vel diſpenſator eorum communis, qvi dictos reditus & penſiones a procuratore Canonici abſentis interpellatus ante præfecturæ ſuæ finem non exſolverit, ipſo facto a ſancta eccleſia ſit remotus. Articulum vero ſtatuti Jörundi Archiepiſcopi, qvo jubet ut perſonæ de qvocunqve cœnobio ab epiſcopo denominatæ ad ſtudium mittantur, & alium Statuti Elavi Archiepiſcopi (*articulum*), qvo præcipit, ut qvi ipſo facto excommunicationem incurrunt, publice poſtea candelis ardentibus & campanis ſonantibus excommunicati promulgentur, authoritate hujus concilii elevamus & abrogamus. Item præcipimus, ut hæ conſtitutiones in Concilio Viennenſi latæ: *Si qvis ſvadente. De ſepulturis. Eos qvi proprio. De ſumma Epiſcopus. Ex freqventibus*, legantur in Synodis, & accurate explanentur, & ſub æternæ maledictionis minis mandamus, ut curate & rigoroſe, ſi qvando hi caſus accidant, ſemper ſerventur. Præcipimus item, ut clerici, cœnobiorum membra,

um wer at þeir klerkar oc klauſtramenn oc þeim ſamþyckiandi ſem at því verdi lögliga prófader at þeir hallda ſig ſaman med röngum mótblæſtri vidr ſína formenn. ſe affetter ſínum heidri epter kyrkiunnar lögum oc fordiz af öllum ſua ſem frœgdarlauſer epter ſogdum ſetningum kyrkiunnar. Item ſkipum wer at kanúnkar biſkupsſtólanna þeir ſem preſtar eru ad vígſlu oc hallda kyrkiur med cura animarum í bygdum edr kaupſtödum ſegi ſiálfer meſſu oc geri ſermonem fyrir fólki epter því ſem gud kennir honum. hit minnzſta einn tíma á áre forfallalauſt í þeirre ſomu kyrkiu. þat er at ſkilia á kyrkiudag. edr in feſto þeirrar kyrkiupatroni. eda á einhueria hina ſtœrſtu hátíd á því ſama áre. Enn at fyrrſogd ſtatuta vorra forellra verdi þeim mun betr geymd ſem þau heyraz optar af vorum undermonnum. þá ſkipum wer at öll ſtatuta herra Vilhelmi ſabinenſis epiſcopi. þeſs er fyrrum war páfans ſendibodi til noregs oc vorra forelldra þat er at ſkilia milldrar áminningar Jóns erchibiſkups þat er hann gerdi í Berguín ſub anno domini. Jorundar í Nidaróſi ſub anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo. oc þat er hann gerdi í Oſló ſub anno domini milleſimo trecenteſimo ſexto. Eilífs í Berguín ſub anno domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo. oc þat er hann gerdi í nefndum ſtad ſub anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo ſeptimo. oc vor ſtatuta hin fyrri oc einkannliga þau ſem nú eru giör á þeſſu þíngi. oc ſkrifiz inn í ſkipanarbækr oc

membra, & illis conſentientes, qvi, qvod adverſus ſuperiores ſuos prava conjuratione conſpirent, deprehenduntur, de honore ſuo, ſecundum eccleſiæ leges, deturbantor, &, ut infames, ex dictis eccleſiæ ſtatutis ab omnibus vitantor. Imperamus porro, ut Canonici cathedrarum epiſcopalium, qvi ordinatione ſunt ſacerdotes, & templa, cum cura animarum in pagis & emporiis, tenent, ipſi miſſam dicant, & ad populum, ut deus illis inſpirat, ad minimum ſemel qvotannis nullo accedente impedimento, eodem in templo, ſcilicet in natali ejusdem templi, vel in feſto patroni templi ſermonem habeant. Sed ut antedictum Statutum, prædeceſſorum noſtrorum, eo accuratius, qvo a ſubditis noſtris ſæpius auditur, ſervetur, mandamus, ut omnia ſtatuta domini Vilhelmi Sabinenſis Epiſcopi, qvi olim Papæ Legatus in Norvegia fuit, & prædeceſſorum noſtrorum, ſcilicet beatæ memoriæ Johannis Archiepiſcopi, qvod Bergis ſub anno domini — Jörundi Nidaroſienſis ſub anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo, & qvod Oſloæ ſub anno domini milleſimo trecenteſimo, ſexto ſanxit, Eilifi Bergis ſub anno domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo, & qvod dicto in loco ſub anno domini milleſimo trecenteſimo viceſimo ſeptimo, ſanxit, & prius noſtrum ſtatutum, & inprimis qvæ in hoc concilio lata ſunt, libro ſtatutorum

oc lesiz upp opinberliga af siálfum biskupinum edr þeim er í hanns stad eru í höfudkyrkiu huers kaupstadar hit minnzsta einn tíma á hueriu áre. en af próföstum edr þeirra vicariis í ödrum hinum stœrrum kyrkium oc se wtskýrd fyrir leikum oc lærdum í öllum articulis þat er þá kunnu snerta. Nú saker þess at litit tiár at gera lög edr skipaner utan nockurr se til fram at fylgia því sem skipat er. þá biódum wer formonnum oc þeim odrum sem eiginligt lögbod hafa yfer sínum undermonnum at sua píni þeir þá sem um fram gánga edr vanrækia fyrrnefnd statuta sem í þeim er áquedit. sua þó at ef vex dirfdin þeirra er brotliger werda vaxi þat oc pínurnar epter yfersýn formannanna. oc at æi beri þeim sua til sem heli sacerdotem þó at þeir se góder í ser sem hann war ef þeir umbera sua sem blindandi illgerder sinna sona. at fyrir þvílíkrar vanræktar skulld falli þeir á bak aptr med rapanda dauda. þá streingium wer med iöfnu bandi bodordzins formenn oc stadanna yferdómara at epter sínu megni fylgi þeir fram med vanduirkt oc strídleika sogdum oc lögteknum skipanum med öllum oc serhverium í þeim ánefndum skriptum oc sepínum binndandi uppá þeirra samuitzkur at þær saumu sepínur láti þeir snúaz til nockurra þarfligra nytia. Oc til sannz vitnisburdar oc enn sterkare audsýningar um alla hersagda luti settu síra Jón oc Sigurdr kanúnkar af Berguín virdoligs bródurs várs oc herra. herra Hákonar med guds miskunn biskups af þeim sama

 stad

statutorum inscribantur, & ab ipsis episcopis vel illorum vicariis, in templo primario cujuscunqve emporii ad minimum semel qvotannis publice recitentur. Sed a præpositis, aut illorum vicariis, in cæteris templis nobilioribus, & coram laïcis, ac clericis omnibus in articulis, qvi ad hos attinere possunt, explicentur. Jam qvoniam leges, vel mandata, nisi sint, qvi præcepta servanda exseqvantur, ferre parum sufficit, antistitibus, & cæteris illis, qvi jus proprium in subditos suos habent, imperamus, ut illos, qvi prædicta statuta transgrediuntur, vel negligunt, qvemadmodum in iisdem (statutis) indicitur, puniant, ita tamen, ut si illorum, qvi peccant, audacia crescat, ita & pœnæ ex prospectione antistitum crescant, & ne illis, ut sacerdoti Heli, accidat, etsi hi ut ille, per se sint boni, si tanqvam cœci filiorum suorum sceleribus conniveant, ut hujus negligentiæ ergo præcipiti morte retrorsum cadant, æqvali vinculo præcepti, antistites, & rectores præbendarum adstringimus, ut pro virili exqvisite & rigorose dicta & lege recepta jussa promoveant, simul cum omnibus & singulis ibidem prædictis mulctis, eorum conscientiis imponentes, ut easdem mulctas, in utilitatem qvandam vertant. Et in verum testimonium & firmiorem probationem omnibus prædictis rebus Jonas sacerdos, & Sigurdus Canonici Bergenses, nostri reverendi fratris & domini, domini Haqvini dei gratia episcopi ejusdem loci,

& ejus

ſtad oc hanns capituli einuirdoliger procuratores med vorum innſiglum ſín innſigli fyrir þetta bref er gort war í Túnsbergi in feſto beate Margarete virginis ſub anno domini milleſimo trecenteſimo triceſimo ſexto.

Litr. M.

(m) *Skipaner herra Páls erkibiſkups í Nidaróſe.*

In nomine Domini amen. Vier kriſtnir menn eigum allir at trúa á einn ſannan Gud. Faudr allzvalldanda. ſkapara himins oc iardar. oc á hanns einka ſon. þann ſama Gud vorn Herra Jeſum Chriſtum. ſem getinn var af Helgum Anda. borinn af Maríu mey. píndr under Pilato. kroſſfeſtr. oc var í iörd grafinn. ſteig ofann til helvítis. enn á þridia deigi ſtód hann upp af dauda. var hier á iardríke ſídan XL daga til þeſs er hann ſtie upp til himna. ſitr hann á hœgri haund allzvalldanda guds. ſkal hann þadan koma at dœma bædi líſs oc dauda. Vier eigum oc at trúa á Heilagann Anda. þann ſem er ſannr oc hinn ſami gud med fedr oc ſyne. oc at ein er heilug kyrkia. ſem er ſafnadr allra kriſtinna manna. vier eigum oc at trúa at vorar ſynder fyrergefazt oſs í ſkírn. oc ſvo þær er vier giörum ſídan. ef vier idrumzt. ſkriptberum oc yferbætum epter því ſem lærder menn ſkipa oſſ. þeir ſem til eru ſkipader oc valld hafa af heilagri kyrkiu. Vier

---

& ejus Capituli ſpeciales procuratores ſimul cum noſtris ſua ſigilla appoſuere hiſce literis, qvæ Tunsbergi ſcriptæ ſunt, in feſto beatæ virginis Margaretæ, ſub anno domini milleſimo trecenteſimo triceſimo ſexto.

(m) *Statuta Domini Pauli Archiepiſcopi Nidaroſienſis.*

In nomine Domini amen. Nos chriſtiani omnes debemus credere in unum verum Deum, Patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ; & in Filium ejus unicum, eundem Deum noſtrum Dominum Jeſum Chriſtum, qvi conceptus eſt a Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine, paſſus ſub Pilato, crucifixus & in terra ſepultus, deſcendit in infernum, tertia vero die reſurrexit a mortuis, in hac terra per qvadraginta dies, donec cœlos aſcenderet, manſit, ad omnipotentis dei dextram ſedet, inde venturus eſt ad judicandum vivos & mortuos. Debemus etiam credere in Spiritum Sanctum, qvi verus & idem cum Patre & Filio Deus eſt; & qvod una ſit ſancta eccleſia cœtus omnium hominum chriſtianorum, credere etiam nos oportet, qvod in baptiſmo noſtra peccata nobis remittantur, illa etiam, qvæ poſtea committimus, ſi reſipiſcimus, confitemur, atqve (*illa*) expiamus juxta præſcriptum clericorum,

Vier ſkulum oc því trúa. at vier ſkulum uppríſa af dauda. hver med þeim ſama líkam ſem nú hefer hann oc taka verdlaun. epter því ſem vier giördum hier. gódir menn eilífa glede í himinríki. en vonder menn æfenligar qvaler í helvíte. Enn hver ſem audruvís trúir oc ei helldr þeſſa trú, ſem nú var töld. fer utan allt ef til helvítis qvala. þeim fákunnigum maunnum ſem ei kunna þeſſa trú ſvo ſkilvíſliga út at greina. oc ei eru framar ſkyllduger ſaker vígſlu oc kunnáttu. næger at þeir trúi því ſem trúir heilug kyrkia. oc þó þeir trúi ei ſvo ſem þeir eiga at trúa. þá eru þeir þó ei villumenn. ef þeir trúa því ſvo. at þeir hyggia kyrkiuna ſvo trúa. oc hafa þeir í ſínum hug ſtadfaſtliga at þeir vilia því trúa ſem hún trúer. Vier ſkulum oc fordazt VII haufut ſynder. ſvo ſem er dramb-ſemi. ágirnd. líkams loſtaſemi utan hiúſkaps. hatr. ofneytzla matar oc dryckiar. aufund. oc leti til guds þiónuſtu. því hver ſem þær edr einhveria af þeim hefer úſkriptborna. oc úbætta epter lærdra manna rádi. ef þeim ledz freſt oc máttr til. oc deyr í því. þá fer hann til helvítis qvala eilífra. Varizt menn taufur oc lyf. rúnar. oc galldra. því þad er ecki utan fiandans villa. oc hanns dáraſkapur. Varizt menn oc okur. ſvo ſem er at taka edr ſkilia nockurn fiárhlut framar enn rett verd. ſaker þeſs hann ler ſitt gódz á freſt. edr táka kýrleigur af úmerktum kúum. oc úkaunnudum. edr audrum kvikvendum þeim ſem aungvan ávöxt giöra af ſier. ſvo ſem eru

---

rum, qvi (*ad hoc*) conſtituti ſunt & a ſancta eccleſia poteſtatem habent. Credere qvoqve debemus qvod nos omnes cum iisdem qvæ nunc habemus, corporibus, a mortuis reſurrecturi ſimus, & iis, qvæ hic fecimus, condignam mercedem reportaturi, boni nempe æternam in regno cœlorum lætitiam, mali vero perpetuas in inferno pœnas. Qvi vero ſecus crediderit, & fidem qvalem jam deſcripſimus, non ſervaverit, ſine omni dubio ad inferni pœnas tranſibit. Iis hominibus qvi hanc fidem tam diſtincte explicare non poſſunt, & ratione ordinationis aut cognitionis ad iſtud non obligantur, idem, qvod credit ſancta eccleſia, credere ſufficit, nec, qvamvis, uti debent, non credant, hæretici ſunt, ſi ſic ideo crediderint, qvod ita credere eccleſiam putant, iſtud etiam, qvod illa credit, credere velle firmiter ſibi proponunt. Vitare etiam debemus ſeptem capitalia peccata, qvalia ſunt, ſuperbia, avaritia, amores venerei extra conjugium, odium, nimius cibi vel potus uſus, invidia, & neglectio cultus divini. Si qvis hæc (*peccata*) vel eorum aliqvid, non obſtante temporis aut virium defectu, ex conſilio clericorum vel nec confeſſus fuerit, nec expiaverit, & ſic in tali ſtatu mortuus fuerit, in pœnas inferni æternas detrudetur. A faſcinis & antidotis, a runis & incantamentis ſibi homines (*qvicunqve*) caveant, qvippe qvæ non ſunt niſi deceptiones diabolicæ atqve ineptiæ. Caveant etiam a fœneratione, cujusmodi eſt juſto majorem pecuniam ſumere aut paciſci pro eo, qvod alteri

eru kálfar. kvígur edr annat vidrlíkt. Hvervetna oc þar ſem menn leggia ved í iarder. kýr edr garda oc allt annat þat ſem ávöxt giörer af ſier. edr leigu má bera. þá á ſá ávöxtur eda leiga reiknazt þeim ſem gódzid á til ſkullda lyktningar. Enn ef hann tekur avöxt edr leigu. oc þó ſkulldina ſem ádr fulla. þá er þat okur. Enn hinn er ſkulldina lauk á aptr at hafa allt þat ſem hann lauk í ohfrit (*rectius* okrit) út. oc má af þeirri ſynd einginn leyſazt. nema hann lúki þat aptr. þeim ſem hann hafdi þat af. eda hanns erfingiar eigi helldr en hann hefdi iafnmiklu frá haunum ſtolit. Enn ef hann má þat med aungvu móti giöra. vendi þat med aulmoſu med rádi oc ſkipan biſkups ſíns. þvíat eingi madr minne enn biſkup. hvörke preſtr ne bróder. hefer valld til þar nockut umſkipti á at giöra. ne af þeirri ſynd at leyſa. Enn þó at nockur ſáizt í. þá er hinn ei lauſari enn ádr. oc af því at ſumer menn vita ei annat enn þeir megi leyſazt af einfölldum preſtum edr brædrum. þá ſkulu menn þat vita. at þau eru maurg ſaull ſem hvörki preſtar ne brædr mega þá afleyſa. nema biſkup ſái þeim þar ſierligt valld til. oc fyrer því varizt menn þeir ſem í nockut þetta falla at þeir ſkriptberi þat biſkupi ſínum. edr ſái ordlof af haunum. at hann loſi þeim ſem þeir vilia til ſkripta vid gánga. þá at afleyſa. oc er þat betr at ſkriptafader beidizt þeſs af biſkupi ſínum. oc neſni ecki

---

alteri æs ſuum mutuo dedit, ut & pro vaccis non ſignatis, nec adhuc notatis, vel aliis, ex qvibus nullus ſperari poteſt proventus, animalibus, qvalia ſunt vituli, juvencæ vel ſimilia, (*ſolitum*) locationis vaccarum pretium exigere. Porro ubi qvis prædia, vaccas vel latifundia aut eorum aliqvid, ex qvo fructus redit, vel cui pretium pro elocatione imponi poteſt, oppignoraverit, tunc fructus ille aut locationis pretium ad ſolvendum æs alienum a domino bonorum adhiberi poteſt, qvod ſi alter ille fructum vel elocationis pretium & ſimul tamen integram qvam alteri mutuatus eſt pecuniam ſibi arripiat, illud eſt fœneratio. Qvi vero æs iſtud ſolverat, omne illud qvod ſolvit recuperet; & ab hoc peccato nemo, niſi vel ipſe vel ipſius hæredes vero domino illud reſtituerit, abſolvatur, haud ſecus acſi tantum ab eo furatus fuerit. Qvodſi nullo modo præſtare illud potuerit, ex mandato atqve conſilio epiſcopi in eleemoſynas illud convertito. Nullus etenim Epiſcopo inferior, ſacerdos vel frater hac in re aliqvid diſpenſare, aut ab hoc peccato abſolvere jure poteſt. Et licet aliqvis ad hoc inducatur, tum (*peccato*) ille non magis qvam antea ſolutus eſt, & qvoniam nonnulli ſe a ſacerdotibus vel fratribus abſolvi poſſe opinantur, ſciant iſti multos dari caſus, in qvibus nec a ſacerdotibus, nec a fratribus, niſi ſpecialem ad id poteſtatem iis dederit epiſcopus, abſolvi poſſunt, ideoqve qvi tali implicantur caſui, caveant ut ſuo epiſcopo iſtud confiteantur, aut ab illo veniam petant, qva permittat eos ab illis qvibus

ecki manninn. oc eru þat þeſſi faull er eingi má afleyſa nema biſkup. Fyſt í þeirri opinnberri ſkript ſem ſett er fyrer opennbera glæpe. oc ſtór ſynder. ſvo ſem eru útiſtaudr. carenur oc vatnfauſtr. oc allar adrar ſkripter. þær ſem ſetiazt fyrer opinnbera. ſtórglæpe. Item má eingi minne madr enn biſkup leyſa af því banne ſem madr fellr í af laugunum ſiálfum. ſvo ſem er ef madr leggr heiptugar hendr á klerk edr klauſtra mann. Item ſkulu menn oc vita at eingi má loſa at vinna á þeim helgum ſem biódazt í heilagri kyrkiu. oc ei helldr má nockur madr loſa at brióta eda um at ſkipta þeim fauſtum ſem biódazt í heilagri kyrkiu. nema biſkup. oc ſá einn ſem hann fær þar ſierligt valld til oc umbod yfer. Item manndráp. Item þeir edr þær ſem fyrergióra getnadi ſínum. Item þeir ſem merkiliga brióta kyrkna frid. Item ſá ſem leggr heiptugar hendr á faudr ſinn edr módr. Item alminniligr ránsmadr. Item opinber hórkarl. oc ſá ſem opinnber verdr at því at hann ſpiller frændſemi edr ſifſkap. Svo oc þeir menn karlar edr konr ſem í meinbugum búa ſaman til lkíamligrar ſamviſtar. þeir búa oc ſaman allir í meinbugum ſem ei geta ſaman giptz eptir laugum guds oc landz. hvört ſem meinar frændſemi edr ſifſkaper. andliger eda veralldliger. vígſla edr ſkyllda til hreinlífis. oc allt þat ſem hindra má laugligan hiúſkap ſaman at binda. Item ſá ſem próvadr verdr

---

qvibus confiteri volunt, abſolvi. Præſtat enim confeſſionarium non nominato homine, talem veniam ſuum rogare epiſcopum. Seqventes vero caſus ſunt, in qvibus nemo niſi epiſcopus abſolvere poteſt. Primo in publicis illis pœnis condignis, qvæ pro notoriis criminibus gravibusqve peccatis irrogantur, cujusmodi ſunt interdicta, carenæ & jejunia ſicca, omnesqve aliæ pœnæ propter manifeſta crimina irrogatæ. Nec qvis epiſcopo inferior abſolvere ab illa excommunicatione poteſt, in qvam qvis legibus ipſis cadit, verbi cauſa, ſi qvis clerico vel cœnobiorum membro manus immiſerit violentas. Omnes etiam ſciant, nemini integrum eſſe, ut ſacris diebus in ſancta eccleſia injunctis operari, vel jejunia in ſancta eccleſia imperata negligere aut commutare permittat, excepto ſolum epiſcopo, vel ei, cui ad hoc ſpecialem dederit poteſtatem. Illud etiam de homicidio valebit. Item de iis, ſive maribus, ſive fœminis, qvi abortum procurant, de iis qvi jus aſyli templorum inſigniter violant, de eo, qvi patri ſuo vel matri manus immittit violentas; de publicis latronibus; de notoriis adulteris; de iis qvi ejus manifeſti fiunt, qvod conſangvinitatem vel affinitatem vitiaverint; de iis qvoqve, ſive mares ſint, ſive fœminæ, qvi in inceſtuoſo vivunt congreſſu. Tales autem ſunt omnes illi, qvi matrimonium inire legibus divinis & civilibus, ſive impedimento ſit conſangvinitas vel cognationes ſpirituales vel corporales, ordinatio vel obligatio

verdr at því at hann hefer borit falsvitne. Item opinnberer ſpámenn. taufurmenn. edr galldra menn. Item meineidamenn. Item villumenn. Item þeir ſem ei hallda iátada trú. Item ſá ſem tekur annars manns faſta eign. rett edr hlunnendi af þeim med vallde. ſvo ſama er ſá hver ſem dregur þá under ſigh utan laug. ſem annar er í hefndinne. oc hefer ádr fylgt. Item ſá hver ſem feſtizt eda giptizt vitandi nær meir enn at fimtu kvíſl. annan hvorn veg at frændſeme edr ſiſſkaupum. edr lærdr madr ſúbdiákn oc upp í frá. oc ſvo klauſtra menn karlar oc konr. þeir ſem ſamannbindazt til hiúſkaps vitandi. falla í bann af ſiálfu verkinu. því ſem þá má eingi af leyſa nema biſkup. Skripter oc þeim maunnum ſem í leyndum bindazt ſaman til hiúſkaps. edr móti forbodi heilagrar kyrkiu. má eingi ſetia ne afleyſa minne madr en biſkup. Item hver ſá karlmadr ſem feſter eina konu at annare þeirre ſem hann hefer ádr feſt. edr trúlofat lifandi at ſinni vitund. nema þau ſe ádr ſkilld ſakir einna hverra meinbuga. eptir heilagrar kyrkiu laugum. oc ſvo ſú kona ſem giptizt edr handſelzt nockurum manni medan ſá lifer er hann hefer ádr giptz edr handſelzt. fellr í bann af ſiálfu verkinu. því ſem þau mega ei afleyſazt fyrr enn þau hafa bætt vid heilaga kyrkiu ſvo ſem fyrer hórdóm. oc at þeſs háttar misgiörder oc ſyndar auki fordizt því aullu meir. þá er ſvo ſkipat at eingi madr af audru

---

obligatio ad cœlibatum, vel aliud qvodcunqve qvod conjugio legitime contrahendo obeſt prohibentur, de iis qvoqve qvi falſi teſtimonii convicti ſunt, de notoriis divinatoribus, faſcinatoribus, & incantatoribus; de pejuris; de hæreticis; de iis qvi fidem confeſſam non ſervant; de eo qvi aliorum bona immobilia, jura vel commoditates vi rapit; de eo qvoqve qvi jus ulſciſcendi, qvod alteri competit & qvod exſecutus eſt, injuſte ſibi arrogat, ille qvoqve qvi intra qvintum conſangvinitatis vel affinitatis gradum, ſciens deſpondetur vel matrimonio jungitur, ut & clericus, ſubdiaconus, vel alius eo ſuperior, vel cœnobiorum membrum, ſive ſit mas, ſive fœmina, qvi conjugium ſciens contrahit, ipſo facto in excommunicationem cadit, a qva nemo, niſi epiſcopus illum abſolvere poteſt. Iis qvoqve, qvi clanculum & contra interdictum ſanctæ eccleſiæ conjugium contrahunt, nemo epiſcopo inferior condignas pœnas irrogare & abſolvere poteſt. Valet hoc etiam de viro, qvi poſtqvam cum muliere qvadam ſponſalia de futuro contraxit, vel eidem deſponſatus eſt, alteri deſpondetur, & tamen priorem illam vivam eſſe non ignorat, excepto ſolum, ſi ob legitima conjugii contrahendi obſtacula ex legum ſanctæ eccleſiæ præſcripto ab eadem fuerit disjunctus, ut & illa mulier, qvæ vivente, cui vel nupſit, vel fidem conjugalem dedit, viro alteri vel nubit, vel deſpondetur, (utriqve) ipſo facto in excommunicationem incidunt, a qva, priusqvam ſanctæ eccleſiæ pro hoc peccato haud ſecus ac adulterio ſatisfecerint, abſolvi

audru biſkupsdœmi. ſkal ſá konu af audru biſkupsdœmi. nema hann hafi fyrer ſier fullt ſkilríke. eda ſie ſvo merkiligr madr. edr kunnr gódum maunnum. at eingi grunſemd meigi á haunum hafazt utann gód. hvat ef ſamann verdr bundit med verkinu. þá fyrerbiódum vier aullum preſtum under pínu affettnings embœttis oc kyrkiu. at þeir púſi þeſsháttar menn ſaman. ne ſie í þeirra ſamgaungu. ne þeim púſadar meſſu ſeigi. Item má eingi madr minni enn biſkup gefa afgipter opinnberliga í kyrkiu. enn erchibiſkup má aullu ríkisſins fólke. oc því er þat rád aullum lángferda mönnum at taka ordlof af ſínum biſkupi er þeir fara heiman. at þeir megi niótandi verda þeirra afgipta ſem gefazt þar ſem þeir kunna at koma. Oc af því at þeir menn ſem í þeſſa ſtórglæpi kunna at falla komazt eigi iafnan fyrer biſkup. þá hæfer at vera at hverium biſkupsſtóle einvirdíngum madr ſkipadr til þeſs. ſá ſem valld hafe til af fleſtum hlutum þeſſum at leyſa. ſem klerkar kalla penitentiarium. Varizt menn at ſpilla andligri frændſemi ſem menn kalla gudſifiar. þvi þar liggr ſvo mikit vit ſem madr ſpilli náttúrligri frændſemi. oc at ydr ſie því aullu lióſara þá ſkulut þier vita. at ſifſkaper þeir ſem hier fylgia tálma hiúſkapar band oc ſundrſlíta þó at ſamanbindizt. fyrſt í millum þeſs er ſkírdr er oc allra þeirra

Uuu 2 er

ſolvi non poſſunt, & ut talia crimina peccatiqve gravamen eo magis evitentur, ideo prohibitum eſt, neqvis, mulierem in alia, qvam ipſe, degentem diœceſi ſibi in matrimonium adſciſcat, niſi vel veniam impetraverit, vel majoris notæ fuerit, vel deniqve bonis hominibus cognitus, ut omni vacet ſuſpicione, niſi bona. Qvod ſi ipſo facto contrahatur, omnes ſacerdotes ſub pœna tum officii, tum beneficii prohibemus, ne tales homines copulent, nec cum iis converſentur, nec miſſam copulationis iis dicant. Item nemini qvi epiſcopo inferior eſt, indulgentias publice in templo impertiri permittitur; at archiepiſcopo (*ſoli*) totius regni populo (*eas dare permiſſum eſt*). Omnibus itaqve, qvi longiora ſuſcipiunt itinera, conſultum eſt, ut priusqvam domo proficiſcantur, a ſuo epiſcopo commeatus accipiant, ut indulgentiarum, qvæ in locis ubi conſtituti forent, conferuntur, participes eſſe poſſint. Et qvoniam, qvi hæc crimina incurrunt, ipſum epiſcopum ſemper convenire non poſſunt, in qvacunqve epiſcopali cathedra virum ad hoc ſpecialiter conſtitutum eſſe oportet, qvi plurimis hiſce criminibus abſolvendi habeat poteſtatem; hunc clerici Pœnitentiarium vocare ſolent. Caveant ſibi homines qvominus ſpiritualem cognationem qvæ (*uno vocabulo*) dicitur *gudſifiar*, violent; cum eandem illud, ac naturalis cognationis violatio mereatur pœnam, & ut hoc vobis eo magis eluceſcat, ſciatis, qvod qvæ ſeqvuntur cognationes ſpirituales vinculo conjugali obſint, & ſi illo conjuncti fuerint qvidam, illud disrumpant. Primo inter eum qvi baptizatur, omnesqve illos qvi ſuſcipiunt, ſive pauciores ſive plures fuerint. Secundo

er á hallda. hvört ſem þeir eru fleiri edr færre. Annar í millum þeſs er ſkírdr verdr oc barna þeſs ſem áhelldr. hvört ſem þau eru helldr eiginnar konu baurn edr frillu baurn. Þridiu milli þeſs er ſkírdr verdr oc eigin konu edr eiginn bónda þeſs ſem áhelldr þau ſem ádr haufdu í kaſt ſaman komit. Fiórdi oc fimti millum þeſs ſem áhelldr. oc faudr oc módr þeſs ſem ſkírdr verdr. hinn ſietti milli þeſs er ſkírdr verdr. oc þeſs ſem ſkírdi. Hinn ſiaundi milli þeſs ſem ſkírdr verdr oc barna þeſs er ſkírde. Hinn átti milli þeſs er ſkírdr verdr oc eiginnar konu þeſs ſem ſkírdi. þá ſem hann hafdi ádr í kaſt vit komit. Hinn níundi oc tíundi milli þeſs ſem ſkírer. oc faudr oc módr þeſs ſem ſkírdr verdr. med ſaumum V háttum verda gudſifiar milli þeſs ſem halldin er under biſkups haund. oc þeſs ſem áhelldr. oc hanns konu oc barna. oc ſaumum V háttum milli þeſs ſem biſkupar oc biſkupadr verdr. Eru þat þá XX baund er hiúſkap mega ſkilia af gudſifium. oc því varizt menn vit at ſem fæſter hallde á hveriu barne under ſkírn edr biſkups haund. oc eptir heilagrar kyrkiu laugum. á ecki meir enn eirn karlmadr edr kona á at hallda í naudſyn. enn ei elligar. verda oc ſvo maurg baundin bædi vit þann ſem á er halldit. oc ſvo vit faudr oc módr ſem marger hallda á. Enn aungvar gudſifiar verda á millum þeirra ſem áhallda ſín í milli. Er þat oc varandazt. at þótt hiúſkapr ſkilizt ſakir gudſifia þeirra ſem ádr vóru enn hiúſkapurin byndizt.

cundo inter baptizatum, & ejus, qvi ſuſcipit, liberos, ſive legitimi ſive ſpurii fuerint. Tertio inter baptizatum atqve ſuſcipientis vel uxorem vel maritum, qvi antea invicem congreſſi fuerant. Qvarto & qvinto inter ſuſcipientem, baptizatiqve patrem & matrem. Sexto inter baptizatum & baptizantem. Septimo baptizatum, liberosqve baptizantis. Octavo inter baptizatum atqve baptizantis uxorem, cum qva antea conſvevit. Nono & decimo inter baptizantem atqve patrem & matrem baptizati. Eodem qvintuplici modo ſpiritualis cognatio inter eum qvi confirmandus ſuſcipitur, & qvi eum ſuſcipit, ejusqve uxorem & liberos, ſpiritualis cognatio contrahitur, & eodem qvintuplici modo inter eum qvi confirmatur & qvi confirmat. Sunt itaqve viginti vincula, qvæ ob cognationem ſpiritualem conjugium impediunt. Ideoqve videant, ut qvam pauciſſimi baptizandos vel confirmandos ſuſcipiant. Et ex præſcripto legum ſanctæ eccleſiæ ne plures qvam unus mas vel fœmina in caſu neceſſitatis, nec alias, ſuſcipiant; Tot enim emergunt cognationis gradus, tam inter eum qvi ſuſcipitur, qvam patrem & matrem, qvot ſuſceptores fuerint; nulla vero inter eos qvi ſuſcipiunt, cognatio ſpiritualis exoritur. Cavendum qvoqve eſt, qvod qvamvis conjugium ob cognationem, qvæ ante contractum matrimonium extitit, ſpiritualem irritum habeatur, conjugium tamen ante exortam cognationem contractum non annihilatur,

ſive

izt. þá ſkillzt þó ecki ſá hiúſkapr ſem ádr var bundin. ſaker þeſs ſifſkapar er ſídar kemr til. hvört ſem hann giörizt at þeim vitande edr úvitandi. ſkal þeim ſkript fyrirſetia ſem þat giörir vitandi oc med viel-um. Svo oc ef barn deyr ádr þat ſie biſkupat. eigu fader oc móder ſkript fyrer at taka. ef þeirra gleymſka hefer til geingit. at þat vard ei biſkupat. ſvo ſem þat hafi úſkírt dáit af þeirra vanrækt edr gleymſku. hvergi ſkulu baurn ſkírazt utan at ſóknarkyrkiu. þar ſem fontar eru til-ſkipader. utan kónga baurn edr annara ſtórhaufdingia. ſem lofazt heima at ſkíra. Eingi má oc barn ſkíra utann preſtr. fyrer utann fulla naud-ſyn. Enn í naudſyn má hvör ſkíra karl ſem kona. heidinn ſem kriſtinn. iafnvel fader oc móder ſem hver annar ef naudſyn er til oc ſkilzt þó ei hiúſkapr þeirra fyrer þat. Enn ei er ſvo um gudſifiar. þvíat þat er fiögra handa fólk. ſem ei á gudſifiar at veita. Fyrſt er ábóti. abbadís. bróder. ſyſter. oc allzkyns hreinlífis menn. Annat fólk þat ſem ei má gudſifiar veita eru heidner menn ſem ei hafa vit kriſtni tekit. Hit þridia fólk eru þeir ſem ei eru biſkupader ſiálfer. oc ei kunna credo oc pater noſter. þvíat gudfader ſá ſem áhelldr ſetur ſigh í borgan oc vaurdzlu fyrer þann ſem hann helldr á vit gud. oc því er hann ſkylldugur at minna hann á. at hann geymi hreinlífi oc rettvíſi. oc á at kenna haunum credo oc pater noſter

ſive fiat iis ſcientibus (qvi contrahunt,) ſive non, ſcientibus autem & dolo malo contrahentibus pœnæ condignæ irrogentur. Ita & ſi infans prinsqvam confirmatus fuerit, moriatur, pater materqve, modo ſocordia eorum, qvod infans non confirmaretur, in cauſa fuit, pro hoc, ac ſi eorum ob ſocordiam vel negligentiam nondum baptizatus moriatur, condignas exſolvant pœnas. Nullibi niſi in templo, ubi baptiſterium eſt, parochiali, infantes baptizantor, exceptis infantibus regiis, aliorumqve principum, qvos domi baptizare permiſſum eſt. Nemini etiam niſi ſacerdoti infantem baptizare licet, excepto caſu juſtæ neceſſitatis. In hoc enim cuicunqve baptizare integrum eſt, ſive ſit mas ſive fœmina, chriſtianus vel gentilis, immo vel pater & mater non ſecus ac alius qvilibet, modo neceſſitas urgeat, & nihilominus eorum conjugium ratum habetor. Taliter autem cum cognatione ſpirituali comparatum non eſt; qvadruplicis enim generis ſunt homines qvibus cognationi ſpirituali per ſuſceptionem (*ſe immiſcere*) non licet. Primo abbas, abbatiſſæ, frater, ſoror & omnis generis ſanctimoniales. Secundum hominum genus, a cognatione ſpirituali prohibitum, conſtituunt homines ethnici, qvi chriſtianam religionem non ſunt amplexi; Tertium qvi non ſunt confirmati, nec credo, nec pater noſter, callent, patrinus enim, qvi ſuſcipit, ſe deo vadem & prædem ſiſtit, qvare illum (*qvem ſuſcipit*) ad conſervandum cœlibatum & juſtitiam hortari, eumqve pater noſter, credo, aliasqve bonas diſciplinas

chriſtianas

oc aunnr krîftilig gædindi. má þat einginn heidinn madr giöra. Þvíat hann hefer aungva kriftiliga trú. oc ei helldr fá fem ei er ádr bifkupadr. Þvíat hann má ei fullkomliga kriftinn heita. Hit fiórda mannkyn þat fem ei má gudfifiar veita eru tvau hión fem ádr eru faman bundin enn þau áhallde. Er oc betr at úfkyllder menn hallde á enn fkylldir ef þeir eru til. varizt oc hver karlmadr. fá fem hann er XIV vetra eda ellri gángi til at láta bifkupa figh. nema hann fie faftandi oc innvirduliga fkriptadr. fvo fem hver gódr madr vill figh til reida at taka vors herra líkam. enn kvennmadur XII vetra. Þvíat þvílík emboetti heilagrar kyrkiu fem klerkar kalla facramenta. eiga ei annan veg takazt ne gefazt utan ftórar naudfyniar. enn faftandi bædi þeim er gefur. oc fvo hinum er tekur. Verdur oc madur karl edr kona hiá ftödd. þar fem kona pínizt í barnburd. oc fýnizt þat líkara at hún megi ei laus vit verda oc opinnberazt einhver limr á barninu eptir mannligri fkepnu. oc fiezt líf í. þá aufi fá fem hiá verdr ftaddr vatne á þann lim til varhygdar oc feigi. Ec fkíri þik fkepna gudz í nafni Faudr oc Sonar oc Heilags Anda. Oc ef þat barn verdr lauft vit módrina med lífe. þá fkal þat fkírazt oc nefnazt fem aunnur baurn. þau fem ef er í hvort eru fkírd edr eigi. má oc eingi madur taka gudz líkama. oléan eda púfan fyrer kyrkiu dyrum af audrum enn fóknar-prefti

---

chriftianos docere tenetur, id qvod nemo gentilis poteft, cum fide chriftiana vacet, nec qvi nondum confirmatus eft, cum perfecte chriftianus dici neqveat. Qvartum deniqve genus qvod officia fpiritualis cognationis præftare non poteft, conftituunt duo conjuges, qvi priusqvam fufcipiunt, matrimonio conjuncti funt. Cognatione non conjuncti, modo adfint, potius qvam cognati, fufcipiunto. Caveat fibi qvicunqve mas, qvi qvatuordecim annos natus eft vel natu major, ne fe confirmandum fiftat, nifi fit jejunans, accuratamqve dederit confeffionem, velut qvilibet homo pius fe fumendo corpori domini noftri præparat; Foemina vero fi fit annorum duodecim. Talia enim fanctæ ecclefiæ facra, qvæ clerici facramenta vocant, ne fumantur vel dentur, nifi a jejunantibus, tam ab eo qvi dat, qvam ab eo qvi accipit, excepto gravis neceffitatis cafu. Qvod fi mas vel foemina mulieri parturienti adfuerint, & probabile iis videatur illam partum eniti non poffe, membrumqve aliqvod infantis humana de forma in lucem venerit, cui vitam ineffe viderint, tunc qvicunqve adfuerit, majoris cautelæ ergo membrum hoc aqva luftret, dicatqve: *Ego baptizo te, creatura dei, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.* Qvod fi hic infans materno utero vivus eliciatur, ut reliqvi, de qvibus num baptizati fint dubitatur, infantes, baptizetur & nominetur. Nec ulli corpus dei, extremam unctionem, vel copulationem ante templi fores ab alio qvam facerdote parochiali fumere integrum efto, nifi fpecialem

presti sínum. nema hann hafi sierligt hanns umbod þar til. oc ef nockur bróder edr hreinlífis madur gefur nockurum manne vors herra líkam. edr púsar þeim saman. edr sýngr brúdmesso. edr oléar nockurn mann fyrer utan sierligt umbod þar til hanns sóknarprestz. Þá fellr hann í bann af siálfu verkinu þat sem eingin má hann afleysa nema pávin. Er þat ei voda laust. oc þeim sem þetta eitthvert tekr af haunum. at hann falli í þá saumu pínu. einkannliga sídan er þat er lýst fyrer maunnum. oc því varizt menn giörla vit því. Varizt menn oc skipat at allar þær sektir sem maunnum kunna til at falla um prófasta edr þeirra ármenn í heilagrar kyrkiu umbode. at þat skal upplúkazt med vitordi sóknarprestsinns þess sem sakadr er. svo at prestrin hafi til reidu at tiá biskupi sínum fyrer hversu mikit. eda fyrer hvat. hvert var útlokit. at biskupin megi próva oc þar megi hann nockut rád á leggia. ef þat kann próvazt. at því hafi úlaugliga sett verit. edr þær nádir ágióra. sem haunum þiker tilfelliligt vera.

Litr. N.

(n) Ollum mönnum sem þetta bref siá edur heyra senda Eyúlfur prestur Brandsson. kórsbroder af Nidarose. oc bróder Eysteinn Canonicus regularis sanctæ sedis visitatores Islandiæ qvediu guds oc sína. Kunnigt giörande at sub anno gratiæ 1358 í ockarri visitacione í Skálholts

specialem habuerit veniam, & si qvis frater vel sanctimonialis corpus domini nostri cuiqvam dederit, vel qvosdam copulaverit, vel missam conjugalem dixerit, vel unctionem extremam præstiterit, modo speciali ab ejus sacerdote parochiali auctoritate instructus non sit, ipso facto excommunicationem incurrit, a qva nullus præter papam illum absolvere potest. Timendum qvoqve illi qvi aliqvid horum ab illo impetrat, ne eandem incurrat pœnam, imprimis postqvam hoc publicatum fuerit; ab hoc itaqve qvam maxime omnes sibi cavento. Hoc etiam mandatum esse sciunto, qvod omnes illæ mulctæ, qvas vel præpositi vel eorum in sanctæ ecclesiæ cura vicarii imponunt, sciente ejus, qvi mulctatus est, sacerdote parochiali, solvi debeant, ideo ut sacerdos suo episcopo rationem reddere possit, qvantæ illæ multæ fuerint, & qvam ob causam qvævis solvantur, ut episcopus porro eas explorare possit, &, si injustæ probentur, aliqvod dare consilium, vel eas prout illi conveniens visum fuerit, mitigare.

(n) *Id est:* Omnibus has litteras visuris vel audituris, mittunt Ejolfus Brandi filius sacerdos, canonicus Nidrosiensis & frater Eysteinus Canonicus regularis, sanctæ sedis visitatores Islandiæ, dei & suam salutem: Notum facientes, qvod in visitatione nostra per diœcesin

holts biſkupsdœme á Islande. fundu vid at nockurar miſgóngur vóru í míll-um lærdómſins. oc leikmannanna um þá ſuma lute oc articulos ſem mill-um bar fornra landſins vana. oc med giörra órſcorda biſkupanna oc ſkip-ana. Oc ſva ſem vid budum ockur til á lögþíngi. at retta oc at gera þat er almenninginum þætti rettliga vidur kyrkiunnar formenn at vera. at því trauſtari ſamþykt mætte opennberlega halldaſt milli krúnunnar oc kyrkiunnar. ſögdu leikmennirnir ópinnberliga hvat þeim þótti at vera. oc ſkipadu þá til á ſinna vegna tva heidrliga menn. Ifvar Vigfuſſon oc Biörn Olafsſon ſína almenniliga oc ſerliga ummbodsmenn. iátandi ſamþyckiliga at háfva þat oc hallda ſem ſtadt oc ſtödugt ſem þeir ſamþykti fyrer al-múgan í þann ſama dag ſem virduligur herra. herra Gyrdr med guds nád biſkup í Skálhollti hafdi ſic tiliátat at þeſſir lutir ſkylldu tracterazt. ſem var næſte dagr fyrer Þórláksmeſſo. ſva at úſkaddr veri at ollu kóngſins heidr í Norege. oc þegnanna rettr. oc ſva æi ſídr um ſik ſæmd oc rök-ſemd kyrkiunnar. Nú í ſettan dag í Skálhollti merkiligum preſtum biſk-upſins tilkallodum. oc nefndum ummbodsmönnum almúgans tilkomnum epter ſáttgiarnligt ſamtal allra vor í míllum. ſamþycktum ver oc ſtadfeſt-um at úbrygduliga ſkylldi ſtanda í Skálhollts biſkupsdœmi þeſſa articu-los ſem hier fylgia. þar til ſem kóngr oc erchibiſkup med beſtu manna rádi í ríkinu vilia adra ſkipan ágiora. Inprimis at hver madr ſem kyrkiu æighn

diœceſin Skalholtenſem in Iſlandia ſub anno gratiæ milleſimo trecenteſimo qvinqva-geſimo octavo facta, diſſenſum qvendam de nonnullis rebus & articulis, de qvibus vetus terræ conſvetudo & latæ ab epiſcopis ſententiæ & conſtitutiones non conveniebant, clericos & laïcos intercedere reperimus. Cumqve in iis, qvorum vulgus eccleſiæ anti-ſtites jure accuſarent, emendandis & corrigendis, noſtram operam in foro generali ob-ferremus, ideo ut eo tutius inter imperium & eccleſiam concordia palam conſervari poſſet, tunc laïci palam, qvod ſibi taxandum videretur, profitebantur, duosqve viros honeſtos Ivarum Wigfuſi filium & Biörnum Olafi filium, tam generales qvam ſpecia-les mandatarios ſua vice conſtituebant, unanimiter promittentes, ſe illud firmum ratumqve tenere & habere velle, in qvod illi loco vulgi conſentirent, die eodem, qvo venerabilis dominus, dominus Gyrderus dei gratia epiſcopus Skalholtenſis res iſtas ſe ita tractare velle pollicitus erat, ut Regis Norvegiæ honor, ſubditorumqve jura, nec minus eccleſiæ honor atqve auctoritas, in totum ſalva manerent, qvi dies proximus erat ante feſtum Thorlaci. Jam præfinito die advocatis epiſcopi inſignioribus ſacerdotibus, nominatisqve vulgi mandatariis Skalholtiæ convenientibus, habitoqve pacifico collo-qvio, articulos qvi ſeqvuntur in diœceſi Skalholtina obſervandos eſſe approbavimus & confirmavimus, donec Regi & Archiepiſcopo cum optimatum regni conſilio ſecus conſtituere

æighn helldr. taki heima tíund sína oc prests tíund uppá riettan reikning vid heilaga kyrkiu. af öllu sínu gódze föstu oc lausu. hvar sem hvert stendr eptir því sem landsins vani. oc forn oc nýr kristinrettr segir. Item at þeir bændr sem útkyrkiur hallda take heima tíunder sínar af öllu sínu gódze oc lýsistolla oc sinna heimamanna. sem at fornu hefir verit. sva þó at þaghat leggizst ei tíunder af fleyri bæöm í sóknum. utan þær liggi allar til sóknarkyrkiu. Item at þvílíkt offur lúkizst prestum útaf kyrkium. sem þeir sýngia til en ei framar. Item at prestar edr bændr halldi kyrkna gódz epter iardar magni. Item at menn megi friálsliga taka kyrkna fe medr iördum þeim sem menn kaupa. þó at þar komi ei sierlig biskupsskipan til. sva framt sem þeir eru fullvedia med kyrkiurnar. Item at þat sáttmál sem Eiríkr Noregs kóngr ágiætrar minningar oc Jorundr biskup oc Arni biskup í Skálhollti giördu sín ímilli standi úbrigdiliga. oc sva vottar ord epter ord sem her fylgher. Eirekr med guds nád oc miskun Noregs kóngr — Herra Finnr inzciglade. Jón klerkur ritade. oc til sanninda.

Litr.

---

constituere placuerit. Inprimis ut qvilibet, qvi templi bona (administranda) tenet, ex omnibus suis opibus, mobilibus atqve immobilibus, ubicunqve exstiterint, juxta terræ consvetudinem atqve præscriptum juris ecclesiastici, tam antiqvi, qvam novi, sui proprii domicilii (*templo &*) debitas sacerdoti decimas sumat. Item ut illi, qvi templa minoris notæ tenent, coloni ex omnibus suorumqve domesticorum bonis de proprio suo domicilio decimas, & expensiones pro candelis sumant, antiqvam consvetudinem in eo servantes, ita tamen ne decimæ a pluribus parochiarum villis accedant, nisi omnes illæ ad templum parochiale pertineant. Item qvod sacerdotes non ex aliis qvam in qvibus suo funguntur officio, templis, tales habeant oblationes nec amplius. Item qvod sacerdotes vel coloni bona templi pro rata fundi teneant. Item qvod cuicunqve bona templorum cum prædiis, qvæ emit, accipere integrum sit, etiamsi non adsit specialis episcopi constitutio, modo templorum cura ei committi possit. Item qvod pactum illud qvod Ericus Rex Norvegiæ beatæ memoriæ & Jörundus Episcopus Arnasqve episcopus Skalholtensis inter se sanciverunt, ratum habeatur & invariabile uti hic de verbo ad verbum seqvitur: *Ericus dei gratia atqve clementia rex Norvegiæ* (*) *Dominus Finnus sigillo munivit*, *Jon clericus scripsit*, & qvo magis hæc confirmentur &c.

(*) *Vid. supra pag.* 411. *Lit.* B.

Litr. O.

(*) In nomine Domini amen. Olauus Dei patientia Archiepiſcopus Nidroſienſis, Gisbertus Bergenſis, Havardus Hamarenſis, Johannes Gardenſis, ejusdem gratia eccleſiarum epiſcopi, Nidroſienſis eccleſiæ ſuffraganei, univerſis Chriſti fidelibus, per Nidroſienſem provinciam conſtitutis ſalutis æternæ gaudium, in filio virginis glorioſæ. Cum ex debito paſtoralis officii, prohibere vitia, perſvadere virtutes, ac animarum ſaluti ſalubriter providere tenemur, nec non utilia qvæqve ſubditos docere, & mores actusqve eorundem in melius reformare; ſollicitudini præhabita diligenti, ne, ſi qvidqvam e grege dominico, noſtro regimini commiſſo, per noſtram incuriam ſeu negligentiam fuerit deperditum, ſubditorum ſangvis de noſtris manibus per diſtrictum judicem reqviratur. Nos in hoc præſenti concilio reſidentes, ac juxta ſacrorum canonum ſtatuta de ſubditorum exceſſibus corrigendis, & moribus eorum in melius reformandis, ac animarum profectibus tractantes, patrem miſericordiarum imprimis ſuppliciter imploramus, ut ipſe in hiis exſeqvendis ex ſuæ benignitatis inundantia, ſalubriter compleat, qvod noſtra modicitas, niſi ipſo opitulante, non præſumit; & ut ipſo initiante, ac conſumante, ad finem debitum qvod cœpimus, ejus auxilio, perducere valeamus. In nomine igitur ſanctæ & individuæ trinitatis, Patris, & Filii & Spiritus Sancti, imprimis ſtatuimus, præcipimus, & mandamus, ut clerici (qvorum converſationem, caſtitate, modeſtia, pudicitia, ſobrietate, temperantia, ac cœteris virtutum exercitiis convenit adornari) contemplationi ſint, & orationi dediti, qvia ad ſortem domini ſunt electi: Contentiones, lites, & rixas, ac cœteras inſolentias, honeſtati derogantes clericali, procul abjicientes, ſic evitent, ut omnipotenti deo (cujus ſervitiis ſpecialius deputantur) digne valeant famulari. Qvantus enim horrendi criminis uſus freqvens, ymo verius freqventia damnabiliter uſitata (qvod dolentes referimus) qvosdam immo plures, (qvamvis ad noſtram & patriæ verecundiam hæc dicamus inviti) Noricanæ provinciæ presbyteros ac clericos alios, excœcavit qvi propriæ ſalutis & juramenti ſui immemores, immun-

(*) *Poſtqvam illa, qvæ ſupra pag.* 453. *exſtant, ſcripſimus, in Bibliotheca Magnæana* No. 36. in Octavo *ſeqvens Statutum ſynodale inventum eſt, qvod & huic Capiti ſubjungitur.*

immunditiæ fœtoribus turpiter insudantes, non solum sibi focarias simpliciter adjungentes, & in curiis suis publice detinentes, verum etiam (qvod execrabilius & damnabilius est) eas pactis, donationibus, vel aliis fidelitatis promissionibus intervenientibus, convocatis ad hoc earum consangvineis, ad instar laïcorum sibi impudenter associant, & conjungunt. Qvamvis enim nostri prædecessores exhortationibus, monitionibus, & processibus diversis, etiamsi, proch dolor, illorum laboris fructus nullus vel modicus ostendatur. Nos tamen adhuc sic inhoneste viventium inveteratis malitiis, novis volentes remediis obviare, statuimus, ut qvicunqve presbyter vel clericus in sacris ordinibus constitutus, maxime beneficium ecclesiasticum obtinens, cujuscunqve fuerit status, officii, dignitatis, prærogativæ, vel honoris, qvi post monitionem sibi a dyocesano suo factam, in domo sua, & expensis tenuerit vel habuerit concubinam juxta statutum piæ memoriæ domini Olavi Archiepiscopi prædecessoris nostri pœna pecuniaria puniatur. Qvam si minus timuerit, suspensionis, excommunicationis, vel privationis sententiis percellatur. Hiis vero, qvi pactis vel donationibus, ut præmissum est, sibi concubinas associaverint, in dimidietate fructuum beneficiorum suorum per annum multentur, gravius, si suo dyocesano visum fuerit, puniendi. Item hujus sacri approbatione concilii statuimus, ut bona beneficiatorum decedentium, dummodo non sint a bonis ecclesiarum distincta, hæredibus eorum absentibus, per dyocesanos locorum vel eorum procuratores ad hoc specialiter deputatos, donec inter ecclesiam & hæredes clerici decedentis justa fiat bonorum divisio inter illos. Laïci vero prædictam conservationem in grande ecclesiarum dispendium sibi, occasione jurisdictionis secularis, vendicantes, per mensem, si a dyocesanis reqvisiti non destiterint, ingressum ecclesiæ sibi noverint interdictum, qvodsi prædictam pœnam, qvod absit, animo sustinuerint indurato, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Item presbiteris curam animarum habentibus omnem vagandi & discurrendi extra suas parochias (cum ex hoc qvandoqve populus iis commissus officio debito defraudetur, ac animarum non modica immineant pericula) cupientes adimere facultatem prohibemus, ne qvis parochialis presbyter extra suam parochiam, absqve sui prælati vel ejus locum tenentis licentia speciali seu evitenti necessitate, nisi alium ydoneum presbyterum ejusdem dyocesis, qvi interim vices & officium suum debite peragat & attente loco suo relinqvat, notabiliter se absentare præ-

ſumat, ſtatuentes, ut qvicunqve presbyter extra ſuam parochiam per qvindenam continue, niſi unam ſupra dictarum ſeu aliam juſtum & legitimam abſentiæ ſuæ cauſam probare potuerit, compertus fuerit commorari, marcam Noricanam ſolvere teneatur. Si vero extra dyoceſin illicentiatus abſceſſerit, ut prædictum eſt, in marca puri condempnabitur, ipſo facto. Item qvoniam (qvi) abjectis veſtibus proprio congruentibus ordini alias aſſumere & in publico portare rationabili cauſa ceſſante, præſumit, profeſſorum prærogantiæ ordinis illius ſe reddit indignum, juxta concilium Viennenſe; inhibemus, ne qvis clericus virgata vel partita veſte, aut alias, qvam canones præcipiunt, formata publice utatur, prout canonicam vitare voluerit ultionem. Item qvia hiis temporibus (qvod dolentes referimus) defectu perſonarum exigente, ad regimen animarum ſimpliciores & ignari plerumqve aſſumuntur, ſtatuimus, ut ſuperiores juniores præsbyteros inſtruant de cœteris officiis & maxime de canone miſſæ, ſacramento baptiſmatis atqve extremæ unctionis, officio ſepulturæ, & aliis ad officium presbyteri ſpectantibus, & ſuper præmiſſis ſæpius examinent diligenter, ut ſic ad eorum devotam diligentiam cœteri gaudentes concurrant, in cantica laudum conſurgant, & omnium corda & vota, ora & labia ympnos perſolvant lætitiæ ſalutaris, & pſallet fides, ſpes tribudiet, exultet caritas, devotio plaudat, jubilet chorus, puritas jocundetur, cum ſinguli alacri animo pronaqve voluntate conveniunt, ſua, ymo Chriſti officia laudabiliter exſeqvendo. Cœterum ſtatutum piæ recordationis domini Arnonis Archiepiſcopi prædeceſſoris noſtri (in qvo qvaſi omnium priorum juſtitia reſecatis ſuperfluis ſunt collecta) qvo ad omnia ipſius capitula, clauſulas & articulos, præſentis auctoritate concilii innovamus, approbamus, & ratificamus, cujus ſtatuti qvasdam ſingulares clauſulas, aliqvibus utilibus de novo additis ſub pœnarum adjectione, in modum, qvi ſeqvitur decrevimus muniendas. Statuimus ergo ſeu ſtatutum declaramus, qvod presbyteri, cœteriqve eccleſiarum rectores & præpoſiti tam clericos, qvam laïcos diligenter doceant de veneratione euchariſtiæ & credulitate, ut, cùm inter manus ſacerdotis in officio altaris levatur, vel presbyteris per plateas aut qvemcunqve locum portatur ad infirmos, depoſitis caputiis & pileis, nudis & extenſis manibus, flexis genibus adoretur. Qvam qvidem euchariſtiam a presbyteris, indutis ſuper pelliciis, velatam, ſub mundo velamine, cruce, candela accenſa, cum tintinnabulo & aqva benedicta præcedentibus, ad infirmos præcipimus deportari;

tari; nisi locorum impedierit distantia, aut rationabile obstiterit impedimentum, & tunc in munda bursa sive pera, circa collum presbyteri reverenter cum libro & stola deferatur, atqve in loco mundo hoc, qvod superfuerit, diligenter observetur. Præterea statuimus, ut nullus sacerdos vel clericus in sacris ordinibus constitutus, qvi usqve ad extremum vitæ suæ in concubinatu notorio compertus fuerit perdurasse, ad sepulturam infra muros ecclesiæ sine dispensatione episcopi admittatur, & qvicunqve tales in ecclesia scienter sepelierit, ad arbitrium dyocesani puniatur. Item statuimus, ut presbyteri, curam animarum habentes, doceant, vel docere faciant parochianos suos, tam senes, qvam juvenes nescientes, symbolam & orationem dominicam, cum salutatione beatæ virginis, & freqventer eos examinent de prædictis, & maxime in confessionibus eorum: debitam pœnam addiscere renitentibus infligentes; de fide catholica, & ejus articulis, de baptismo, & ejus effectu, aliisqve ecclesiasticis sacramentis, de septem mortalibus peccatis, & de pœnis gehennalibus pro eis debitis evitandis. Item cum scriptum sit, ut a qvo qvis defendi tenetur ab eodem non debet inpugnari, præsentis auctoritate concilii statuimus, ut clericus cujuscunqve status, ordinis, vel dignitatis, existat, qvi procurat a rege vel seculari potestate, directe vel indirecte, manifeste vel occulte, contra justitiam se tueri, qvo minus pro suis excessibus a suo judice ecclesiastico corripiatur, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Item statuimus, ut qvicunqve clericorum, contra jus & libertatem ecclesiæ cathedralis, vel honorem episcopalis dignitatis, advocaverit, vel conspirationem fecerit, eo ipso excommunicationis sententiæ subjacebit. Item statuimus, qvod claustra monialium sub diligenti custodia & firma clausura, præcipue de nocte observentur, nec clericos vel laïcos religiosos vel seculares, post earum vesperas, ad se ingredi permittant, nisi urgens necessitas, & evidens utilitas id exposcat, & tamen non in locis vel horis suspectis. Item prohibemus ne qvis indiscretas indulgentias pronunciet, sive pronunciare præsumat. Item statuimus, ut in monasteriis qvibuscunqve nullus pretio vel pactione recipiatur in fratrem vel sororem, nec in prebendarios vel prebendarias, sine suorum dyocesanorum consensu. Qvod si factum fuerit, sit irritum & inane. Contrafacientes vero & consentientes, juxta arbitrium dyocesani puniantur. Item statuimus, ut si qvis laïcorum, causas ad ecclesiasticum forum spectantes (qvæ sunt heæ: omnes causæ clericorum, qvando inter se litigant, vel a

laïcis impetuntur, five agatur ex contractu vel qvafi, feu delicto vel qvafi; Item caufæ matrimoniorum, natalium, juris patronatus, decimarum, votorum, teftamentorum, maxime qvando agitur de legatis, ecclefiis & piis locis & religiofis, tuitio peregrinorum vifitantium (limina) beati Olaui, & aliarum ecclefiarum cathedralium in Norvegia & eorum caufa, item caufæ poffeffionum ecclefiarum, fymoniæ, fornicationis, adulterii, incæftus, perjurii, ufurarum, facrilegii, hærefis, & aliæ confimiles, qvæ ad ecclefiam fpectant mero jure) contra (com) pofitionem inter regnum & ecclefiam olim initam, & juramento hinc inde firmatam fcienter, in contemptum ordinariorum, examinandas, difcutiendas, vel difinendas, fibi affumferit, vel qvi clericum invitum ad forum traxerit feculare, vel de rebus ipforum clericorum vel ecclefiarum, ipfis irreqvifitis, vel contradicentibus, judicaverit, ipfo facto fententiam excommunicationis incurrat. Item fi qvis in clericum, monachum vel converfum, virginem facram vel converfam, vel in aliam religiofam perfonam, cujus religio approbata eft, manus violentas, & temerarias injicit, ipfe ligatur a canone: fimiliter & is, cujus auctoritate & mandato illud fit, nifi mandatum integrum revocaverit, (item) qvi tam temerario mandato præfumpferit obedire. Item & ille latam a canone fententiam incidit, qvi cum poteft clericum defendere a violenta & injuriofa manuum injectione, & non defendit; qvod verum eft de eo, qvi dum ratione poteftatis vel officii prohibere (poteft) & manifefto facinori definit obviare. Item, fi poteftas, confules & rectores Balivi, & alii officiales laïci civitatum & aliorum locorum, angarias & exactiones indebitas ecclefiis, clericis, aut eorum poffeffionibus inferant, & jurisdictionem feu auctoritatem prælatorum evacuaverint, nifi moniti defiftant, tam ipfi, qvam ipforum fautores, excommunicationis fententiæ, latæ per canonem fe noverint fubjacere. Item ille, qvi alicui fupra dictorum fuccedit, poft menfem ecclefiaftica cenfura percellitur, nifi infra duos menfes poft ipforum exceffum (talia) fui prædecefforis emendaverit, qvia eo ipfo facto eidem intelligitur confentire. Item illi, qvi contra libertatem ecclefiafticam ftatuunt, nifi ftatuta edita, & in fcriptis redacta, infra duos menfes poft ipforum publicationem de libris fuis capitularibus deleverint, excommunicationis fententia, lata a canone innodantur. Item ftatutorum ipforum fcriptores, nec non poteftates, confules & rectores, & confiliarii locorum, fi fecundum ea judicare præfumpferint, vel in formam redegerint judicata; fimiliter fi confvetudines fervaverint,

vaverint, vel ſervari fecerint, contra libertatem eccleſiæ intraductas, excommunicationis ſententiam non evadant. Item matrimonia clam contrahentibus triennalis pœnitentia imponatur. Sacerdotes vero, tales conjunctiones non prohibentes, atqve debitas denunciationes reqviſiti obmittentes, ac talibus contractibus intereſſe non caventes, per triennium ab officio ſuſpendantur, & gravius, ſi culpæ qvalitas poſtulaverit, puniantur. Qvi vero, vivente uxore ſcienter cum alia contraxerit, vel e contrario: excommunicationi ſubjaceat ipſo facto, a qva, niſi tanqvam pro ſimplici adulterio ſatisfecerit, nullatenus abſolvatur. De contrahentibus vero ſecundas nuptias ſtatutum eſt, qvod vir vel mulier ad ſecundas nuptias tranſiens benedici non debeat, cum alias fuerit benedicta, ne injuria fiat hujusmodi ſacramento. Et presbyteri, qvi ſcienter ſecundas nuptias benedixerint, per ſuum diœceſanum a ſuſpenſionis ſententia qvam incurrunt, vel hactenus incurrerant, abſolvi poſſunt, & ſuper executione ordinum, ac retentione beneficiorum, per eosdem libere diſpenſari. Item clerici beneficiati, decedentes, eccleſiis a qvibus fructus levaverunt, decimam partem bonorum per eccleſiam acqviſitorum, in ultima diſpoſitione relinqvant, qvod ſi renuerint, ad jus commune duximus recurrendum. Item ſtatuimus, qvod canonici exiſtentes in ſtudio, de ſuorum ſententia prælatorum integre præbendarum ſuarum fructibus gaudeant; Sed vicaria & cœtera omnia eccleſiæ debita, de fructibus ad communem menſam ſpectantibus deducantur. Et qvicunqve procurator menſæ communis ante terminum de pñte procurationis ſeu diſpenſationis ſuæ ad reqviſitionem procuratorum abſentium, vicarias ſeu onera non ſolverit, eo ipſo ab ingreſſu eccleſiæ ſit ſuſpenſus. Item ut canones latæ ſententiæ, per qvos excommunicationis ſententiam, ipſo facto qvis incidit, ſemel in anno in eccleſiis cathedralibus, ac etiam in aliis majoribus eccleſiis, in vulgari puplicentur, & poſt puplicationem ſingulis annis, qvi in dictos canones inciderint, pulſatis campanis, candelis accenſis excommunicati generaliter nuncientur. Item qvicunqve clericus, qvi cuiqvam contra eccleſiam, in ſubverſionem eccleſiaſticæ libertatis, patrocinium præſtiterit, vel impugnantibus eandem ad hoc auxilium vel conſilium impenderit, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat. Item qvicunqve res vel bona, in eccleſiis vel cimiteriis cuſtodiendi cauſa repoſita, furtive vel violenter rapuerit vel extraxerit, vel alias immunitatem eccleſiæ qvalitercumqve violaverit, vel hoc fieri mandaverit, excommunicationis ſententia

tia

tia ipſo facto ſit ligatus. Item volumus, qvod ad jejunium vigiliæ beati Mathiæ & ipſum feſtum, tempore biſſextili, antiqva ipſius eccleſiæ conſvetudo obſervetur. In qvorum omnium evidentiam, & fidem pleniorem, cum ſigillis noſtris diſcreti viri domini Arno Ketilli, in procuratorio venerabilis in chriſto fratris noſtri, domini Salomonis Dei gratia epiſcopi Asloenſis: Barderus Eindridi & Thorfinnus Eirici Nidroſienſis: Arno Thorſtani Asloēnſis: Odgarus Thorſtani & Bothulphus Asberni, Bergenſis: Petarus Eindridi, & Thoras Thorkilli: Stavangrenſis: Barderus Beronis, Hamarenſis: eccleſiarum canonici, ipſarum eccleſiarum capitulorum procuratores, ſua ſigilla præſentibus affixerunt. Actum Nidroſiæ decimo Kalendas Septembris. Anno gratiæ milleſimo, trecenteſimo, qvinqvageſimo primo.



SEC-

SECTIO II.

De ſtatu eccleſiæ interno; doctrina, cæremoniis eccleſiaſticis, regimine eccleſiaſtico, re litteraria & litteratis.

Cap. I.

De ſtatu eccleſiæ & religionis, ritibus & regimine eccleſiaſtico.

§. I.

Politicus Islandiæ ſtatus hoc tempore ſub potentiſſimorum Norvegiæ Regum dominio ſatis commodus fuit, præſertim tamen ſub Magno *Lagabæter* (legum Correctore) ejusqve filiis, Erico & Hacone, qvi ſaluberrimas leges condendo, & ſpectatæ virtutis viros indigenas, qvales fuerunt Rafnus Oddi & Ketillus Thorlaci, provinciæ præficiendo, ſubditorum commoda ſummopere promovere ſtuduerunt Eorum vero ſucceſſores, Magnus Smeck & ejus filius Hacon, antiqvas qvidem leges & conſvetudines, qvorum Islandi fuerunt tenaciſſimi, conſervarunt, & qvandoqve correxerunt, novasqve, ita poſcente neceſſitate, ſubinde condiderunt; Sed præfectos & Satrapas tales plerumqve ſubditis impoſuerunt, qvi tributorum collectioni & privato lucro intenti tantum erant; plurimi enim, aut in annum tantum, aut ad maximum triennium, nunc totius provinciæ, nunc unius tantum qvadrantis regios reditus & vectigalia, qvaſi haſtæ ſuppoſita, magna promiſſa pecunia, licitatorum more, emerant & conduxerant; Curam vero publici tam politici qvam eccleſiaſtici emolumenti aut exiguam, aut plane nullam, habuerunt. Externus Eccleſiæ ſtatus, non qvidem fuit tumultuoſus aut impacatus, ſed non tamen ſemper ſatis qvietus & ſedatus; nam ſupremum & abſolutum eccleſiæ regimen

penes Norvegiæ Reges esse, haudqvaqvam Nidarosienses Archiepiscopi ferre potuerunt, qvi iisdem, non modo pares, sed in rebus ad Ecclesiam spectantibus superiores haberi & soli omnia dirigere gestiebant (a), qvorum vestigiis nonnulli Islandorum Episcopi contra Regios Præfectos, qvantum in illis fuit, insistebant; hinc lites, diffidia, creberrimæ excommunicationes & anathematum fulmina, qvæ in contranitentes torqvebant. Perraro autem hoc tempore seditiones & prælia inciderunt, ut ex Regum, Archiepiscoporum & Episcoporum gestis & historia personali patet. Hoc itaqve Capite interiora tantum ecclesiæ lineamenta aliqvatenus depingere animus fert, seu de ipsa religione, dogmatibus, cæremoniis, regimine ecclesiastico, aliisqve eodem pertinentibus, qvorum alibi non satis perspicua, exigua, aut omnino nulla facta est mentio, tantummodo agere statuimus.

§. 2.

De Archiepiscoporum divitiis potestate & arrogantia, & supra, & hic separatim aliqvid dictum est, qvorum vestigiis, ut genuini filii, nonnulli Episcoporum insistebant, qvi etiam qvandoqve Regibus recalcitrantes mandata illorum contemnere non dubitarunt. Horum magna pars extranei fuerunt, qvi non jam, ut hactenus, a civibus eligebantur, sed hanc sibi & Canonicis Nidarosiensibus potestatem Archiepiscopus arripuerat. Eorundem potestas & divitiæ tanta ceperunt incrementa, ut iis contradicere, eosdemve, vel in minimo irritare, valde esset periculosum; nam præter qvod nullum competentem judicem, aut superiorem, præter ipsum Papam & Archiepiscopum agnoscebant, ipsorum jurisdictio, omnes fere causas, qvæ accidere potuerunt, qvodammodo complectebatur; ex. gr. omnes causæ qvæ clerum aliqvo modo tangebant; de violatione festorum, cœmiteriorum, templorum eorumqve possessionibus; de votis, testamentis, pauperum pecunia, decimis, eorum securitate qvi S. Thorlacum

(a) De fastu Jonæ Archiepiscopi, qvi Magno Regi in causa Oddensi, qvæ anno millesimo ducentesimo septuagesimo secundo in conventu Bergensi judicanda erat, judicis partes omnino denegavit, & supra dictum est, & infra dicendi locus erit. Anno millesimo ducentesimo nonagesimo nono Jorundus Archiepiscopus in eodem solio cum Rege Hacone in conventu Nidarosiensi consedit: Conf. *Vitam Laurentii*. De Rege & Episcopo ita loqvitur ipse Rex Magnus in *Codice L. L. Isl.* Tit. de Christiana Relig. Cap. 2. *Duo sunt Dei visibiles dispensatores, unus Rex, alter Episcopus*, &c.

cum aliosqve Sanctos visitabant; de conjugio, cognationibus & affinitatibus tam corporalibus qvam spiritualibus, incestu, adulterio, scortatione & omnibus eo pertinentibus; de perjurio, blasphemia, hæresi, fœnore, & omnibus aliis causis qvæ in *Jure Ecclesiastico* nominantur, adeo, ut perfacile illis fuerit, inimicis gravem aliqvam causam intentare; Cujus abusus hac qvidem tempestate non raro apparuit, haudqvaqvam tamen pariter ac seqventi seculo; nam licet qvidam hujus periodi Episcopi essent avari & fastuosi, plures tamen, si cum seqventibus eos comparaveris, tolerandi, imo etiam, qvidam eorum viri pii, probi, & ecclesiæ proficui dici merentur, licet optimis qvibusvis, qvos produxerunt priora secula, neutiqvam sint comparandi. Omnes hi, qvamvis cælibes vixerint, concubinas tamen aut nothos habuisse non reperiuntur, præter Audinum Rufum, qvi filiam, & Laurentium, qvi unicum habuit filium. In annuis visitationibus, præter confirmationes infantum, inaugurationes templorum & indulgentiarum erogationes, maxima illis cura fuit de templorum bonis augendis, cæremoniis rite servandis, & moribus, tam pastorum qvam plebis taxandis & corrigendis, qvorum delicta, nisi valde essent enormia, aut ipsi episcopo obstinaces semet præberent, mulcta pecuniaria plerumqve expiabant, reliqvos vero gravioribus pœnis, carenis scilicet & excommunicationibus plectebant. Synodos Nationales & Provinciales circa annum millesimum trecentesimum qvadragesimum secundum primus instituit & Norvegorum more habuit Jonas Sigurdi Episcopus Schalholtinus, in qvibus res majoris momenti tractavit, constitutiones ecclesiasticas fecit, & de gravioribus causis judicia seu sententiam pronunciavit; qvi mos per universam Islandiam deinde observari cœpit; causas autem ecclesiasticas ex Archiepiscoporum Constitutionibus, præcipue tamen ex præscripto *Juris Ecclesiastici*, qvod Arnas Thorlaci filius conscripsit, dijudicabant, qvod, licet primum a Regibus Magno & Erico prohiberetur, eorundem tamen paulo post conniventia & permissu, ut & incolarum unanimi consensu, receptum fuit, & tandem a Magno Erici filio, a qvibusdam dicto *Smeck*, publico edicto, dato anno millesimo trecentesimo qvinqvagesimo sexto, confirmatum, & incolis gravi addita comminatione, ut ad ejus præscriptum viverent, injunctum. Cum vero hæc legum ecclesiasticarum mutatio famosissimæ inter Regem & Episcopos controversiæ, qvæ integros octoginta duravit annos, præbuerit occasionem, ut eadem luculentius exponatur, nostri esse officii agnoscimus,

 cujus

cujus cum hic ſe offerat commoda ſatis occaſio, eandem ordine & qvam veriſſime exſeqvi ac enodare operam dabimus.

§. 3.

Ad hæc usqve tempora viguerat *Jus Eccleſiaſticum Thorlaco-Ketillianum*, una cum Archiepiſcoporum & Epiſcoporum conſtitutionibus, qvarum ſupra mentio facta eſt. Sed anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono novos qvosdam juſſu Jonæ Archiepiſcopi publicarunt articulos Arnas & Jorundus Epiſcopi, qvos anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ejusdem farinæ conſtitutio Arnæ Epiſcopi ſeqvebatur (a), qvæ ut præludium ſubſeqventium innovationum & turbarum reſpicienda ſunt; Nam anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo qvarto novum, inſtinctu & mandato ejusdem Archiepiſcopi, Arnas conſcribi curavit *Jus Eccleſiaſticum*, qvod anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo qvinto in comitiis univerſalibus, præter pauca qvædam Capita, ab omnibus approbatum fuit, & in leges relatum (b). De qvo, tam ipſi Præſules qvam Regii Præfecti eodem anno Regem certiorem fecerunt, qvi ſeqvente mox anno reſcripſit, non obſcure innuens, novum hocce jus ſibi magnopere diſplicere, leges enim condere ſuum & Archiepiſcopi eſſe, non vero cujusvis ſubditi; Archiepiſcopus vero, cujus nutu hæc ſuſcepta erant, omnia confirmavit, & ut cæptis inſtarent Epiſcopi, ſevere mandavit. Qvibus contraria injungentibus reſpondit Arnas Epiſcopus, compoſuiſſe ſe qvidem & evulgaſſe *Jus Eccleſiaſticum*, idqve in Norvegiam, ut a Rege & Archiepiſcopo cenſeretur & confirmaretur, transmiſiſſe, qvod ſe incolis præter eorum voluntatem obtruſurum non fore promiſit. Anno autem milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo Rex Indridum Boggul & Nicolaum Oddi, multa ad Islandos perferentes edicta miſit, qvi perduellionis crimen omnibus intentarunt (c), cauſas ſuas Epiſcopis potiusqvam

(a) Confer Sect. 3. cap. 1. §. 4. & 7.

(b) Hæc fuere Cap. 4. de poteſtate Epiſcoporum in templa eorumqve poſſeſſiones. Cap. 13. de eleemoſynis ſive cibariis in pauperes erogandis. Cap. 33. de fœnore & 38. de excommunicationibus, qvæ ipſo facto contrahuntur.

(c) Diximus ſupra Per. 2. Sect. 1. cap. 1. §. 5. Epiſcopis primitus aut nullam ſpecialem aut valde exiguam conceſſam fuiſſe jurisdictionem; ſed eos cum tempore præſertim ſub

qvam Regiis dijudicandas subjicientibus, insimul prohibentes, neqvis ex novi Juris (a) præscripto, cibarias eleemosynas pauperibus erogaret; de

 festis

sub finem aristocratiæ eandem paullatim sibi arripuisse, qvorum vestigiis non insistebat modo, sed eadem longe supergressus est Episcoporum imperiosissimus Arnas Thorlaci filius, qvi, qvot causas civilis magistratus jurisdictioni subducere & ad solos Episcopos transferre conatus fuerit, ex legis ab ipso conditæ cap. 36. conspicuum est. Cumqve sæpius laïcis se æqvum, qvandoqve etiam indulgentiorem præberet, conf. Sect. 3. cap. 1. §. 50 plurimi ejus arbitrio, declinato Regiorum duriori judicio, causas libenter subjecerunt. Qvibus principiis obstandum ratus qvidem est Rex, sed Episcoporum potentiam veritus, hoc edicto imperiosum Præsulem directe aggredi non ausus esse, sed indirecte per laïcorum latus, qvi suas causas ei submiserunt dijudicandas, eundem petere consultius duxisse videtur. Hinc Indrido Boggul in mandatis dederat " ad vægia til vid Arna biskup. " ɔ: *Arnæ Episcopo connivere.* Confer *Historiam Arnæ episcopi* cap. 22.

(a) Probe attendendæ sunt notiones vocum *christinrettr* & *christindómsbálkr.* Nam licet sæpe occurrant, non tamen unum eundemqve habent significatum. Qvandoqve enim & 1) Sunt mere synonyma ut in *Jure Ecclesiastico vicens.* Edit. Havniæ 1759. Qvod cap. 1. habet. " Her hæfer christindómsbálk sem gánga skal. " Id est: *Hic incipit titulus Juris ecclesiastici qvi observabitur.* Sed cap. ultimo. " Nú er christinn-" rettr talldr slikr sem ver komom minni á. " ɔ: *Jam jus ecclesiasticum recensitum est, prout nobis in mentem venit.*

2) Notant duo diversa ex. gr. Rex Magnus *Lagabæter* circa annum 1280, tam in prooemio *codicis legum Islandicarum*, qvam in inscriptione Tituli seu Libri Secundi expresse vocat eundem *christinndómsbálk.* Sed ejus filius Hacon, in edicto dato 1316. dicit nullum *christinndómsbálk* in eo Codice fuisse, qvem pater ejus Islandis misit. Unde constat, tempore Magni hunc Librum vocatum fuisse *christinndómsbálk*, Licet unicum tantum ejus caput de religione christiana aliqvid haberet. Sed regnante Hacone *christinndómsbálk* notasse integrum Librum seu systema, faciendorum & fugiendorum regulas, ut & transgressorum pœnas continens. Talem enim titulum aut Librum in hoc codice nullum esse manifestum est.

3) Vox *christinrettr* nunc notat integrum Codicem de consvetudinibus Ecclesiasticis & jure Canonico agentem; ut *Christinrettr nye. Christinrettr gamli. Christinrettr Þorláks oc Ketils. Christinrettr Jóns Erchibiskups. Christinrettr Arna biscups* &c. Vel etiam tales omnes constitutiones, qvæ hoc vel illo tempore vim legis habuerunt, ut in hoc Erici Regis edicto. " Allr christendomsrettr ok þær saker sem þar kunna " til at falla. " &c. Vid. supra pag. 413. Litr. D. Qvandoqve autem unicum tantum juris caput aut constitutionem de hac vel illa re, ut in his loqvendi modis. *Christinrettr um tekior presta. Christinrettr um tiunder. Christinrettr um kyrkioeigner. Christinrettr um stadamál.*

4) Et

festis autem sacris, jejuniis & pœnitentiis Episcopo statuendum permiserunt. Qvæ dum in Islandia gerebantur, Rex & Archiepiscopus in gratiam invicem redierunt, & famosissimam Transactionem Tunsbergensem inierunt, qva Rex a se suisqve successoribus leges ecclesiasticas condendi potestatem in Archiepiscopum ejusqve successores penitus transtulit. Qva victoria exsultans Archiepiscopus, Islandorum Episcopis mandavit, ut ejusdem fructibus uti memores, ecclesiæ jura sarta tecta conservarent. Qvo hæc controversia ad tempus sopiebatur, & *Jus Ecclesiasticum Arnæanum* per universam Islandiam acceptatum, vim legis obtinuit.

§. 4.

Mortuo anno 1280. Magno *Lagabæter* successit Ericus vulgo *Prestahatari*, qvi eodem anno Lodinum Lepp & Jonam Nomophylacem in Islandiam misit, ut incolas in novi Regis verba jurare adigerent, novumqve *Legum Codicem* a Magno Rege adornatum introducerent Qvi cum qvædam incolis minus grata contineret, & non pauca, qvæ juri Ecclesiastico adversari videbantur, a multis, præsertim vero Episcopis, Archiepiscopi fretis auxilio & autoritate, tantum non rejectus fuit (a). Tandem

4) Et tandem vox *Christinrettr hinn forni* (Jus Ecclesiasticum Antiqvum) non semper notat *Jus Thorlaco-Ketillianum*, nec Juri Recentiori seu *Arnæano Codici* opponitur, qvi etiam qvandoqve ut jus antiqvum & dudum receptum, recentiorum innovationibus opponitur, ut manifeste fit in Libello supplici ab Holanis anno 1319. Regi transmisso, & Regis ad eos responso, ubi per *Recens Jus Canonicum* intelligenda sunt placita Audini Episcopi, & onera ab illo, & deinceps ab Ormo Præsule, incolis imposita, contra aut præter *Juris Arnæani* aliarumqve antiqvarum legum normam & præscriptum.

Harum distinctionum neglectus, ut & historiæ eccl. Island. non sufficiens peritia, pluribus, qvi de hac disputarunt materia, non parum offecit; Inter alios etiam diœceseos Schalh. Episcopo meritissimo Mag. *J. ARNÆSONIO*, qvod illæsa magni & de literis optime meriti viri. fama dictum esse discupio, qvi in prolixa & operosa valde disqvisitione de legibus canonicis Islandorum, omnia Regum Norvegiæ edicta, qvæ recentiorum Episcoporum onera, scita, & indictiones sub nomine *Nye Christenrettr* prohibent, de legibus ab Arna Episcopo conscriptis unice agere, vocem vero *forn Christenrettr* semper & ubiqve de legibus Thorlaco-Ketillianis accipi debere magnopere contendit, qvod secus se habere dicenda docebunt.

(a) Arnæ Episcopi Vita cap. 28. " Herra biskupinn villdi eigi sanþyckia þær greiner at
" einn

dem tamen post longam disceptationem ad pacta descensum est, qvibus codex ab incolis receptus, & Episcopis qvædam, qvæ petierant, concessa fuerunt. Sed cum controversia de præbendis simul vigeret, qvæ ab authoritate hujus *Juris Ecclesiastici* pendebat (a), &, componi non posset, lis mox renovabatur, tantoqve ardore contendebatur, ut Episcopi haud paucos diris devoverint, qvibus Rex edictum qvoddam (b) opposuit, cui Arnas ne latum qvidem ungvem cedere voluit; Jörundus autem anno 1283. Regi scripsit, placere sibi omnia de legibus ecclesiasticis & præbendis, si in eodem manerent statu, qvo fuerunt sub Rege Hacone & Sigurdo Archiepiscopo. Cui respondit Rex edicto, qvo verbis & propositione Præsulis non utitur, sed omnibus notum facit, se cum Jorundo Episcopo aliisqve Episcopis de jure ecclesiastico transegisse, eo modo ut omnia

---

" einn væri laugmadr yfer landzlaugum ok gudzlaugum, ei helldr at kóngr ætti sekt " á villu. edr veralldliger dómarar skylldu segia lög yfer hiónabandzmálum. oc ei at " þar væri svo mörg óbótamál. " Id est: *Dominus Episcopus illis articulis consentire noluit, ut unus* (idemqve) *Nomophylax legibus præesset civilibus & canonicis; nec qvod Regi ob hæresin multa competeret; nec qvod Judices seculares de causis matrimonialibus jus dicerent; nec tandem qvod tot essent delicta inexpiabilia.* Et cap. 29. " Þá let Arni biskup upplesa bref Jóns erkibiskups — oc mælti: ek mon eingum " þeim lut játa sem móti er hans vilia oc bodi. Þvíat biskup skal lög segia um öll " mál oc yfer öllum saukum sem tilheyra heilagri kirkio. prósa þær oc dæma. enn " eigi leikmenn. " Id est: *Tum Arnas Episcopus literas Jonæ Archiepiscopi recitari fecit — & dixit: Nulli rei contra ejus voluntatem vel mandata assensum præbebo; Episcopi enim est jus dicere de omnibus causis & delictis qvæ sanctam ecclesiam concernunt, illa examinare & judicare, non autem laïcorum est.*

(a) Ad §. præcedentem (b) notavimus, *qvænam* capita *Juris Canonici* incolæ primo, sive ante annum 1277, approbare recusarint. Sed jam anno 1280. de omnibus penitus transactum fuit, præter caput qvartum, qvod agit de templis & templorum possessionibus, de qvibus in hunc modum loqvitur. " Biskup var skal kirkium ráda ok sva " öllum eignum þeirra ok öllum christnum, dómi sva ok tíundum ok tilgiöfum þeim, " sem menn gefa gudi ok hans helgum mönnum löglega sier til sáluhiálpar, þvíat " ecke vald meigu leikmenn yfer slíkum hlutum eiga utan biskupa skipan. " Id est: *Templa & omnia eorum bona, & omnes res sacræ, decimæ & expensiones qvæ in Deum & sanctos ad propriam suam salutem juste conferuntur, penes Episcopum nostrum sunto, nulla enim in has res laïcis potestas competit, sine mandato Episcopi.* Qvod instar eridos pomi inter clerum & laïcos fuit usqve ad annum 1297, qvo tandem sedata est hæc controversia.

(b) Vid. supra pag. 413. Litr. D. Qvod edictum cum sit sine adscripto anno & pleraqve apographa, qvæ ad nos pervenerunt, datum omittant, nos ad annum 82. referimus.

omnia in eodem ſtatu manerent, qvo fuerint ante transactionem anno 1277. Tunsbergi factam (a). Qvæ verba utriqve in ſuam trahebant partem. Laïci enim contendebant hoc modo antiqvatum eſſe novum illud jus eccleſiaſticum de jure præbendarum a laïcis in ſacerdotes transferendo ab Arna Epiſcopo anno 1275. compoſitum, qvod Tunsbergi 1277. confirmatum fuerat. Præſul autem hoc a ſe conſcriptum jus ab incolis receptum fuiſſe biennio ante conventum Tunsbergenſem, ideoqve non tum primum in leges relatum fuiſſe. Sed edictum eas tantum leges annihilatum ire, qvæ ibidem & poſtea ſancitæ fuerunt, tantaqve contentione res acta eſt, ut etiam diris & devotionibus pugnaret, ut ex hiſtoria perſonali Arnæ Epiſcopi percipere eſt. Nec ſopiri potuit controverſia, priusqvam anno 1297, cum Jorundus Archiepiſcopus gravi cum Canonicis Nidaroſienſibus controverſiæ innodatus, Regiqve cedere coactus, Arnæauctor fuit, ut cum Rege de lite præbendaria contraheret, qvo omnis de Arnæano Jure Eccleſiaſtico in diœceſi Skalholtina ſublata fuit controverſia (b), adeo, ut qvæcunqve de eadem re poſthac acta ſunt, ad Holanam tantum pertineant; unde ſeqvitur eadem Juri Arnæano haud qvaqvam oppoſita eſſe.

§. 5.

Anno 1299. Erico in Norvegiæ regno ſucceſſit Hacon Magni filius, cui Sveno Thorſteni, Alfus de Kroke (c), aliiqve ex Islandia, partim vera, partim falſa detulerunt; inter alia, qvod Jörundus Epiſcopus pauperes debita portione decimarum, balænarum & piſcium, qvi diebus feſtis caperentur, defraudaret, cujus avaritiam reprimere Rex ſuum eſſe ducens, eidem

---

(a) Vid. ſupra pag. 412. Litr. C.

(b) Conf. Sect. 1. cap. 3. §. 3.

(c) *Laurentii Vita* cap. 15. " Þá kom Krókálfr aptr af Iſlandi og ſagde kóngi margar " nýungar. " Id eſt: *Tunc Krokalfus de Iſlandia redux Regi multa nova retulit.* Cap. 16. " Þá kom enn út til Iſlandz Alfur úr Króki. hafdi mörg kóngsbref og " margar nýúngar. " Id eſt: *Tunc Alfus de Kroko in Iſlandiam iterum redux multas literas regias & multas novitates attulit.* Confer *Annales Flatejenſes* & *Antiqvos*, qvi his conſonant, innuuntqve Alfum & Svenum Longum aliosqve multa retuliſſe " ſumt ſatt ſumt ödruvíſe. " Id eſt: *Qvædam vera, qvædam ſecus.*

eidem peculiare opposuit edictum (a), qvod nihil de codice agit Arnæano, neqve eundem prohibet, sed tantum abusus & injustitiam, cujus Jörundus Episcopus insimulabatur. Jörundo autem circa annum 1312. successit Audinus Ruffus natione Norvegus, qvi legum & consvetudinum Islandiæ ignarus, aut earundem contemptor, omnia, aut ad mores Norvegicos, aut ad proprium arbitrium instituere & reformare voluit, & contradicentes excommunicavit, cujus innovationibus Rex primo opposuit edictum, antiqvum Jus Ecclesiasticum confirmans, jussitqve ut omnia legibus, non excommunicationibus agerentur (b). Tandem vero cum hæc nihil proficerent, gravissimum transmisit edictum datum anno 1316, qvo manifeste prohibet, ne codices Juris Ecclesiastici a patre suo, aut Jona Archiepiscopo, conscripti & evulgati in Islandiam introducantur, sed ad ejus præscriptum, qvi ante has innovationes in usu fuerit, causæ discernantur, injungit (c). Hæc omnia Audinus susqve deqve habuit, ut ex qverela & relatione Holanorum anno 1319. ad Regem transmissa patet (d), qvæ in apricum profert, & omnium oculis pandit, famosam illam de *Jure Ecclesiastico* Islandorum controversiam, qvæ hoc tempore viguit, nihil ad *Codicem Arnæanum* pertinuisse, sed tantum ad injustas Holanæ diœceseos Episcoporum exactiones & innovationes referendam esse, qvas sub nomine *Novi Juris Ecclesiastici* Norvegiæ Reges toties prohibuerunt, qvod etiam ex dicendis adhuc clarius innotescet.

§. 6.

Supplici huic, de qvo mox egimus, Holanæ diœceseos civium libello, per Ketillum Thorlaci tum temporis totius Islandiæ Præfectum & No-

(a) Vid. supra pag. 417. Litr. A.

(b) Vid. supra pag. 413. Litr. D.

(c) Vid. supra pag. 422. Litr. C. Exstat etiam Regis Haconis edictum supra pag. 419. Litr. B. qvod post ejus fata in Islandiam misit Magnus Erici filius, de qvo ut & aliis, qvorundam sententia est, qvod Norvegis primum scripta fuerint, sed oblata occasione & similitudine causarum, eadem post aliqvot annos ad Islandos transmissa fuisse, qvam, cum non omnino sit vero dissimilis, negare non audemus.

(d) Vide infra Sect. 3. cap. 2. §. 13.

& Nomophylacem perlato, Magnus Erici, qvi avo ſuo Haconi ſucceſſerat, edicto, dato anno 1320 ſex noctibus poſt vigiliam Botolphi, respondit (a); ſed qvando & qva occaſione duo ante allata edicta propoſuerit, nobis ignotum eſt (b). Sunt qvi ea ad hunc referant annum, ea forte inducti cauſa, qvod ipſe Præfectus & Nomophylaces in Norvegia præſto erant, qvos ſibi & patriæ hæc edicta expetiiſſe putant; Qvidam vero ea ad tempora Ormi Epiſcopi detrudunt, qvorum cum neutri omni deſtituantur probabilitate, & parum referre videatur, utrum ſtatuatur, nos in medio relinqvimus. Intermedio enim tempore, a morte Audini anno 1321. usqve ad Ormum Epiſcopum, qvi anno 1343. cathedram Holanam aſcendit, ne verbulum qvidem de novo jure Eccleſiaſtico dictum fuiſſe videtur; Nam Laurentius Kalfi filius & Egillus Ejolfi, natione uterqve Islandus, patriæ conſvetudinibus & *Juri* Arnæano, ut dudum recepto, ſuas actiones accommodabant. Sed mox ubi Ormus Holanam, & Jonas Sigurdi Schalholtinam, calcare cœperunt Cathedras, controverſia recruduit. Uterqve enim, neglecto jure Arnæano aliisqve patriæ conſvetudinibus, Audini more varias indictiones & inſolita expenſa incolis imponere cœperunt, ut ex eorum hiſtoria perſonali diſcere licet. Unde nata ſunt, præter mox memorata Regis Magni edicta, qvorum tempus in medio relinqvimus, regia mandata & reſcripta, qvæ ſupra pag. 433. Lit. D. & p. 436. Lit F. exhibuimus. Id autem certum eſt, qvod hæc controverſia penitus ſepeliri non potuit priusqvam anno 1356, qvo Rex edixit, ut idem obſervarent, & pro lege obligante agnoſcerent Holani jus Eccleſiaſticum, qvod tum temporis in diœceſi Schalholtina vim legis habuit, qvod fuit *jus* ab Arna Epiſcopo anno 1274 conſcriptum (c), & anno 1275 in leges publice receptum

(a) Vid. ſupra pag. 429. Lit. A.

(b) Vid. ſupra pag. 430. Litr. B. & pag. 435. Litr. E.

(c) Magni Regis edicta & litteras Ormo Epiſcopo datas vide ſupra Sect. 1. cap. 5. Qvarum ultimæ Litr. F. de legibus eccleſiaſticis Iſlandicis clariſſime loqvuntur. Qvæ ſi accurate conferantur (α) cum Jonæ Haltoridæ litteris datis anno 1326. in vigilia Apoſtolorum Simonis & Judæ: " Nú af því menn greini ei leingr á um þetta, og ad " öllum mönnum ſe vor vilie kunnigr, þá ſtadfeſtum vier med þeſſu voru brefi og " endurnýjam giörd og ſkipan hinna fyrri biſkupa, einkanlega andlegs födurs vors " herra Arna biſkups Þorlákſſonar, ſem hann giördi med bodi og yferſýn virdug- " legs herra Jóns Erkibiſkups í Nidaróſi." Id eſt: *Ne igitur hac in re diſſidimus diutius*

ceptum & relatum, qvod exinde per totam Islandiam, usqve ad tempor reformationis, pro indubia lege habitum fuit.

§. 7.

Præcipuæ, qvas movent contradicentes, objectiones, fundatæ ſunt in Regiis, qvæ attulimus, edictis, qvæ Islandos, novum, imprimis vero illud a Jona Archiepiſcopo conſcriptum *Jus Eccleſiaſt.* accipere prohibent, jubent autem vetus, qvod tempore Regis Haconis & Sigurdi Archiepiſcopi invaluit, retinere & pro lege obligante agnoſcere, qvorum reſolutio ex ſupra dictis & explanatis facile promi poteſt; Id tantum hic addimus, qvod pleræqve conſtitutiones & conſvetudines, qvas Arnas anno 1274. ſcripſit, & ſuo codici inſeruit, tempore Haconis & Sigurdi, id eſt

diutius interſit, & ut omnibus noſtra voluntas nota ſit, his noſtris literis confirmamus & renovamus acta & conſtitutionem Epiſcoporum prædeceſſorum (noſtrorum), *imprimis vero ſpiritualis noſtri patris, domini Arnæ Epiſcopi Thorlaci filii, qvam ex mandato & ſub auſpiciis reverendi domini Jonæ Archiepiſcopi Nidaroſienſis tulit.* Et (β) Gyrderi Epiſcopi litteris datis 1354. biennio tantum anteqvam Rex hoc propoſuit edictum, ita ſonantibus. " Saker þeſſ þad er bædi fornt lögmál og nýtt, ad þar lúkiſt tíund af " hvörri jördu, ſem hún liggr í ſókninni, oc Chriſtinrettr ſeger ſvo, at þeim er rett " tíundar heimta, ſem á jördu býr, ſá ſem ſamþycktr hefer verit um allt ſkálholltz " biſkupsdœmi, ſo af lærdum ſem leikum. " Id eſt: *Cum leges tam antiqvæ, qvam recentiores ferant, ut decimæ de qvacunqve villa pendantur, ubi in parochia ſita eſt, ſed jus eccleſiaſticum ita dicit:* incola prædii decimarum juſte poſtulatur, *qvod* (jus eccleſiaſticum) *per totam diœceſin Skalholtenſem, tam a clericis, qvam a laïcis, approbatum eſt.* Hactenus ille; nam reliqva huc non ſpectant. Hæc, inqvam, ſi debite obſerventur, ac cum Codice Arnæano conferantur, manifeſtum fit Jonam Haltoris loqvi de codice Arnæano, nam ejus verba deſumta ſunt ex ejusdem cap. 26. Similiter & Gyrderum, cum hæc periocha, " Rett er heimt tíund at þeim ſem á jördu " býr " id eſt: *incola prædii decimarum juſte poſtulatur*, in nullo Iſlandorum jure canonico occurrat, niſi in Arnæ Epiſcopi codice cap. 14. Præterea Gyrderus expreſſe fatetur, hunc codicem ab omnibus tam clericis, qvam laïcis, in diœceſi Skalholtenſi pro indubitata lege agnoſci & receptum eſſe. Qvod etiam plurium Epiſcoporum Skalholtenſ. verba & exempla comprobant, ut & Holanorum, qvi poſt annum 1356. vixerunt, qvæ ad ſatietatem produximus in *diatribe de Legibus Eccleſiaſticis Islandorum* unde hæc excerpta ſunt. Sed ex allatis talis fluit concluſio. Qvodcunqve Jus Canonicum circa annum 1356. in diœceſi Skalholtina vim legis obtinuit, & ab omnibus pro lege obligante agnitum fuit, illud, & nullum aliud, ex regio mandato per univerſam Iſlandiam valere, & pro lege obligante agnoſci debuit. Atqve codex Arnæanus ita — Ergo.

anno 1252 in uſu & pro legibus agnitæ fuerint; Frivolum etiam eſſe putamus qvod ſtatuunt *Jus Eccleſiaſticum*, qvod Jonas Archiepiſcopus Norvegis obtruſit, idem eſſe, ac qvod Arnas in Islandiam introduxit, cumqve Rex *Codicem* Jonæum abrogaverit, ſeqvi volunt, qvod Arnæanum eodem edicto ſuſtulerit; Sed errant. Nam ſimilia qvidem hæc jura ſunt at nihilo minus diverſa, 1) Ratione temporis & loci; Arnas ſuum conſcripſit codicem in Islandia anno 1274, eundemqve in leges referri curavit anno 1275; Sed Jonas ſuum in Norvegia, poſtqvam in Concilio Provinciali Bergis anno 1280, ab Epiſcopis approbatus fuerat, evulgavit, & Norvegis obtruſit; unde liqvet Arnam ſuum ex codice Jonæo derivare non potuiſſe; ſed abſurdum eſt cogitare Archiepiſcopum ſuum ex Arnæano hauſiſſe. 2) Ipſe Arnas fatetur in epiſtola Regi ſcripta, compoſuiſſe ſe jus Eccleſiaſticum ſvaſu & impulſu Jonæ Archiepiſcopi, ſed nunqvam dicit Jonam ipſius authorem eſſe, qvod certe non tacuiſſet, nec ſpirante & florente adhuc Archiepiſcopo, talem ei honorem detraxiſſet, & ſibi appropriaſſet, ſi non revera ipſi proprius fuiſſet. 3) Fatetur Arnas ſe ſuum ex novis decretis compilaſſe codicem, per qvæ intelligimus Jus Canonicum Romanorum (a) & ex illo conflatas Conſtitutiones Archiepiſcoporum Nidaroſienſium; ipſe enim Jonas, cum Arnæ, ut hoc opus aggrederetur, auctor exſtiterat, dono dederat Decretalia cum Apparatu, ex qvibus plurima Arnam hauſiſſe haud ambigimus; Præterea ſuos Doctores & Authores laudat; Magiſtr. *REMUNDUM* & ex Mag. *GOTHOFREDO* qvædam adfert; Sed *Jus Eccleſiaſticum Jonæum* nunqvam laudat aut nominat

(a) Qvænam fuerint *decretalia* cum Apparatu (ut loqvitur Author *Vitæ Arnæanæ*) qvæ Archiepiſcopus Arnæ Epiſcopo dono dedit, qvibus ad compoſitionem hujus operis, ut ipſe fatetur, uſus eſt, non liqvet, cum plures exſtiterint Decretales; nos ſubit cogitare fuiſſe recentiſſima Pontificum Romanorum Reſcripta & Decreta a *RAIMUNDO de PENNA FORTI* in 5 libros diſtincta, qvæ communiter vocantur *Decretales Extravagantes.* Hæc Arnas itidem vocat *Nova Decreta*, qvod recens collecta, & reliqvis *Decretalibus* juniora eſſent; Confirmat hanc Sententiam, qvod *Summa* Magiſtr. *Raimundi* aliqvando in hoc opere allegatur, qvam etiam puto eſſe *Summam de caſibus pœnitentialibus* in qvatuor libris ab eodem hocce *RAIMUNDO* adornatam. Sed qvisnam fuerit Mag. *GOTHOFREDUS*, qvem etiam appellat, divinare non poſſumus, cujus, ad indicandum, qvinam caſus converſationem cum excommunicato excuſent, ſeqventes adferunt verſus:

Utile lex humile res ignorata neceſſe
Nec Anathema qvidem faciunt ne poſſit obeſſe.

minat, qvod sane erga magistrum & patronum magna fuisset ingratitudo & injuria, qvæ Archiepiscopo bilem merito movere potuisset. Sed qvod *Jus Thorlaco-Ketillianum* nunqvam nominat, licet ex illo plurima in suos usus verterit, haudqvaqvam mirum est, cum illa, ut antiqva, omnibus nota essent, & nemo ei de illis litem moveret 4) Ipse Rex Magnus in epistola, ad Arnam & Islandos anno 1276. transmissa, haud obscure Archiepiscopum excusat, sed Arnam temeritatis objurgat, qvod sine suo consensu hunc codicem evulgaverit, dicens sui & Archiepiscopi esse leges condere, non vero cujusqvam alius subditi, qvod (ut verisimile sit) non fecisset, si scivisset Archiepiscopum hujus legis authorem esse. 5) Multa continent hi codices dissimilia, diversa, & tantum non contraria, qvalia sunt, totum decimandi negotium, qvod apud Norvegos & Islandos est dissimillimum; numerus festorum non utrobiqve idem, neqve de eorum celebratione eadem præcepta; nam qvemadmodum Norvegi ignorarunt bina Thorlaci & Jonæ Ogmundini festa, qvæ Islandi summa devotione honorabant, ita etiam Islandi festum Coronæ Spineæ, Sti. Hallvardi, & Botolphi non curabant, qvæ a Norvegis sacrosancta habebantur. *Jus Ecclesiasticum Jonæum* numerabat 35. causas, qvæ ipso actu excommunicationem mereri putabantur; *Arnæanum* vero sedecim tantum agnoscit, ex qvibus non nisi tredecim enumerat, qvod Jonas probe cognoscens, circa annum 1280, sua Islandis obtrudere voluisse videtur, qvod non opus habuisset, si *Arnæani Codicis* author fuisset; Qvæ omnia exempli tantum & probationis loco hac vice proposuisse sufficere videtur. 6) Non magis seqvitur, qvod *Codex Arnæanus* sit a Jona Archiepiscopo compositus, licet ejus svasu & instinctu sit conscriptus, qvam qvod *Codex Thorlaco-Ketillianus* sit ab Adsero Archiepiscopo adornatus, eo qvod ejus svasu & instinctu concinnatus est, nec qvoniam multa similia & eadem fere continet, ac codex Jonæus; nam si id argumentum valeret, *Jus Ecclesiasticum Arnæanum* non esset diversum a *Jure Ecclesiastico Thorlaco-Ketilliano*, ex qvo plurima & qvidem verbo tenus transscripta habet. Similitudo autem inter Codices *Jonæum* & *Arnæanum* partim provenit ex eo, qvod uterqve ex iisdem derivatus est fontibus, partim inde, qvod utriusqve regionis Norvegiæ & Islandiæ œconomiæ similitudo, similes expostulavit leges, & tandem, qvod dudum post utriusqve auctoris fata, multa a posteris ex Jonæo, perinde ut aliorum Episcoporum, puta Eilifi Archiepiscopi, Jonæ Halthoris, Gyrderi, aliorumqve constitutionibus Arnæ-

ano inserta sunt. Diversa autem sunt ratione auctoris, temporis promulgationis, & materiæ, qva tantum differunt, qvantum idem a simili: Alia huc facientia hac vice libens prætereo, nam parum ad rem facit, qvicqvid hac de re statuatur, cum in professo sit, Codicem Arnæanum a Magno Erici filio confirmatum fuisse, ut supra probatum fecimus.

§. 8.

Qvantum suam Episcopi potentiam auxerint, qvantumqve ab anno 1123. ad annum 1275. suam extenderint jurisdictionem, inde liqvet, qvod tum temporis nulla prorsus illis concessa fuit specialis jurisdictio; jam vero non specialem modo sibi appropriarunt juris dicendi potestatem; sed etiam plurimas, qvæ accidere potuerunt causas, ad eandem spectare contendebant, qvales fuerunt, omnes omnium templorum & clericorum causæ & lites, qvocunqve tandem modo illos illorumqve jura tangebant, de decimis, votis, testamentis & donationibus in pios usus, de templorum, eorumqve bonorum immunitate & privilegiis, de securitate peregrinantium, de conjugio & conjugum litibus, & qvibusvis inde dependentibus, de legitima genitura, mulierum constupratione, incestu, adulterio & scortatione, perjurio, fœnore, hæresi, incredulitate & id genus aliis, qvæ in *Jure Ecclesiastico* nominantur; sed qvam terribile hocce tribunal fuerit, inde potest colligi, qvod dabantur etiam causæ, in qvibus superiorem appellare non licuit. ex. gr. Qvi rapinæ insimulabatur; Causa continuati adulterii; Qvi in jus vocatus venire non sustinuit; Si parvæ causæ impendia ipsius causæ reatum superent; Qvi devotus fuerat, & Episcopi opera absolutus; Et ejus modi plura, qvæ enumerare inutile videtur. Confer, si lubet, *Jus Eccles.* Cap. 37-38.

§. 9.

Qvam certum est, hujus & prioris Periodi Episcopos suam jurisdictionem dilatasse, suumqve adeo auxisse imperium, ut Reges publicis edictis & minis eorum imperiositatem compescere necessum duxerint, vix enim ulla exstitit causa, cui se non immiscere conarentur, ut ex collatione Cap. 36. *Juris Eccles. Arnæani* cum ipsa historia colligi potest; ita incertum est, qvalem in negotiis forensibus usurparint procedendi modum,

cum

cum talia eorum acta nulla ad nos pervenerint; valde autem videtur verisimile, ineunte hac Periodo, eundem, ac qvem fupra memoravimus, morem in ufu fuiffe, fcilicet, qvod de rebus plurimis, verbo tantum, aut edictis, adjecta excommunicationis comminatione, ftatuerint; fed de majoris momenti rebus, qvæ ad cæremonias ecclefiafticas, aut ipforum commoda & honorem fpectabant, convocatis ad fedem epifcopalem cleri Primatibus, fuo & concilii nomine, ut eo majorem eorum fcita & conclufa apud vulgum haberent auctoritatem & venerationem, fcriptas edidiffe conftitutiones (a) liqvido conftat. Primus, qvi more Norvegico (ut loqvuntur Annales) fynodos & judicia, circa annum 1346 inftituit, fuit Jonas Sigudi Epifcopus Schalholtinus; Sed qvid hic per Norvegicum morem intelligendum fit, non fatis conftat; Interim, dum certiora difcimus, conjicimus eum primum dicam fcripfiffe, certum diem & locum reo ad dicendum caufam conftituiffe, deinde convocato Clero, auditis utriufqve partis inftantiis, fecundum plurimorum vota, fententiam dixiffe. Sed fateor omnia hæc meras effe conjecturas. Qvod autem talis procedendi modus in Norvegia circa hæc tempora ufitatus fuerit, probari poffe videtur exemplo Jonæ Archiepifcopi, inter Arnam Epifcopum & laïcos de lite præbendiaria difcernentis. Omnium, qvod noftras in manus incidit, antiqviffimum hujus generis documentum eft Jonæ Calvi Holenfis Epifcopi judicium factum & exaratum anno 1377, ubi eodem fere modo, ac mox diximus, ipfe Præful fententiam decifivam pronuntiat, qvam Affeffores, qvorum nomina ibidem recenfentur, unanimiter confirmant (b). Sed ut Præpofitorum aut inferiorum Magiftratuum Ecclefiafticorum jurisdictionis, ita etiam appellationum nulla aut perrara mentio occurrit, nifi forte ad tribunal Archiepifcopale, aut Epifcopale, cum laïci nimias fibi a facerdotibus pœnitentias injungi qvererentur.

§. 10.

(a) Tales putamus effe Magni Epifcopi Conftitutionem factam anno 1224, Arnæ Epifcopi 1271, Jonæ Halthoris 1326, Gyrderi 1359, qvarum hæc eft infcriptio: " Bod þeffi " voru fett af herra N. bifkupi, oc í fampyckt tekenn á preftaftefnu. " Id eft: *Hæc præcepta a Domino N. Epifcopo fancita funt & in fynodo approbata.* Vel etiam: " Skipadi virduglegr herra N. in Synodo &c. " Id eft: *Reverendus Dominus N. in Synodo præcepit.*

(b) Vid. infra Sect. 4. cap. 6.

§. 10.

Ut Ecclesiæ Islandiæ Inspectores Archiepiscopi Nidrosiensis incolarum salutem sibi curæ cordiqve esse ostenderent, plus simplici vice in Islandiam visitatores transmiserunt, qvi non tantum de monasteriorum & templorum conditione & possessionibus, sed de populi seu Incolarum statu, scilicet plebejorum vita, in salutari doctrina informatione, monachorum & sacerdotum moribus & eruditione, & ipsorum deniqve Episcoporum vigilantia & administratione officii severe & accurate inqvirere, in mandatis habebant, qvod non minus laudabile, qvam utile, institutum felici successu semper caruit. Primus talem anno 1307 Jorundus Archiepiscopus instituit inqvisitionem, mittendo in Islandiam Laurentium Kalfi, natione Islandum, & Biornum qvendam ex Prædicatorum Ordine monachum, qvi universa dioecesi Schalholtina permeata, paucos tantum indoctos clericos ab officio removerunt, sed in Holana ditione, licet plures enormitates reperirent, versutia tamen Episcopi factum est, ut ipsi Visitatores inter se discordes, ab invicem discederent, & totum visitationis opus in auras abiret. Alteram circa annum millesimum trecentesimum qvadragesimum adornavit visitationem Paulus Archiepiscopus, qvi Aslacum Canonicum Nidarosiensem, magnis speciosisqve instructum mandatis, in Islandiam misit, qvid autem præstiterit, nescitur; verosimile est eam etiam incassum abiisse; uterqve enim Episcopus, Jonas Indridi Skalholtensis & Egillus Holensis, in qvos se etiam imperium habere legatus ferebat, hoc eodem anno mortui sunt. Tertiam deniqve talem anno 1358 amandavit legationem Olaus Archiepiscopus, cujus Capita erant Ejolfus Brandi Canonicus Nidarosiensis & Eisteinus natione Islandus, ampla habentes mandata, qvi, ut ex annalibus patet, non tam de animarum salute, qvam de siclo soliciti erant, omnibus enim, qvi excogitari potuerunt, modis, qvoruncunqve, tam laicorum qvam clericorum, loculos pecunia emungebant, sub speciosa Ecclesiasticæ Visitationis larva, detestandam simoniam exercentes; tandemqve, cum Eisteinus Episcopum Skalholtinum probrosis carminibus proscidisset, totum hoc negotium infaustum & scandalosum exitum habuit, ut suo loco in historia personali dicendum erit (a).

§. 11.

(1) Vid. *TORFÆI Hist. Norv.* Tom. 4. libr. 8. cap. 5. pag. 421. & infra Sect. 2. cap. 2. §. 2. & Sect. 4. cap. 3. §. 4. sqq.

§. 11.

De reliqvis facris ordinibus nihil novi adfcribere poffumus; *Mores* eorundem perditos fuiffe, exempla non pauca ab annalium fcriptoribus notata, dubitare non finunt (a): Fuiffe tamen haud dubie multos bonos & pios malis impiisqve commixtos, certum eft. Conjugii interdictio haud paucis laqveus & peccandi occafio fuit, unde tot monita, minæ & conftitutiones, facerdotum concubinatui oppofitæ, fed qvæ perparum profuerunt; Graviffima, qvæ huic malo imminebat, pœna, videtur fuiffe in concubitu genitorum a beneficiis ecclefiafticis exclufio, adeo, ut facerdotum nothis ad nullum facri ordinis honorem aut officium aditus pateret: fed poteftatem eandem difpenfandi Audinus Rufus a Pontifice nactus, haud paucos talium in Schola Holana informari curavit, qvi inde dimiffi & facro ordini adfcripti, ecclefiæ proficui evaferunt (b). De populi feu auditorum fide & vita, ex his qvæ dicta funt, facile concludi poteft, multorum religionem in rituum & externi cultus obfervatione maxima ex parte conftitiffe.

§. 12.

Religio, feu de deo rebusqve divinis doctrina in eodem ftatu manfit, & cæremoniæ ecclefiafticæ pari fere modo obfervatæ fuerunt, ac fub fuperiori periodo. Præcipuum autem religionis caput fuit cultus numinis externus, ad normam in ecclefia catholica receptam, adornatus

(a) De monachorum & monialium fcandalofa vita teftantur exempla Arngrimi Abbatis Thingorenfis, Monachorum Thichvabajenfium Eifteini & Arngrimi, & facræ Virginis Kyrkebajenfis, qvam Jonas Sigurdi vivam comburi curavit. Tales etiam inter facerdotes inventos effe, apparet ex exemplis cleri Schalholtenfis, qvi qvendam fui ordinis ipfa Epiphanias Vigilia in templo cathedrali occiderunt. Similiter & plebs fe geffit, nam anno 1296 novem homicidia patrata effe leguntur, anno 1333 Thorleifus qvidam Thorbiornum facerdotem, facris ad aram operantem transfixit, & mox femet ipfum. Cujus modi plura congerere fuperfedemus. Conf. Sect. 3. cap. 5. §. 1. & noftram *Hiftor. Monaft. Island.* cap. 4. §. 14.

(b) Talem conftitutionem exftitiffe, licet eam nunqvam videre contigerit, fidem facit *Vita Laurentii*, qvæ refert, Audino a Pontifice poteftatem difpenfandi conceffam fuiffe. Conf. ibidem cap. 35.

tus & inſtitutus, qvantum regionis & incolarum conditio permittebat, præter admodum pauca, qvæ in circumſtantiis & cæremonialibus innovata fuiſſe obſervamus, qvæ hic recenſebimus, in reliqvis vero curioſo lectori ad antecedentis periodi Sect. 1. caput 1. recurrendum erit.

§. 13.

Priusqvam de qvovis dogmate aut cæremonia ſpeciatim agere aggredimur hic inſerere libet generalem *Fidei Confeſſionem* (a) ſeu Symbolum, qvod publice factum & ab omnibus in univerſalibus Comitiis anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo qvinto receptum fuit, ita ſe habens:

In nomine domini, Amen. Nos Chriſtianos decet credere in unum Deum Patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ, & in unicum ejus Filium eundem illum deum, dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qvi conceptus eſt a Spiritu Sancto & natus ex Maria Virgine, paſſus ſub Pilato, crucifixus, ſepultus, deſcendit ad inferos, ſed tertia die reſurrexit a mortuis, converſatus deinceps hic in terris qvadraginta dies, usqve dum aſcendit in cœlos, ſedet jam a dextris dei, unde venturus eſt ad judicandum vivos & mortuos. Nos decet etiam credere in Spiritum Sanctum, qvi eſt verus & idem deus cum patre & filio, & qvod unica ſit ſancta Eccleſia, qvæ eſt cœtus omnium chriſtianorum; debemus credere qvod peccata noſtra in baptiſmo condonentur, etiam illa, qvæ deinde patramus, ſi nos eorum pœnitet, eademqve paſtori confitemur, & pro qvibus ſatisfacimus juſſu clericorum, qvi id muneris ſibi ab eccleſia demandatum habent. Oportet etiam credere, nos a mortuis reſurrecturos, qvemcunqve cum eadem anima & corpore, qvæ jam habemus, mercedemqve accepturos ſecundum opera, qvæ hic fecimus, bonos æternam lætitiam in regno cœlorum, malos autem æternos cruciatus in inferno.

Qvicunqve

(a) Hæc confeſſio, qvæ ex *Juris Eccleſiaſtici, Arnæ Thorlaci filii*, cap. 40 deſcripta, abunde teſtatur, qvantum confeſſioni, abſolutioni & ſatisfactioni tribuerint, de pretioſiſſimo autem merito Chriſti & fide ſalvifica, ſine qva nulla ſalus, ne verbulum qvidem habet. Exſtat qvidem alia publica fidei confeſſio in *Codice legum Islandicarum* impreſſo, Tit. de vera Religione, cap. 1. facta anno 1280, ubi hæc leguntur verba: *Credimus qvod peccata remittantur ex gratia & miſericordia Dei, per meritum Jeſu Chriſti, ſed non per ulla bona opera.* Sed variata eſt illa confeſſio, & hæc ſententia ſine dubio addita a Domino Gudbrando Thorlaci filio Epiſcopo Holenſi, qvi primus librum edidit. Confer etiam Confeſſ. fidei ſupra pag. 518. Litr. M. exhibitam.

Qvicunqve aliter credit aut non manet in hac fidei confessione, sine omni dubio in æternos cruciatus descendit. Idiotis, qvi universam hanc fidem satis perspicue explicare nesciunt, neqve officii aut ordinis ratione ad id obligati sunt, sufficit, si credunt qvod sancta ecclesia credit, & licet aliter credant, qvam debent, non tamen ideo sunt hæretici, si modo persvasi sunt ecclesiam non aliter credere, firmiterqve volunt eadem credere, qvæ illa credit. Debemus etiam vitare septem capitalia peccata, qvalia sunt, ambitio, immodica libido extra conjugium; nimietas in cibo & potu, invidia, desidia in officio seu operibus divinis, magia & illicitum fœnus; qvi enim hæc habet, aut unum horum non confessum, nec ex consilio doctorum expiatum, si in illis moritur, modo tempus ad expiandum seu satisfaciendum concedatur, abibit in æternos inferni cruciatus.

§. 14.

In ipsa *Baptismi* administratione, infans, si fieri potuit, ter in aqvam immergi debuit cum pronunciatione verborum: *Ego baptiso te in nomine patris & filii & spiritus sancti*, qvibus omnino nihil addi neqve detrahi debuit, neqve alio liqvore, qvam aqva, baptisare licuit; rite etiam baptismus administratus censebatur, licet infans semel tantum in aqvam immergebatur, vel aqva affunderetur aut aspergeretur. Qvi vero a laicis in casu necessitatis baptisati fuerunt, sine crucis signatione (*primsigning*), templo inferebantur, & oleo in pectore & tergo ungebantur, adhibitis reliqvis cæremoniis, excepto exorcismo; Infans autem non rebaptisatus fuit, nisi sacerdos de baptismo, an rite administratus esset, dubitandi causam haberet, tunc infantem, adhibito signo crucis, hac formula baptisare debuit: *Si baptisatus es, non te rebaptiso; Si vero non es baptisatus; Ego baptiso te in nomine patris, filii, & spiritus sancti.* Baptismum ultra qvinqve dies procrastinare non licuit, qvi secus fecit, episcopo sex uncias argenteas solvere debuit. Qvicunqve septennis, si modo rationis compos fuit, formam baptisandi callere debuit, sin minus, episcopo ob negligentiam tres marcas solvere tenebatur (a).

(a) Reliqva, cum antea relatis ritibus ad amussim concordent. Hæc autem ex *Juris Canonici recentioris* cap. 1. & Constitutione Eilifi Archiepiscopi supra pag. 479. Litr. G. exhibita, excerpta sunt, qvæ, curiosus lector, si lubet, adire potest.

§. 15.

Sub finem præcedentis periodi, laicos uſu calicis in *Sacra Cœna* privari cœpiſſe, ſupra dictum eſt, ſed cum initio hujus, ipſum (a) *Transſubſtantiationis dogma* in eccleſiam introductum fuit & receptum; Nam anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo panis conſecratus publice adorari cœpit, & deinde, de mediis conſecratis Concilia Nationalia Norvegica, anno 1290. & 1322. habita varia ſtatuunt (b).

§. 16.

(a) Transſubſtantiationis dogma (voce nondum inventa) in eccleſia tradi cœpit ſeculo 9. Nimium itaqve tribui ſacramenti ſymbolis videntes viri docti *RABANUS* & *BERTRAMUS* Archiepiſcopus Moguntinus; *RABANUS* in *epiſtola ad Egillonem de Evchariſtia*, *BERTRAMUS* vero in libello *de vero Chriſti Corpore & Sangvine* ad Carolum Calvum, ingruenti hæreſi ſe oppoſuerunt; Sed in alteram partem peccabant. Diſputatum etiam hac de re fuit in Anglia a Clero Cantuarienſi, circa annum 950. utrum in evchariſtia prior panis & vini ſubſtantia maneat, & nihilominus ſimul ibi juxta verba Chriſti verum ejus corpus porrigatur, an vero, recitatis verbis domini, elementorum ſubſtantia prorſus evaneſcat, atqve transeat in corpus domini, figura tantum remanente? Poſteriorem partem *OTTO* Archiepiſcopus Cantuarienſis, cum ſcriptorum teſtimoniis non poſſet, præſtigiis miraculorum evincere conatus eſt. Deniqve hoc dogma impugnavit *RUPERTUS* Abbas Tuitienſis, qvi ſeculo duodecimo floruit; Sed tandem in Concilio Laterano 1215. publice ſtabilitum fuit. In Iſlandia autem, licet antea obtinuerit, hoc anno, ſeu 1269. publice approbatum fuit, &, qvaſi omnium conſenſu, in leges relatum.

(b) Vid. ſupra pag. 472. & 478. Lit. D. & G. Præterea ſeqventia leguntur in Codice pergameno antiqvo Bibliothecæ Magnæanæ No. 175. in Qvarto, qvæ ad hæc tempora pertinent: *Si ex negligencia euenerit qvod prolato canone nec uinum nec aqua inueniatur in calice. ſtatim infundatur & ſacerdos recitabit conſecrationem ab iſto loco* ſimili modo. *& perficiat uſqve in finem. Ita tamen ut dimittat duas cruces quæ fieri ſolent ſingulariter ſuper hoſtiam. Si de ſimplici uino uel aqua fiat conſecracio uinum reputabitur pro conſecrato ſed aqua non. Vel melius poteſt dici quod aliam hoſtiam ſumat & canonem a principio incipiat. Si de ſanguine aliqvid reciderit ſuppra corporalia uel ſuper albam uel ſuper caſulam. pars illa recindatur & in loco rel quiarum ſeruetur prius tamen extrahatur factum quantum poſſit & ſumatur. deinde abluatur & ablucio iterum ſumatur. Si uero ſuper terram uel lapidem uel lignum ceciderit. lingendus eſt & extergendus ille locus & puluis in loco ſacrato reponendus eſt Porro ſi in uinum ſanguinem muſca vel aranea ceciderit uel tale quod uix ſine uomitu aut mortis periculo ſumi poteſt. perfundatur & lauetur qvam caucius poteſt in calice & hanc oblacionem ſumat ſacerdos. ſed muſca ſiue aranea —*

§. 16.

De Sacramento *Confirmationis* hæc habet idem Jus Eccleſ. cap. 3. *Baptiſmum proxime ſeqvitur ſacramentum, qvod* Confirmatio *dicebatur* biſkupan *qvidam appellant: Hæc confirmatio acceptæ religionis eſt; In hac confirmatione omnes chriſtiani poſt baptiſmum beneficio impoſitionis manus epiſcopi, & chriſmatis, ſpiritum ſanctum accipere debent. Hæc ſacramenta baptiſmus & confirmatio tam arcte conjuncta ſunt, ut neutrum ſine altero eſſe poſſit, niſi mors interveniat, nam in baptiſmo ſanctus ſpiritus ſalutari adventu ſub aqvas deſcendit, ac in baptiſterio perfecte a peccatis purgat; in confirmatione vero ad miſericordiam augmentum porro concedit; Et qvamvis baptiſmus iis ſufficiat ad ſalutem, qvi ſine gravibus peccatis moriuntur, tamen auxilium ſacramenti hujus viventibus neceſſarium eſt ad robur & adjutorium contra diabolum, nam miſericordia ſeptuplicium virtutum ſpiritus ſancti nos armat; omnes chriſtiani qvi ad id ob rationem & annos idonei ſunt, hoc ſacramentum poſt jejunium & accuratam peccatorum confeſſionem ſumma cum reverentia accipiant, idqve non niſi ſemel. Confirmatio a nullo niſi Epiſcopo peragi vel perfici debet, ideoqve, ut & ob multa alia munia, Epiſcopus, tam late qvam poteſt, qvibusvis duodecim menſibus, ſi impedimenta non interveniant, divinum gregem viſitabit.*

§. 17.

Confeſſionis tanta ſemper habebatur neceſſitas, ut morituri mallent laicis, ſui ſimilibus, confiteri, qvam ea infectu mori. De confeſſione in hunc modum loqvitur *Jus Eccleſiaſticum recentius: Omnes chriſtiani, qvi rationis compotes ſunt, peccata ſua coram ſacerdote confiteantur, ad minimum ſemel qvovis anno, idqve tempore jejunii qvadrageſimalis, peccataqve accurate enumerent, feſtoqve paſchatos ſacramenti participes fiant, niſi gravia aliqva delicta commiſerint, ut feſto paſchatos aut aliis temporibus ſacramentum participare non liceat: Qvicunqve vero tempore jejunii qvadrageſimalis peccata ſua non confitetur, & feſto paſchatos ſacramentum non participat, ſi duodecim annorum aut ultra ſit, is epiſcopo, pro qvovis tempore, tantam multam expromat, qvantam ipſe epiſcopus ei imponit; Sic & ille excommunicatus, qvi ſacramentum participat; Si qvis tribus annis per jejunium qvadrageſimale peccata ſua non confiteatur, ſacramentumqve feſto*

paſchatos non participet, ſitqve duodecim annorum vel ultra, tum ethnicum ſe oſtendit, exulqve eſt, tota ejus pecunia confiſcanda. Alieno parocho neqvaqvam confiteri licuit, niſi ſumma urgeret neceſſitas.

§. 18.

Juramentum, ſe hoc vel illud peccatum, præſertim, a qvo difficulter ſibi cavere poſſet, non ultra eſſe patraturum, gregarii ſacerdotes a qvodam exigere vetabantur, ne, ſi fidem forte fregerit, duplici modo peccaret. Cavere etiam debuerunt, ne cuidam eas præſcriberent pœnitentias, aut qvicqvam injungerent, qvod ſe ullo pacto obſervare aut implere poſſe peccator negabat, ne peccatum, violato pœnitentiæ præſcripto, atrocius fieret. Solis vero epiſcopis talia juramenta exigendi poteſtas fuiſſe videtur, ita enim hac de re loqvitur *jus Eccleſiaſticum* cap. 22. *Si qvis juramentum epiſcopo datum, aut abſolutionem epiſcopi violat,* (*abſolutionis vero violatio eſt, ſi qvis idem peccatum committat, qvod prius commiſit, & reatum ei conciliavit, aut in exilium ſe non conferat, ſi epiſcopus in abſolutione hoc juſſerit*) *tres marcas epiſcopo pendat, tantumqve ſecunda & tertia vice; ſi vero ſæpius faciat, extorris eſt, totaqve ejus pecunia publicanda; ſic & fæmina in exilium agatur,* (niſi qvis eam ducere velit) *pecuniam vero ſuam retineat.*

§. 19.

Reliqva ad *pœnitentiæ* ſacramentum pertinentia, ut ſatisfactio, excommunicationes, abſolutionis ritus, aliaqve perinde aut ſimili modo ac in præcedentibus relatum eſt, ſeſe habuerunt, niſi qvod qvædam peccata jam tam gravia cenſebantur, ut peccatorem ipſo opere excommunicarent, ita ut admonitione indignus fieret, & publico excommunicationis actu opus non eſſet, qvorum præcipui erant ſeqventes: 1) Qvi antiqvam & anathemiſatam hæreſin propagat. 2) Qvi novam excogitat. 3) Qvi tales hæreſes recipit aut tuetur. 4) Qvi Romanam Eccleſiam non eſſe reliqvarum caput, aſſerere audet, aut ei obedientiam denegat. 5) Qvi ira accenſus clericum aut monachum verberat. 6) Magiſtratus Politicus, qvi de jure & cauſis clericorum aut templorum jus dicere præſumit, qvibus omnino abſolutio fuit deneganda, usqve dum perfecte ſatisfeciſſent. 7) Qvi volens templa comburit, aut iisdem ignem injicit. 8) Si qvis

domini

domini corpus furatur, aut altare, cruces & talia frangit. 9) Qvi bullas aut litteras Papæ adulterat aut depravat. 10) Si qvis cum excommunicato, aut hæc peccata committentibus communicat, præsertim vero, si in ipso opere, eum, facto vel consilio juvat. 11) Si qvis telis aut tormentis christianos aggreditur, eisqve necem intendit. 12) Qvi non tantum edicta aut statuta juri divino, constitutionibus & libertati ecclesiasticis contraria, promulgant, sed & qvi ea scribunt, sive sint Imperantes, Comites, Præfecti aut Consules, qviqve horum mandata exeqvuntur aut adjuvant; omnes ipso opere gravissimam excommunicationem (*Pava bann*) incurrunt (a).

§. 20.

De *ordine* & *ordinatione* hic nihil novi adferre possumus, nisi qvod in supra laudato Concilio Nationali Norvegico conclusum fuit, si qvis contra ordinationem ecclesiasticam qvicqvam irregulare admiserat, ex. gr. si qvis subdiaconus, diaconus aut sacerdos cantum, aut qvædam intra templum sacra, in majori excommunicatione constitutus, celebraverat, aut si qvis ordinationes perverterat (b) vel neglexerat, aut sine venia ab aliqvo

(a) Hæc ex *Juris Arnæani* cap. 35. excerpta sunt, qvod initio dicit ea delicta 16. esse, qvæ ipso opere peccantem excommunicant, sed non nisi hæc 12. enumerat, eo qvod reliqva hic raro aut nunqvam accidant, sed in *Jure Ecclesiastico*, qvod promulgavit Jonas Archiepiscopus, 35. continentur, ex qvo tamen, ut suspicor, hoc caput decerptum est, & postliminio *Juri Ecclesiastico Arnæano* adjectum, nam in omnibus exemplaribus non exstat. Ex hoc capite Arnas Episcopus Rafnum Oddi ut excommunicatum aversabatur, licet ipso actu seu solenniter diris non esset devotus. Sect. 3. cap. 1. §. 37. 41.

(b) In *Laurentii* Holani Episcopi *vita* egregium habemus documentum, qvantum peccatum habitum fuerit præversio *ordinis* & *ordinationis:* Subdiaconus qvidam ex Holana ditione in Schalholtinam, clam Episcopis irrepens, diaconum se esse profitebatur, ejusqve ministerio fungi volens, stola indutus, evangelium in missa legere cœpit, sed extemplo omnia templi luminaria sua sponte exstingvebantur, neqve ullo modo accendi potuerunt, qvamdiu ille altari adstans evangelii librum tenuit, qvod, cum una & altera vice accidisset, suspicio criminis oborta est; & reus apud episcopum delatus, qvi ei talem dictavit pœnam, ut a sex diaconis nudo tergo tantum exciperet ictum, qvi sangvinem eliceret, nunqvam postea sine speciali Papæ dispensatione sacris operaturus.

qvo alio, qvam ſuo Epiſcopo, inauguratus fuerat, non, niſi in ipſo mortis agone verſaretur, abſolvi deberet.

§. 21.

Novum autem hoc tempore *Præpoſitorum* nomen & officium in eccleſiam introductum fuit, qvorum muneris non tantum erat, ſacerdotum, qvomodo demandato officio fungerentur, inſpectionem habere, ſed fuerunt præterea epiſcoporum, vicarii, emiſſarii, & coryphæi ad cribrandum & taxandum hominum dicta & facta, ſeu ad notandum eos, qvi aliqvid contra jus eccleſiaſticum committebant, ab iisdem multas exigendum & omnia ad Epiſcopum deferendum. Hi, cum nullam populum emungendi occaſionem omitterent, ſæpius innocua in pejorem partem torqventes, laicos eo redegerunt, ut cum illis pactum inirent, ut, ſive peccarent ſive non peccarent, ſemper tamen tributum penderent, qvod deinde annuum factum eſt, vocatumqve (*profaſts giaftollur*) *præpoſiti donativum*, qvod ſalarii loco retinebant, præterqvam qvod illis ab Epiſcopo conceſſum fuit, cui reliqvarum mulctarum rationem reddere debebant. Hos itaqve Rex Ericus, *Preſtahatare* dictus, ab officio confeſſiones audiendi removit (a), ſcilicet, ne accurata illa & valde ſcrupuloſa ſingulorum de

lictorum.

(a) Tale Regis edictum in *LL. Island.* impr. legitur N. 8. ed. 1709. pag. 458. Formam autem codicillorum, qvibus Præpoſitos præmunire ſolebant, cum illis id officii demandarent Epiſcopi, hic ſubjungere non gravabimur, qvæ talis fere fuit: *Nos* N N. *Epiſcopus* N. *diœceſeos notum facimus, chariſſimum noſtrum filium* N N. *Præpoſitum & generalem inter vos cauſarum ſanctam eccleſiam & nos attingentium judicem, nos conſtituiſſe. Hic cauſas examinet & decernat; reos abſolvat; pœnitentias competentes peccaturis & peccantibus dictet, exceptis tantum ſacerdotibus & eorum concubinis; Templorum & eorum poſſeſſionum Inſpectorem agat; Omnium ad chriſtianiſmum & horum jus pertinentium inſpectionem & curam gerat; Petri denarium, tributa vino emendo dicata, & decimas epiſcopales intra prædictos limites colligat, & ad ſedem epiſcopalem deſerat, æqviſſimam eorum rationem redditurus. Præcipimus prædicto* N N. *omnia ſua judicia rationis lance moderari, & erga omnes æqvitatem, erga obedientes & faciles miſericordiam, erga petulantes autem & pervicaces juſtitiam exercere. Pro hoc officii onere, dimidia omnium noveni vel infra marcas importantium cauſarum pars ei conceſſa eſto, ſi autem graviores forte (qvas Deus benigne avertat) cauſæ acciderint, eas, cæterasqve, qvas nobis decidendas ſubjicere præoptat, qvasqve decernendi auctoritatem ſibi non eſſe, arbitratur, noſtro & ſanctæ eccleſiæ judicio remittat.*

liſtorum coram miniſtro enumeratio, qvæ tunc temporis omnino neceſſaria habebatur, anſam illis & occaſionem populum affligendi & emungendi præberet.

§. 22.

Invaluit etiam hac ætate officium *Diſpenſatoris* bonorum cathedralium, qvod ſacerdotibus primi ordinis concredebatur (a). Non tantum

mittat. Rogamus probos omnes, & ſpecialiter amicos noſtros, qvod prædicto N. N. *ſint obedientes, faciles, ad officia prompti & benevoli in omnibus, qvibus ope eorum indiguerit, dum hoc ſanctæ eccleſiæ munere & noſtris vicibus fungitur. Hæc conſtitutio ad feſtum usqve Johannis Baptiſtæ proxime ſubſeqvens, & tanto dein tempore qvanto nobis placuerit rata ſtata manebit, in cujus confirmationem literis hiſce ſigillum noſtrum appendimus.*

(a) Juramentum fidelitatis a Diſpenſatore Epiſcopo Skalholtenſi præſtandum ex Codice pergameno Bibliothecæ Magnæanæ No. 354. Folio tale eſt: " Þers legg ek *N* hond
" á helga bóc oc þat iáttar ek gudi oc iúnghfrú ſancte Marie oc ollum guds helg-
" um monnum ſancti thorlaki biſkupi oc mínum herra *N* biſkupi í Skálholti ath
" medan ek ſtendr í heilagrar ſkálholtskirkiu rádzmans dæmi oc ſtarfve ath æk ſkal
" ſua ráda oc ſtýra ollo ſtadarens gódze í ſkálholti lauſo oc faſto heima oc brotto.
" utan ſtoks oc innan í frído oc úfrído. ſæm ek beſt kann oc tryghligaſt æfter míno
" beſto ſamuiti oc megni opinberliga oc leyniligha oc þar framkoma í ordum oc
" verkum ſem ek prófuar ſtadnum oc ydr minn herra beſt henta oc nytſemdh í vera
" med huat manna ſem lut á í. ok ængo ſtadarens gódze ſkutla ſelia ſkipta æda býta
" frídt æda úfrídt til uerra ſkiptis forfallalauſt nytlighra mer í uil æda odrum leynt.
" æda lióſt ſtadnum ok ydr til ſkada med vilia æda forakt. Ok ekki vinnofólk æda
" ſakadha karlmenn æda konor lokka ædha ráda frá ſtadnum ok ydr fyrr en þeir
" hafua ydart gott orlof. ok þá ſem ſtórum málefnum ero borner. æda beryktader.
" ſkal ek ei under mik dragha til þenozſto ſuo ath ſtadren miſſi í ſtaden bedi landſeta
" þenozſtofólk ok heilogh kirkia í ſkálholti ſinn rett. utan med udro lofi ok upplagi.
" ok ráda enghum rádhum utan med udre ſamþykt ok vilia oc vera ydr enghum
" rádum leynt æda lióſt ſem þer vilet vera láta ath giord ſe ok ſtanda ſuo í ollum
" audzſtaurſum heilagrar ſkálholtz kirkiu ſancti thorlaki ok ydrum ath ſkal þau oll
" ſekia under ſtadin ok ydr med trygdh ok trúſkap ſem ek beſt kann ok má ok veit
" æfter minne ſamuiſko ſannaſt fyrir gudi ok hafa engar dualir á málefnum þarflauſ-
" lighar til undandráttar ok fals vid heilaga kirkiu ok ydr ath þer oc hón miſſe ſíns
" rettar oc takit ſkada af. utan ſuo hegan ſakeörer ſem þer mer veitit oc unnit. oc
" gera engar launſættir ydr til feármiſſo æda ſömda æda mannrádha. Suo ſe mer *N*
" gud

tantum hi & reliqvi ſacerdotes (a), verum etiam ſatellites Epiſcopo-

rum

" gud hollr oc aull heilogh ordh í þerſſi bók oc aull hæilogh ewangilia gudhs." Id eſt: *Ideo impono ego* N *manum ſacro libro, & id confiteor deo & virgini ſanctæ Mariæ, & omnibus ſanctis dei, ſancto Thorlako epiſcopo, & meo domino* N, *epiſcopo Skalohltenſi, qvod, qvamdiu conſtitutus ſum in officio diſpenſatoris templi Skalholtenſis, atqve opera, ita præero & dirigam omnia bona templi Skalholtenſis, mobilia & immobilia, domi & alibi, intra ædes & extra, animata & inanimata, prouti optime potero atqve fideliſſime, pro exactiſſima mea conſcientia & viribus palam atqve clanculum, & ibi adero verbis factisqve, ubi templo vobisqve, mi domine, maxime commodum exiſtimo, maximeqve utilitati inſervire, cum qvibuscunqve hominibus mihi agendum fuerit, & nihil cathedræ bonorum diſſipabo, vendam, permutabo vel commutabo, animatum vel inanimatum pro re viliori, niſi in caſu neceſſitatis, mihi vel aliis in commodum, clam vel palam, cathedræ & vobis in damnum, ex propoſito vel contemtu, & nec operas vel reos viros aut fœminas alliciam vel abalienabo cathedræ & vobis, priusqvam impetraverint bonam veſtram veniam, eosqve, qvi gravium criminum inſimulati vel diffamati ſunt, nec ſubtraham mihi in miniſterium, ita ut cathedra ideo conductores (&) operarios & ſanctum templum Skalholtenſe ſuum jus, amittat, niſi veſtra cum venia atqve auſpiciis, nec qvidqvam exſeqvar, niſi veſtro cum conſenſu & voluntate, nec opponam me ullis veſtris conſiliis, qvæ vos fieri vultis, atqve ita me in omnibus negotiis pecuniariis ſancti templi Skalholtenſis ſancti Thorlaci & veſtris geram, ut omnia illa cathedræ vindicem, vobisqve, fide & fidelitate, qva poſſum maxime, & qvam veriſſime novi ſecundum meam conſcientiam coram deo. Nec ullas habebo moras cauſarum inutiles, dilationis & fraudis ergo contra ſanctum templum atqve vos, ita ut vos illudqve proprio priventur jure, damnumqve exinde capiant, præter tantillum multæ, qvod vos mihi contuleritis & conceſſeritis, nec faciam ullas occultas pactiones vobis in jacturam pecuniæ, vel honoris, vel miniſtrorum. Ita ſit mihi* N *deus propitius, & omnia ſancta verba in hoc libro, & omnia ſancta evangelia dei.*

(a) Homagium ſacerdotum ex eodem Codice tale eſt: " Ek *N* preſtr ſkal uera frá þeſſum " tíma hollr oc hlýden heilagri ſkálholltz kirkiu oc mínum herra. herra *N* biſkupi oc " hanns loglighum epterkomendum. Eigi ſkal ek vera í giord edr ráđum ath þer " fáeth feár þarnath edr ſæmdar. Rád þau ſem þer uilith leynd hafa ſkal ek eingum " opinbera. Veit ek nockurn þann ſem ydr vili nockurn vanheidr gera edr ſkada. " þá ſkal ec ydr kunngióra. epter þuí ſem ek kemz vidr. ek ſkal vidhiálpa ok " vernda heilagrar Skálholltz kirkiu rett vidr hvern ſem er ath ſkipta. óſkaddre minni " vígſlu. oc óſkoddum páfuans heidri. Ejnghum ſkal ek trygdareid ſueria utan ydr " ath ydr óſpurdum þann tíma er ſkálholltz kirkia er formanzlaus. Suo hiálpi mer " gud oc oll þau heilög ord er á þeſſarri bók ero. " Id eſt: *Ego* N *ſacerdos ab hoc tempore fidelis ero atqve obediens ſancto templo Skalholtenſi, & domino meo, domino* N *epiſcopo, ejusqve legitimis ſucceſſoribus. Nec intererò factis nec conſiliis (eo tendentibus) ut vos incidatis in damnum pecuniæ vel honoris. Conſilia qvæ vos vultis*

eſſe

rum (a) his homagium præſtitere. Ipſi qvoqve Epiſcopi ſuò Archiepiſcopo juramentum fidelitatis dixere (b).

eſſe occulta, nulli manifeſtabo. Si novero aliqvem, qvi vobis vult ignominiam vel damnum adferre, vobis (illud) indicabo, prouti copia fuerit. Jus ſancti templi Skalholtini contra qvemcunqve, qvo cum (mihi) res fuerit, inviolata mea ordinatione, & inviolato Papæ honore, adjuvabo & defendam. Nulli fidelitatis juramentum, niſi vobis præſtabo, vobis nondum conſultis, eo tempore, qvo templum Skalholtenſe antiſtite caret. Ita me adjuvet deus, & omnia illa ſancta verba, qvæ in hoc libro ſunt.

(a) Homagium ſatellitum Epiſcopi ex eodem illo Codice ita ſonat: " Suo leggr þú hond " á helga bók ok þuí ſkýtr þú til guds ath þú ſkallt vera tryggr ok trúrr mínum " virduligum herra med guds miſkunn biſkupi *N.* koma ſkallt þú til hanns þegar " hann lætr kalla þig. ok fylgia honum utan landz ok innan. ok alldri medr hann " ſkiliazt. utan medr hanns gódu orloſi. veizt þú nockurn þann edr þá ſem honum " vilia feár þurd edr ſémdar. ſkalltú honum epter þuí ſem þú kemz vid kunnikt " gera. Suo hiálpi þer gud &c." Id eſt: *Ita imponis manum ſancto libro, & deum hac de re atteſtaris, qvod tu velis eſſe fidus fidelisqve meo reverendo domino, dei gratia epiſcopo* N *venies ad illum, qvando te advocari curaverit, cumqve ſeqveris tum intra regnum, tum extra, & ab illo nunqvam ſeparaberis, niſi bona cum ejus venia, ſi noveris aliqvem vel qvosdam, qvi exoptant illi damnum vel pecuniæ vel honoris, illi notum facies, qvoad poteris. Ita te adjuvet Deus &c.*

(b) Juramentum fidelitatis, qvod Grimarus Epiſcopus Skalholtenſis Archiepiſcopo Nidaroſienſi 1321. præſtitit, ab illuſtr. *MÖLLMANNO* exhibetur in *Spicileg. Antiqvitat. patriæ* Peric. 3. pag. 91. Aliud tale homagium, non multum diſcrepans, ex laudato Codice pergameno exſcriptum, tale eſt: *Ego* N *epiſcopus ab hac hora ut antea fidelis ero & obediens beato Olauo ſancteqve Nidroſie eccleſiæ. & domino meo archiepiſcopo* N *ſucceſſoribusqve ſuis canonice intrantibus. Non ero in conſilio. aut in facto. ut vitam perdant. aut membra. aut capiantur mala capcione. aut aliqvid dampnum vel detrimentum eis vel loco ſancti Olaui inferatur. Conſilium vero qvod michi credituri ſunt. vel per ſe. vel per nuncios ſuos. ſiue per literas. ad eorum dampnum me ſciente nulli manifeſtabo. Jura & libertates & omnes honores & dignitates eccleſie adiutor ero retinendum. & defendendum. & conſervandum. in qvantum potero ſaluo meo ordine. contra omnem hominem ſalua auctoritate ſedis apoſtolice. Nuncios nidroſie eccleſiæ quos nouero ueros eſſe in eundo & reddeundo honorifice tractabo. & in ſuis neceſſitatibus adiuuabo. Vocatus ad ſynodum. ueniam. niſi prepeditus fuero canonica prepedicione. Metropolitanam ſedem vel per me. vel per nuncium meum ſingulis annis uiſitabo. niſi metropolitana licencia remaneam. Poſſeſſiones ad menſam mei epiſcopatus pertinentes non uendam. neqve donabo. neqve impignorabo. neqve de nouo infeudabo. neqve aliqvo modo alienabo inconſulto metropolitano meo. Sic me deus adiuuet & hec ſancta euangelia.*

§. 23.

Circa *ſponſalia* & *conjugium*, eædem fere ac antea, leges & cæremoniæ obſervatæ ſunt, niſi qvod trina coram concione proclamatio, inſtituta fuit, qva peracta, nullisqve intervenientibus obſtaculis, conjugium confirmari debuit, ſponſo cum deſponſata manus jungente, & in præſentia duorum ad minimum teſtium, pronunciante: *Confirmo te mihi in uxorem, ſecundum leges dei & ſanctorum patrum decreta; itaqve poſt hac mea legitima uxor eris.* Probeqve obſervabatur, ut ſponſa ſuum clare pronunciaret conſenſum. Inter infantes, ob res ſumme neceſſarias ſponſalia fieri potuerunt, &, ſi iis hoc conjugium placuit, cum virgo duodecim, adoleſcens vero qvatuordecim annorum eſſet, conjugium diſſolvi non potuit. Monaſterialibus, ſacerdotibus, diaconis, rationis expertibus, ſpadonibus, qviqve veneficiis aut aliis rebus impediti fuerunt, ut membra ad conjugium eſſent inhabilia, ethnicis deniqve cum chriſtianis conjugium contrahere non fuit conceſſum; Conſangvinitatis etiam & affinitatis in matrimoniis contrahendis, ſumma adhiberi debuit cautela, ne intra qvintum gradum juncti copularentur; Cautum etiam fuit, ne ſpirituali affinitate ſeſe tangentes, in fœdera matrimonialia coirent, qvæ triplex fuit: Prima, inter baptiſatum baptiſantem & baptiſmi ſuſceptorem, ut & eum, qvi ipſum tenuit, dum ab epiſcopo confirmabatur. Secunda, inter eum, qvi baptiſat, ſuſceptorem, ut & illum, qvi infantem tenet ſub manum epiſcopi confirmantis, ac infantis parentes & fratres. Tertia, inter liberos baptiſati & baptiſantis ac ſuſceptorum, adeo, ut baptiſta omnium, qvos baptiſaverat, ejusqve filiorum, ſpiritualis pater haberetur, ideoqve his cum genuinis ejus liberis nullo modo coire licuit, cum conjuges ſint una caro; inter uxorem ſuſceptores & baptiſatum ejusqve parentes, ſpiritualis cognatio interceſſit; ſiqve ulli horum conjugium contraxerunt, ſolvendum id erat, & epiſcopo ob legis transgreſſionem ſex unciæ (*óræ*) pendendæ (a).

§. 24.

De *extrema unctione* nihil eſt, qvod ſupra dictis addamus, niſi qvod jam legibus cautum fuit, ut qvilibet ſacerdos, qvovis anno vertente,

(a) Hic ſine dubio ſubintelligitur ora ſive uncia argentea vide ſupra Per. 1. cap. 9. pag. 63.

tente, chrifma ab epifcopo acciperet, deinde autem una cum evchariftia intra ædem facram in theca aut arca obferata, aut bene munita, occulte confervaret, probeqve profpiceret, ne qvid impurum ea attingere poffet; fi autem, mus, canis, aut aliud impurum eadem tetigerit, ab officio per triennium removendus erat.

§. 25.

De *Rudiorum Informatione* præceptum fuit, ut qvilibet feptennis, modo non effet animi impos, *credo*, *pater nofter*, & *ave Maria*, ut & ritus baptifandi probe teneret, qvi fecus feciffe, & hæc neglexiffe convincebatur, epifcopo tres marcas (a) folvere debuit.

§. 26.

Privatarum publicarumqve *precum* forma eadem manfit, nifi qvod introductæ fuerunt precum formulæ de paffione Chrifti, qvas Johannes 22 compofuerat, additis multis indulgentiis. *Feftorum* itidem numerus idem fuit, nifi qvod addita fuerunt Feftum Corporis Chrifti (b), Conceptionis Mariæ (c) & Magni Comitis (d); Conceffum autem, ut feria qvinta nativitatis Domini, & dies Mercurii, qvi tempore Adventus & in Qvadragefima incidunt, confvetis laboribus manciparentur. Publicas autem orationes feu conciones, non femper multum proficuas, fed plerum-

(a) Vid. fupra Per. 1. cap. 9. pag. 63. fq.

(b) Feftum Corporis Chrifti, (vulgo *Dyri dagur, Dies pretiofus*) feria qvinta poft dominicam Trinitatis, fumma folennitate celebratum fuit. Primum id inftituit Urbanus 4 hortatu Thomæ Aqvinatis; Bulla data eft 1264 die 8 Septembr. qvod Clemens 5 in concilio Vienenfi 1312 confirmari curavit.

(c) Feftum Immaculatæ Conceptionis inftituit Urbanus 6, in qvo preces fierent pro fchismate ex ecclefia tollendo, fcil. qvod inter ipfum & Antipapam Clementem 6 vigebat, & ecclefiam vexabat; Celebrandum hoc Feftum fuit 6 iduum Decembr. De dogmate Immaculatæ Conceptionis Mariæ non una eft omnium Pontificiorum fententia; propugnant acerrime Jefuitæ, fed oppugnant Dominicani.

(d) Magni Comitis Orcadum, anno 1115. occifi 16 cal. Apr. celebratum.

plerumqve valde ſteriles fuiſſe, pauca illa qvæ exſtant exempla, ſuſpicionem faciunt (a).

§. 27.

(a) Exſtat oratio funebris, ut videtur, in exeqviis Jonæ Haldori, Epiſcopi Skalholtini habita, ubi Jonas, non tantum ut vir ſui ſeculi doctiſſimus (qvod eum re vera fuiſſe credimus) laudatur, ſed etiam ut is, qvi tam in Norvegia, qvam Iſlandia, in eloqventia ſacra primas ſemper tenuerit, qvod Auctor exemplis allatis probare nititur, qvorum præcipuum eſt, concio, qvam, viſitans qvartam occidentalem, in templo Stadarholenſi, in anniverſariis Divi Thorlaci habuit, qvæ nihil præter inanes fabulas & ficta miracula continet, cujus partem exſcribere non gravabimur:

Magnæ, inqvit, *cujusdam urbis dominus, provectæ jam ætatis, & corpore ita ægrotans, ut lecto ſurgere neqviret, inter multos alios nobiles nepotem ex ſorore, ſuum unicum hæredem, ſibiqve ob multas egregias corporis dotes carum, domi ſuæ habuit, qvi in conclavi, avunculi cubiculo contiguo, mulierem qvandam invitam conſtupravit, cujus confuſa verba & ejulatum audiens dominus, reliqvorum miniſtrorum confeſſionem, qvid actum fuiſſet, ægre tandem expreſſit, qvibus ſevere mandavit, ne legibus fraus fieret, ut reum ſtatim enecarent. Hi obloqvi, aut factum qvodam modo excuſare non audentes, ſed tam nobilis juvenis miſerti, mandata ſe perfeciſſe ſimulabant, cum revera reo pepercilſſent, & in latebris clam dominum ſuſtentarent, ſenex autem in eorum relatione acqvieſcens, juſtitiæ & legibus ſatisfactum eſſe gaviſus eſt, usqve dum longo poſt tempore reus, iram avunculi efferbuiſſe ratus, ultro ſe ei obtulit, qvi etſi ejus aſpectu non minus contriſtaretur, qvam conſternaretur, magnum tamen gaudium ex ejus vita & incolumitate ſemet capere ſimulans, ut cominus appropinqvaret, ſeqve oſcularetur imperavit, unde lætatus, & fidem habens credulus juvenis, lectumqve accedens, collo majorem in modum ſupra ægrotum in altiore recubantem lecto, extenſo, altera ſenis manu crinibus firmiter correptus, altera vero cultro guttur transfigitur & miſere trucidatur, ad qvem ſtrepitum accurrentes famuli, qvi, qvod non tantum mendacio ſibi os illeviſſent, ſed etiam legibus fraudem faciendo, deum offendiſſent, ſeveriſſime objurgantur. Pauxillulo autem elapſo tempore, morbus ita ingraveſcere cœpit, ut vitæ diuturnioris ſpe penitus decollata, urbis Epiſcopum, ut extrema ſibi miniſtraret, accerſiri jubet, qvi, duobus primariæ ſortis diaconis, qvorum alter corpus domini, alter vero criſma portabat, & aliis ſacri ordinis viris haud paucis ſtipatus, ægrotum inviſit, auditaqve tam longa qvam ſollicita delictorum confeſſione, qva hocce, Præſulis & aliorum judicio, maximopere enorme flagitum, non continebatur, monetur, ne ejus oblviſceretur, qvo audito, ægrotans id ſe non pœnitentia, ſed laude dignum cenſere regeſſit, qva reſponſione Præſul magnopere offenſus, abſolutionem, unctionem, aliaqve omnia ſacra & miniſteria exſeqvialia prorſus denegat, abitumqve parat, ægrotus vero ſuæ ſententiæ firmiter inſtitit, ſubridensqve rogat, licet oralem corporis domini manducationem ſibi denegent, oculos tamen ſuos ejusdem aſpectu paſcere non dedignentur, qvod ut concederetur Præſul tandem permiſit, ſed cum hoſtia, aperta apotheca proferenda & ægroto oſtendenda, ibidem non inveniretur, Epiſcopus diaconiqve, qvi eandem*

dem

§. 27.

Festis & die dominica illicitum erat, nisi urgeret necessitas, opus aliqvid peragere, mercaturam exercere, ullam causam agere, conventum ciere, supplicio qvenqvam adjudicare, ullum juramentum facere nisi qvæ ad pacem & conciliationem pertinent: Qvicunqve tempore jejunii qvadragesimalis vetitum solvit juramentum, episcopo sex oras pendere debuit, omnibus vero aliis diebus, tres oras, si ob violationem diei sex oræ exigi non deberent. Legem de laboribus in festis diebus, instinctu & svasu Vilhelmi Cardinalis Sabinensis, permultum mitigavit Innocentius 3. sc. si profestis diebus ob malam aeris conditionem labores peragi non possent, festis diebus frumentum, fœnum & alias res impune comportare, & a damno protegere concessit. Festis vero diebus, hac lege & venia uti licuit, qvatenus necessitas & utilitas ursit, summis tamen festis exceptis (a). In

---

dem in thecam recondiderant, adeo sunt obstupefacti, ut, qvid dicendum agendumve esset, omnino nescirent, qvod ubi ægroto innotuit, qvid tam consternati mussitarent, percontatur, acceptoqve ab Episcopo responso, evanuisse, aut ex theca mirando qvodam modo ablatum esse hostiam, regerit, omnipotentis & justissimi Judicis voluntate apud se esse, exsertaqve lingva, omnibus eandem ostendit, qva visa Præsul, agnitoqve miraculo, pronus deum misericordiam, ægrotiqve condonationem, & apud deum intercessionem, cujus justa judicia non intellexerit, efflagitavit, moxqve ægrotanti, jam in agone constituto, sacram impertit unctionem, aliaqve consveta exseqvialia munia rite obivit, qvod evidentissimi loco est documenti, qvam grata sit Deo justitia & rigorosa pœnarum exsecutio. Cumqve Sanct. Thorlacus taliter aut huic non dissimiliter semet in taxandis & puniendis aliorum delictis gesserit, pro certo habendum, eum analogam etiam accepisse remunerationem, qvorum itaqve exempla omnibus proponuntur imitanda.

Cum hæc oratio a viro sui seculi doctissimo & arte concionandi instructissimo, festo omnium fere maximo, habita sit, tandemqve, ut singulare qvoddam facultatis concionatoriæ exemplum proponatur, & summis laudibus efferatur, de trivialibus, qvæ minus docti, minoribusqve instructi concionandi donis, proferebant, conjecturæ & judicia facile fieri possunt.

(a) Supra Per. 2. Sect. 2. cap. 4. pag. 233-35 & Litr. I. exhibuimus constitutiones Vilhelmi Sabinensis qvales tunc occurrerant, una cum versione Latina, cum vero postea apographum earum in lingva originali in Cartophylacio b. m. A. Magnæi, ipsius manuscriptum videre contigerit, illud tale subjungimus:

Villelmus

Willelmus miseratione divina Sabinensis episcopus, apostolicæ sedis legatus, omnibus præsentes litteras inspecturis, salutem in nomine Jesu Christi. In partibus Norvegiæ officio legationis fungentes, inter. alias miserias regni (quæ multæ sunt : qvoniam terra tribulationis & angustiæ est, constituta in novissimis habitati (habitantes) *partibus aqvilonis juxta id qvod scriptum est: homo natus de m. b. v. t. r. m. m) intelleximus ibi gemitum populi, qvi mirabiliter artatur, secundum qvendam librum extraordinarium, in wlgari eorum scriptum, in diebus festivis ab omni opera temporali, etiam urgentibus necessitatibus, abstinere. Cum igitur sicut nos ipsi vidimus, & corporali experientia distemperantiam terræ illius probavimus manifeste) a dimidio mense Junii usqve fere ad exitum Augusti, pluviæ in partibus illis fuerint, ita qvod nec arari poterant nec seminari commode, exceptis qvatuor forte vel qvinqve diebus: nec tamen continuis. instantia populi convicti; & ideo de consensu prælatorum statuimus, & stabilimus, ut de cetero, non obstante consvetudine vel verbis supra-dicti libri, impune possint capere alecia, qvandocumqve piscationis illius obtulerit se facultas. Fœna autem colligere, & aunonas atqve legumina, eis liceat diebus festivis: Si tamen per alios dies, propter intemperiem temporis, operari fuerit impeditum; ita tamen, qvod si de hujus (modi) intemperie vertatur in dubium, utrum talis fuerit, propter qvam debuerit, qvod supradictum est, concedi, nec ne, hoc dyocesani judicio terminetur. Intelleximus præterea, qvod vacantibus ecclesiis, episcopi qvandoqve earum redditus in proprios usus convertunt; qvod omnino fieri prohibemus. Sed ponatur ibi per episcopum yconomus seu procurator, qvi fructus colligat, in utilitatem succedentium ministrorum vel ecclesiæ convertendos. Qvartam autem decimarum, qvæ ad utilitatem ecclesiæ singulariter pertinet, integre præcipimus conservari: ita, qvod nec episcopi, nec procuratores prædicti, ratione procurationis suæ vel accipere vel diminuere audeant ullo modo. Intelleximus præterea, qvod aliqvi episcoporum possessiones ecclesiarum accipiunt, & sibi appropriant, in præjudicium ecclesiarum & scandalum plurimorum; qvod omnino fieri in virtute obedientiæ prohibemus. Et si alicubi factum est, præcipimus eisdem ecclesiis restitui, cum fructibus, deductis expensis, perceptis. Et si forte ecclesia, cuius possessio fuerat, ad nichilum redacta est, vel destructa, ita qvod restaurari non potest, inter vicinas ecclesias, qvæ pauperiores sunt, prædictæ possessiones, dyocesani judicio dividantur. Et hæc omnia auctoritate legationis, qva fungimur, apostolica præcipimus, & statuimus in perpetuum observari. Datum Bergis sedecimo kalendas Septembris, pontificatus domini Innocentii papæ qvarti anno qvinto.*

Willelmus miseratione divina Sabinensis episcopus, Apostolicæ sedis legatus, universis christi fidelibus præsentes literas inspecturis salutem in nomine Jesu Christi. Cum in Norvegia legationis officio fungeremur propter verbum dei & coronationem regis, convocatis Archiepiscopo & suffraganeis eius, qvi vocari poterant, & aliis prælatis & clericis, nec non baronibus regni multas habuimus prædicationes publicas & colloqvia multa cum Rege & omnibus supradictis, & de multis capitulis tractatum fuit inter nos, & etiam disputatum. Consideratis autem omnibus, invenimus ecclesiam regni Norwegiæ in plena, qvieta & pacifica libertate iurisdictionis cum causarum spiritualium, inter qvoscunqve qvestio verteretur & omnium clericorum sive spiritualiter sive temporaliter ex delicto vel qvasi contra ipsos qvestio moveretur. Similiter ius patronatus in omnibus ecclesiis & capellis invenimus prædictam ecclesiam regni Norvegiæ libere, & in-

In gratiam qvoqve rudiorum ex ſuggeſtu publice annunciabantur ſacra natalitiorum Chriſti (a), & tempus qvadrageſimale (b).

§. 28.

& integre, & pacifice poſſidere, exceptis tribus capellis, de qvibus qveſtio erat inter Reginam Norvegiæ, & Epiſcopum Stavangrenſem. Super qvibus coram nobis tranſactum & concordatum fuit, ut Regina in vita ſua & filii eius poſt eam habeant ius patronatus in eis, ſed nullatenus tranſeat ad nepotes, ſed ad Epiſcopum & Eccleſiam Stawangrenſem integre & libere revertatur, qvia & tempore tranſactionis erat Eccleſia & Epiſcopus Stavangrenſis in eius poſſeſſione libera & qvieta. Electiones qvoqve Epiſcoporum & omnium prælatorum libere invenimus fieri nullis reqviſitis laicis, per ſolos clericos, ad qvos ius eligendi ſecundum iura canonica pertinet. Unde ſuper hiis omnibus in prædicatione publica monuimus univerſum populum coram rege & Archiepiſcopo & Epiſcopis & aliis prælatis regni, qvod ſi qvis haberet aliqvid agere contra Archiepiſcopum, recurſum habeat ad dominum papam vel eius legatum. Si autem contra Epiſcopum archiepiſcopo conqveratur. Si vero contra clericum, adeat diœceſanum ipſius. Si vero laico moveatur qveſtio de ſpirituali cauſa, apud diœceſanum epiſcopum conqveratur. Ceterum ſi de cauſa temporali fuerit contra laicum qveſtio, ſive laicus ſive clericus conqveratur, apud dominum Regem vel eius iudices ſuam iuſtitiam proſeqvatur. Porro ſi qvis contemto iudice & iudicio, ut ſupradictum eſt alterius poſſeſſionem rei immobilis ſeu iuris auctoritate propria & voluntate attentaverit ingredi violenter, noverit ſe excommunicationis vinculo innodatum. Item excommunicamus ibidem ſingulos & univerſos, qvi contra Regem & Regnum Norvegiæ inſurgere, vel pacem regni attentaverint perturbare. Item excommunicamus qvicunqve ſanctimonialem interpellaverit de fornicationis peccato. Super iſtis autem excommunicationibus & aliis, qvas in regno Norvegiæ fecimus, diœceſanis perpetuo committimus vices noſtras, ſtatuentes, ut qvicunqve inciderit in eas vel in aliqvam earundem & voluerit converti ad dominum & ſatisfacere de peccato, diœceſanus eius ipſi iuxta eccleſiæ formam beneficium abſolutionis impendat. Datum Bergis XVII Kal. Septembris, pontificatus domini Innocentii papæ qvarti anno qvinto

(a) Ita Nidaroſiæ ſimul agentes Arnas Thorlaci Skalholtenſis & Jörundus Holenſis Epiſcopi, teſtimonio dato prima temporis qvadrageſimalis hebdomade 1290 aſſeruerunt, qvod coram ſe teſtibus juratis ex ordine clericorum confirmatum fuerit, qvod ſemper audierint pacem natalitiorum Chriſti per Vicarium Archiepiſcopi promulgatam fuiſſe. vid. SCHIÖNNING Beſkrivelſe over Trondhiems Domkirke cap. 14. §. 47. pag. 304. Qvod qvamvis ad Norvegiam pertineat, non dubitandum etiam in Iſlandia obtinuiſſe.

(b) Ita Johannes de Flandria, cujus ſupra Sect. I. cap. 9. §. 9. mentionem fecimus, cum præbendam S. Mariæ Nidroſienſem diſcupiret, ſed vir alienigena lingvam Norvegicam

§. 28.

Jejuniorum numerus, hac idem fere fuit ætate ac in ſuperioris Periodi hiſtoria retulimus, circa modum & mulctas transgreſſorum qvædam tantum mutata obſervantur, qvorum exſtantiora ſunt: Nullis jejunii diebus, niſi cæna, fieri debuit; Primo die natalitiorum permiſſum, prandium & cænam ſumere, imo etiam carnibus veſci, qvamvis in diem veneris incideret; Laboratoribus licitum fuit, a feſto paſchatos ad dies qvatuor hebdomadum autumnales, qvibusvis diebus jejunii, ſola cæna & lacticiniis uti; Ad jejunium qvadrageſimale morbidi, & qvi annum decimum qvartum non impleverant, non obligati fuerunt, ſed ex conſilio ſacerdotis eleemoſynam pro eo erogare debuerunt; Qvi piſces ederat, qvando totaliter jejunare debuit, epiſcopo ſex oras, qvi lacticinia, duodecim oras, qvi vero carnes, tres marcas ſolvere tenebatur; Si qvis lacticiniis eo die uſus fuit, qvo piſcibus veſci permiſſum erat, niſi ſacerdos id certas ob cauſas permiſerat, epiſcopo ſex oras, ſed ſi carnes comederat, duodecim oras dare debuit; Si qvis in jejunio qvadrageſimali carnes crebro comediſſe convictus fuit, exilio mulctandus, omnisqve ejus pecunia confiſcanda fuit; Si pueri carnes comederant, ſacerdos eos virgis cædere debuit, tutor autem, ſi in cauſa fuit, tres oras expendere tenebatur; Potius autem carnibus veſci licuit, qvam fame perire, ideoqve in his neceſſitas, & ignorantia tantum aliqvid excuſare potuerunt.

§. 29.

cam non calleret, & Laurentius poſtmodum Epiſcopus Holenſis hoc illi incommodum vernaculæ objiceret, & qværeret: Num etiam jejunium qvadrageſimale annunciare poſſet? hoc modo præfatus eſt: » Nú er kominn lentinn. hvern mann kriſtinn komi » til kirkinn. giöri ſína ſkripin. kaſti burt konu ſín. oc maki engin ſuck. » Qvorum verborum barbariſmis & ſolœciſmis ſcatentium ſenſus eſſe debuit: *Jejunium qvadrageſimale adeſt, qvare qvicunqve homo Chriſtianus templum freqventato, confeſſionem dato, ab uxore ſua abſtineto,* (vi vocis; uxorem ſuam abjicito) *& a qvibusvis inhoneſtis ſibi caveto.* *Lente* Anglis denotat jejunium qvadrageſimale, & Germanis *der Lentz* ver ſignificat; *machen* facere, eſt Teutonicum, & *ſuck* a Germanorum *zechen*, compotare, deſcendere videtur, qvamvis & hodie apud noſtrates audiatur *ſuck* & *ſvack* pro vita inordinata; qvod poſterius a *ſvade* deſcendere videtur. Interim mos & ritus, ejusqve formula exhinc patet, qvi mos ad noſtra uſqve tempora duravit. Vid. *Vitam Laurentii Epiſcopi* cap. 10.

§. 29.

Vota duplicia fuerunt, neceſſaria & voluntaria; Inter *Neceſſaria* cenſebantur votum baptiſmale, ſc. diabolum averſari, religionem ſervare, & mandata dei cuſtodire; *Voluntaria* autem, qvibus qvis vovet ſe daturum aut facturum illa, qvæ lege dare aut facere non tenebatur, qvalia ſunt, vitam cælibem agere, monaſteria inire, peregrinationes ſacras ſuſcipere, & eleemoſynas dare, qvæ nemo reſcindere, aut limitare potuit, ſine conſenſu epiſcopi, qvi ex neceſſitate voventis, & cauſarum mutatione, utrum ſolutio voti ipſo melior, & deo acceptior eſſet, judicare debuit; Eleemoſynæ autem, ut maximum miſericordiæ opus, prædicantur, a deo enim miſericordiam impetrare, & peccata ſanare, tollereqve creditæ ſunt, non ſecus ac aqva ignem exſtingvit, qvæ, licet liberæ eſſent, tamen qvædam ab omnibus dari debuerunt, qvales fuerunt, decimæ ex omni ſua pecunia, tributum ſeu pecunia pro candelis in ara uſitatis, denarius Petri, & oblatio pro mortuis; Tandem etiam inter eleemoſynas numerabatur cibus qvatuor diebus deſtinatus, qvibus ab omni cibo abſtinere debebant, qvales fuerunt, vigilia diei paraſceves, ſeu ſoteriorum, vigilia Sancti Olai, vigilia D. Mariæ, vigilia omnium ſanctorum; Talem cibum aut ejus pretium, nemo ſibi reſervare, & in lucrum vertere debuit, ſed egenis dandus erat (a).

§. 30.

Cruces, ſeu *Expeditiones cruciatæ* in Islandia hoc tempore ſæpius prædicatæ fuerunt: Initium factum eſt anno 1275. repetitum vero 1289, & deinde ſæpius. Prima vice, plurimi crucem ſuſceperant, ſed qvantum nobis innotuit, nemo militatum profectus eſt, omnes enim crucis diſpenſationem redemerunt (b). Sed cum altera & tertia vice tales prædicatio-

 nes

(a) Vide *Jus Eccleſiaſt.* cap. 13.

(b) Seculo a nato ſalvatore 7. infauſta Muhammedis progenies longe lateqve victricia circumferre arma cœpit, non tantum Perſiam, ſed Syriam, Ægyptum & Palæſtinam ſuæ ditioni adjiciens, tandemqve ipſam Hieroſolymam in ſuam poteſtatem redegit. Videntes autem chriſtiani orbis Reges & Principes florentiſſimis provinciis diram incumbere barbariem, purioremqve numinis cultum ibi in præceps ire, ubi, ut maxime eſſloreſceret,

nes inſtituerentur experientia docti, qvid illæ ſibi vellent, ſurdis auribus a plurimis excipiebantur. Decimæ autem Saladinæ, a noſtratibus *Pava tiund*

reſceret, par erat ſtabiliri, contra Muhammedanæ perfidiæ & tenebrarum regnum, tandem incitante Pontifice Romano, ingens eos invaſit cupiditas, Barbaris haſce regiones eripiendi; nihil enim magis munere ſuo dignum facere ſe poſſe arbitrabantur; Hinc Expeditiones illæ, qvas *cruciatas* vocare moris eſt, enatæ ſunt, nomen autem vel inde habent, qvod, qvi in eas profecti ſunt, cruce ſignati fuerunt, qvam rubram de lana, palam in veſtimento, ad humerum dexterum, mandato ſummi pontificis ferebant, vel qvod in honorem Chriſti ſervatoris noſtri, qvi crucis ſupplicio noſtra expiaturus crimina, affici voluit, ſuſciperentur: Harum plures ſuſceptæ fuerunt, ſed ut plurimum infelici eventu; præterea eas, imprudentiæ, injuſtitiæ & ſuperſtitionis arguunt doctiſſimi viri, *HERM CONRINGIUS*, & *JOH. FRANC. BUDDÆUS* in *Diſſertatione de Exped. Cruc.* habita Halæ, 1694, ex qva qvædam horum in gratiam rudiorum mutuati ſumus. Prætextus itaqve, qvo initio has expeditiones palliabant Pontifices Romani, ſatis ſplendidus fuit, nimirum ſtudium ſtabiliendi & propagandi religionem Chriſtianam, ſed vera cauſa fuit, ut ſuam illis ſtabilirent & augerent potentiam & auctoritatem, neqve in hoc eos ſpes fefellit, nam ex eo tempore Antiochenus & Hieroſolymitanus Patriarcha ipſorum jugum ſubiere; Hoc pacto etiam vires Principum Europæorum attenuavere, ſpiritusqve eorum fregerunt, adeo, ut ſuæ ſemper imbecillitatis conſcii, ipſorum conatibus obviam ire non auderent; Taceo, his artibus non contemnendam pecuniæ ſummam, ipſorum loculis non raro illatam fuiſſe, nam plurimi expeditionis neceſſitatem redemerunt, & hanc rationem eventus ſtatim comprobavit, nam Innocentius 3. crucis ſignum adverſus Valdenſes, ut adverſus Turcas & Saracenos ſuſtulit; Innocentius 4. adverſus Fridericum 2. Imperatorem; Alexander 4. contra Gibellinos; Adverſus Ladislaum Innocentius 7; obqve id a Johanne Huſſo Antichriſtus vocatus; Adverſus Bohemos nomine Martini 5 Julianus Cardinalis crucem prædicavit, ſed fruſtra; Idem etiam contra Lutherum, ut faceret Cardinalis Volaterranus, Adriano 6 perſvaſurus, hoc ſemper Pontificibus Romanis in ore fuiſſe poſitum, contendit; Et qvis omnia enumerabit? Diverſum hoc inſtitutum fuit ab ordine ſacro eqveſtri *Crucigerorum*, qvem Honorius 3. inſtituit, & Alexander 7. anno 1658. abolevit; Item ab illuſtri ordine *Cruciferorum* Boruſſiæ, ideoqve cum illis haud confundendum. Expeditiones Cruciatæ nobiliores fuerunt.

Prima a Godofredo Bullioneo Duce facta 1096. in cujus exercitu, cum Aſiam ingrederetur, inventa ſunt Peditum ioↄↄ ceiↄↄ. Eqvitum loricatorum cccioↄↄ. & hæc qvidem expeditio ex animi ſententia ceſſit, nam, qvod caput cauſæ fuit, Hieroſolymam expugnarunt, & Chriſtianorum ſubjecerunt imperio.

Secunda anno 1101. rerum Hieroſolymitanarum ſummam tenente Balduino, infelici plane eventu ſuſcepta fuit, ingens enim exercitus Palæſtinam petens, partim Alexii Græcorum Imperatoris perfidia, partim fame, periit.

Tertia

tiund, seu *Decimæ Papales* haud inepte vocatæ, id est decima pars decimarum, aliorumqve redituum templis solvendorum, si non qvotannis, Cccc 3 sæpe

Tertia a Conrado Imperatore & Ludovico Galliæ Rege, circa annum 1147. adornata fuit, qvorum uterqve clade haud mediocri a Turcis in Asia affectus, proditione Emanuelis Comneni in Europam inglorius reversus est.

Qvarta, a Friderico 1. Imperatore, cum Philippo Galliæ, & Richardo Angliæ Regibus, anno 1189. suscepta fuit; Imperator qvidem Turcas non uno prælio vicit, victoriæ tamen fructu orbatus fuit, nam in fluvio qvodam submersus est.

Qvintam Henrichus 6 circa annum 1191 instituit, exercitum sexaginta millium sub ducibus in Palæstinam mittens, a qvibus Saraceni prælio qvidem victi sunt, pleraqve tamen dissensione impedita fuerunt, & exercitus dissipatus est.

Sextam Innocentius 3. in Concilio Laterano decrevit, qvæ circa annum 1217 suscepta fuit, tali eventu, ut plurimi fortissimi viri perirent, miserqve fuit expeditionis exitus, nostris frustra post tot labores revertentibus. Hicce Innocentius 3. anathematis fulmen in cunctantes vibravit, & ut vibrarent, cæteris Christiani orbis Præsulibus injunxit.

Septimam Fridericus 2 circa annum 1228 adornavit, ad qvam voto se obstrinxerat, sed qvo minus voti plane damnari potuerit, penes Romanum Pontificem stetisse fertur.

Octava, a Ludovico Galliæ Rege circa 1248 incepta fuit, sed cum Tunetum classe pervenisset, peste, qvæ in exercitu ejus grassari cœpit, absumtus est; Pueri etiam in Gallis, nullis custodiis retineri potuerunt, qvin impostorem qvendam seqventes, ad repetendam S. Crucem, expeditionem in Palæstinam molirentur, sed ubi ad mare pervenerunt, dissipati sunt, & pene omnes perierunt.

Nonam Gregorius 9 in Concilio Lugdunensi decrevit, magnus Palæstinæ amator, e qva ad Pontificium venerat culmen, qvi Rudolphum Imperatorem, Philippum Franciæ Regem, & Alphonsum Castilionensem, aliosqve Europæ Principes ad recuperandam Palæstinam invitavit, sed paulo post e vita sublatus, nihil ad rei summam profecit. Tandem, de hoc negotio, aliqvid cogitarunt, sed parum vel nihil profecerunt, Nicolaus 4, & post eum Bonifacius 8, qvi ideo Apameensem Episcopum ad Philippum Pulchrum Galliæ Regem ablegavit, ut eo svasore ad expeditionem cruciatam animaretur, sed res aliter qvam Papa putabat, cessit, nam Rex Episcopum, durius se increpantem, in carcerem conjecit.

Nona ex iis, qvas enumeravimus, in Islandia prima prædicata fuit, ad qvam Arnas Præsul svadendam more plurimi gentium, viros probitate & integritate inclytos elegit; Nam primam Petrus Eremita, qvi a reliqviis Christianorum ex Palæstina ad Pontificem & Principes missus, expeditionem multis persvasit. Tertiæ expeditionis Svasor S. Bernhardus exstitit, nam litteris Evgenii in Franciam de sacra expeditione

ſœpe tamen conqviſitæ fuerunt (a); *Denarius* itidem *Petri*, ut obedientiæ ſignum a qvovis exigebatur; de qvo *Jus Eccleſiaſticum* emphaticis hiſce verbis ita Cap. 31. loqvitur; *Qvivis Chriſtianus Pontifici Romano obedire tenetur, ideo, qvisqvis poteſt, Denarium Sancti Petri exponat, pro qvovis homine unum nummum, ſacerdotiqve tradat ante feſtum paſchatos, aut aliud tantum, ut pro decem hominibus expendatur, qvantum ulnæ æqvivalet. Hanc pecuniam D. Petrus, qvi Romæ eſt, habebit; qvicunqve vero hanc non*

expeditione perlatis, prædicationem crucis palam, ſumma contentione & gravitate inſtituit, veniſſe dicens tempus, qvo plenitudo gentium intrare deberet, ut omnis Iſrael ſalvus fieret. Suſcipe ergo ſignum crucis & omnium pariter, de qvibus corde contrito confeſſionem feceris, indulgentiam obtinebis. Similiter & Urbanus 2 Pontifex, non adhuc ſoluto concilio Claremontano, indulgentiam cruce ſignatis, & idem ſignum accepturis, conceſſit, dixitqve habituros poſt mortem felicis martyrii commercium; Hocce votarunt, non ære, ſed voce ciere viros, ſacrumqve martem, non cantu, non ſonitu, non clangore tubarum, ſed piis adhortationibus accendere.

(a) In hujus rei teſtimonium eſt apocha Haqvini Epiſcopi Bergenſis, data Jonæ Epiſcopo Skalholtenſi, hunc in modum: *In nomine domini amen. Noverint univerſi præſens ſcriptum viſuri vel audituri, qvod nos Haqvinus Dei gratia Epiſcopus Bergenſis, collector generalis in regno Norvegiæ omnium ad Cameram Domini noſtri ſummi Pontificis ſpectantium, qvocunqve nomine cenſeantur, per venerabilem virum, Magiſtrum Petrum Gervaſii Canonicum Viuarienſem, ſedis Apoſtolicæ Nuncium, deputatus tenore præſentium recognoſcimus, nos ex certa ſcientia levaſſe recepiſſe & plenariæ ac integraliter habuiſſe de diſcreto viro Domino Ronulpho, procuratore Venerabilis in Chriſto patris ac Domini, Domini Johannis, Dei gratia Epiſcopi Scaloboltenſis, nomine ſubſidii, nec non & cenſu Petri de annis octo perſoluto, ſummam pecuniæ infraſcriptam: inprimis videlicet nonaginta centenarios cum octo centenariis & ſeptuaginta duabus ulnis de burello, qvod Isleucha ſive pakka-vedmaall vulgariter appellatur; item tredecim centenarios cum qvinqvaginta duabus ulnis de burello qvod vulgo Hamfnarvaad nuncupatur: item qvadraginta ulnas de burello qvod bragdar-vaad appellatur in vulgari. Præter has autem ſummas nobis facta fuit plena fides, qvod tres trecentenarii de burello, qvod Islencha dicitur, in mari putruerunt. De prædictis igitur ſumma ſive ſummis memoratum Dominum Skaloboltenſem Epiſcopum, procuratorem ſuum, omnesqve qvorum intereſt, vel intereſſe poterit in futurum, nomine & auctoritate Apoſtolica, qva fungimur in hac parte abſolvimus & qvittamus, ac qvittum ſive qvittos & abſolutos pronunciamus per hæc ſcripta: de prælibatis ſummis ulterius non petendis eidem ſive eisdem finem remiſſionem & pactum facientes; ſalvo reſiduo qvod remanet ad ſolvendum. In prædictorum igitur omnium teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum Datum Bergis Anno Domini milleſimo trecenteſimo trigeſimo ſeptimo in feſto Sanctorum ſeptem dormientium.*

non dat, & poteſt, ut &, qvi accipit & aliqvid ejus occultat, uterqve a Papa excommunicatus (a).

§. 31.

Occaſione expeditionum cruciatarum *Indulgentiæ* primo in Islandia juſſu Jonæ Archiepiſcopi Nidroſienſis, ab Arna Thorlaci & Jörundo Thorſteini, circa annum 1275. publice prædicatæ & venundatæ fuerunt, qvod ſæpius deinceps repetitum fuit, qvas poſtea etiam ipſi epiſcopi non parce diſtribuerunt, nam Jonas Haldori, (ut alios taceam) in templorum encæniis, nunc 20. nunc 40. dierum indulgentias conceſſit (b).

§. 32.

Vigiliæ feſtorum, & pro mortuis, antea qvidem introductæ & in uſu erant, ſed hoc temporis tractu magnum ceperant incrementum, additæ enim jam fuerunt vigiliis inferiæ pro mortuis; Illis tamen, qvi in vita de iisdem caverant, qvod ditiores haudqvaqvam neglexerunt, pleriqve enim teſtamento in hunc uſum aliqvid deſtinarunt, gratis autem pro epiſcopis & ſacerdotibus, ut patet ex Statutis concilii Norveg. Nation. anno milleſimo trecenteſimo viceſimo ſecundo, ubi cuilibet ſacerdoti proximis duodecim menſibus poſt mortem epiſcopi, in gratiam animæ ejus octo inferias cum omnibus cæremoniis, ſed pro anima ſacerdotis cujusvis tres inferias,

(a) Hinc patet magnopere falli & fallere Hiſtoricos, qvi Denarium Petri a ſolis Anglis ſolutum fuiſſe volunt, ut & eos, qvi tantum Gallos, Polonos & Sileſios illis adjiciunt; nam anno 1305. ipſe Rex Hacon Magni filius eum, per qvendam ſuum emiſſarium conqviri curavit; deinceps autem id per legatos Archiepiſcopi Nidaroſienſis factum eſt.

(b) Indulgentiæ primitus nihil aliud fuerunt, qvam remiſſio pœnarum competentium, ſeu ſatisfactionis, peccatoribus conceſſa, qvæ progreſſu temporis, in turpiſſimam ſimoniam & hæreſin degeneravit, qvando Pontifices Romani plenariam, non tantum præteritorum, ſed & futurorum peccatorum remiſſionem, in multos annos vendiderunt, cujus rei in Hiſtoria Eccleſiaſtica, ante ſeculum nonum nec vola nec veſtigium exſtat: Erant autem *Indulgentiæ* duplicis generis, *univerſales* & pleniſſimæ, ſolis Pontificibus Romanis competentes, qvæ non tantum per totam vitam, ſed per multa annorum millia poſt hanc vitam, & poſt mundi interitum extendebantur; *Particulares* autem indulgentias dare, competebat Archiepiſcopis & Epiſcopis, qvæ non niſi centum, Sexaginta, qvadraginta vel viginti annos tangebant.

inferias, adhibitis itidem omnibus consvetis cæremoniis, celebrare, injunctum fuit.

§. 33.

Sepulturæ, nunc ut antea magna cura fuit; hinc expresse mandatum erat, ut qvivis christianus in sacrato cœmiterio sepeliatur, non autem in templo, nisi permissu episcopi: In eo autem cœmiterii loco terræ funera erant mandanda, qvem indicaverat templi sacerdos: In ejus etiam templi sepulcreto qvivis erat humandus, in cujus parœcia vixit, nisi rationis & sermonis compos, sepulturam in alieno elegerit, templi parochialis jure haudqvaqvam, qvo ad oblationem, diminuto. Hinc, qvi mortuum alibi qvam in cœmiterio humaverat, exhumare & in sepulcreto sepelire, episcopo autem tres oras pendere tenebatur. Qvi mortuum in via invenit, & sepulturæ officium neglexit, aut si qvis ei necessarium auxilium præstare detrectavit, similiter etiam, qvi in cœmiterio funeri locum denegavit, singuli episcopo tres oras solvere debebant Mulierem prægnantem, non tantum in cœmiterio, ut alios christianos condere licuit, licet uterus ei non cæderetur, & infans amoveretur, sed etiam ejus, qvæ partum enixa erat, licet a sacerdote consvetis cæremoniis in templum non esset introducta, si modo mulier ardentem candelam tenens, mortuæ funus antecederet, cadaver templo inferre, & deinde in cœmiterio humare licitum fuit Sepultura omni tempore fieri potuit, nisi festo nativitatis Domini, die parasceves & festo paschatos; Hinc, si ultra qvintum diem citra necessitatem dilata esset, episcopo tres oræ debitæ erant; qvi autem in causa fuit, ut cadaver insepultum putrefieret, omnibus bonis privandus erat, nisi scelus aliter expiaret; qvi autem necessitate impeditus, funus ad templum vehere non potuit, tum in solitaria domo afferi impositum id suspendere debuit, ne terram attingeret, usqve dum sepeliendi occasio semet offerret Pro sepulturæ pretio, binæ oræ, sed pro sepulturæ cantu, unica, solvendæ erant; ob harum autem defectum sepulturam denegare non licuit; In cœmiteriis autem illicitum erat condere maleficos, proditores domini sui, sicarios, fœdifragos, fures damnatos, mercede ad nocendum aliis conductos, prædones, excommunicatos, qvi se ipsos interfecerant, qvi falsam religionem foverant, & aliis prædicaverant, manifestos fæneratores, adultos non baptisatos, & infantes,

tes, qvi ante baptiſmum deceſſerant: Hos in loco ſolitario procul ab hominum domiciliis, & extra teli jactum a ſepimentis areæ, imo, nec in agris nec pratis, nec prope rivos, qvi ad domicilia hominum fluunt, ſepelire licuit: Qvi hos ad templum devexit, aut in cœmiterio ſepelivit, epiſcopo tres oras ſolvere debuit, mortuum autem, modo oſſa ejus ab aliorum chriſtianorum diſcerni poſſent, exhumare tenebatur.

§. 34.

Juramenta hoc tempore caute & ſobrie exacta, ſoluta & uſurpata fuiſſe videntur (a), qvæ pro cauſæ gravitate vel *Majora* vel *Minora* vocabantur: *Maxima* dicta fuerunt *Tylſtar Eidr*, id eſt Duodecim conſacramentalium Juramentum, qvo reus ſeu criminis inſimulatus, cum undecim aliis, vel a judice denominatis, vel etiam adſcitis (Danice *Sandemænd*) juravit ſe a crimine vacuum & inſontem eſſe. *Minora* erant, cum ſex, qvatuor, vel etiam in rebus minimi momenti, duo tantum e'us juramentum, ſecundum ſuam conſcientiam verum & licitum eſſe, jurejurando confirmarent.

(a) Ita de his loqvitur *Jus Eccleſiaſticum* cap. 34. *Ut rapida ſtultorum hominum præcipitantia coërceatur, qvi hactenus verba & juramenta ante cauſæ legitimam probationem improvide protulerunt, tam in agendis cauſis, qvam in defendendis; Hic juſſum eſt, ſi aliqva cauſa dubia ſit, qvæ celatur & ad concordiam componi non poteſt, cauſa ab eo inſpiciatur & judicetur, qvi cauſæ legitimus judex eſt, ut reus coram judice ſuo accuſetur, illud enim judicium illegitimum eſt, & pro nihilo habendum, qvod ab eo fertur qvi cauſæ legitimus judex non eſt; Qvi vero cauſam agit & accuſat, ſuam aſſertionem probet, niſi reus aliqvam rem in ſua negatione qvam pro ſe & probare teneatur.* Et cap. 33. *Qvamvis vero de juramentis multa ſint obſervanda, tamen præcipue tria ſunt, qvæ accurate perpendi debent:* Veritas *cum bona conſcientia, ut id ſolum juret, qvod novit & credit verum eſſe coram deo:* Ratio *cum bona deliberatione, ne præcipitetur, aut ſine neceſſitate juret:* Juſtitia, *ut qvisqvis id juret, qvod rectum eſt; qvicunqve vero in hoc malitiam aliqvam aut mortiferum peccatum peragere ſtatuit, peccatum committit, qvod illegitimum eſt: hoc tamen juramentum diſſolvere debet, & abſolutionem accipere.* Perjurii pœna erat, ut qvi ſolus falſum juramentum dixerat, epiſcopo tres marcas expenderet; ſi vero plures ad pejerandum pellexerat, pro qvocunqve eorum ſex oras daret.

marent. Dabatur etiam juramentum *solitarium* (a), sed raro, & in perpaucis causis (b).

§. 35.

Templorum, rerumqve ad sacros usus destinatarum cura, nunc ut antea, penes Episcopos fuit, eo tamen discrimine, ut *Majora*, seu qvæ totum fundum possidebant, post conventionem, qvæ inter Ericum Regem Norvegiæ & Arnam Episcopum Schalholtinum, Augvaldsnesi in Norvegia, Anno 1297. consentiente Jorundo Archiepiscopo, facta fuit, sub episcopi potestate essent, adeo, ut episcopus, illa, seu omnes tales præbendas, ut fevda seu prædia beneficiaria (c) cuicunqve libuit, conferre posset: *Minora* autem seu pauperiora, qvorum fundos laici dimidiatos vel ultra

(a) Ex. gr. Si qvis se infantem baptizasse diceret, nullis autem testimoniis id probare posset, veritatem solitario juramento firmare debuit; Item si qvis perjurii convictus, se, id, qvod tum verum putavit, jurasse affirmaret, solus sese eodem modo purgare debuit. Conf. *Jus Eccles.* cap. 1. & 23.

(b) De cæremoniis & solennitatibus juramentorum seqvens periocha e Codice membraneo toties nobis citato No. 351. Folio exstat: » Hverr sá sem suerr úsæran eid ok » rángan. Þá gerir hann þriá luti. fyrst sem hann segi at öll þau ord er ritud eru » heilug í þessi bók. þá werdi mer alldri til hiálpar huarki ný lög ne forn. ef ek » lýgr í þessum mínum eidstaf. Sá er annarr lutr er hann leggr hendr sínar upp » á bók sem hann suo segi. at öll mín gódwerk er ek hefer gert werdi mer alldri » til nytsemdar í augliti guds ef ek segi æi satt í mínum eidi. Þridi lutr er sá er » hann kyssir bókina. sem hann sua segi. at allar þær gódar bæner er ek hefer bedit » med mínum munni at hiálpa sál minni. þá stodi mer ecki þær ok æi heilagra manna » bænastadir ef ek lýgr í þessum mínum eidstaf. » Id est: *Qvicunqve pejeraverit & perjurium dixerit, is tria committit: Primo, idem est, ac si dixerit: omnia illa sancta verba, qvæ in isto libro scripta sunt, tam novi qvam veteris testamenti, si his verbis conceptis falsum juramentum deposuero, mihi nunqvam salutaria sunto. Secundo dum manum libro imponit, idem est ac si dicat: Omnia mea bona opera qvæ egi, si in jure hoc jurando verum non dixero, nunqvam mihi coram Deo utilia sunto. Tertio dum librum osculatur idem est ac si dixerit: Omnes bonæ preces, qvas in animæ meæ salutem meo ore protuli, ut & Sanctorum intercessiones, si conceptis his meis jurisjurandi verbis mentitus fuero, mihi nulli usui sunto.*

(c) Hinc nata hodiedum inter nos usitata distinctio inter Beneficia & Templa Proprietariorum: *Beneficia* vocantur illa, qvæ totum fundum possident; sed *Proprietariorum Templa*, qvæ dimidium fundi vel etiam minus possident.

ultra possidebant, eorum fundos & villas minores, iisdem conditionibus laici retinebant, qvas primus fundator adjecerat; omnium autem tam minorum qvam majorum templorum eorumqve tam mobilium qvam immobilium bonorum curam & supremam inspectionem gerebat Episcopus (a).

§. 36.

Templo perfecte *exstructo*, licet non *consecrato*, sacra fieri potuerunt. Si autem templum aut cœmiterium, sangvine in ira profuso, scortatione & libidine, sepultura hominis excommunicati, vel etiam seditione & verberibus, licet sangvis non manaret, inqvinabatur, in eo sacra administrare nefas fuit, priusqvam ab episcopo aqva lustrali, cantibus, usitatisqve cæremoniis esset purgatum; qvi vero consecrationem petiit, omnia ad eandem necessaria acqvirere, & episcopo convivium parare debuit; Illud etiam templum, de qvo dubitabatur, utrum unqvam consecratum fuisset, omnino erat consecrandum: id enim non dici potuit iteratum, qvod nemo factum esse scivit. Si altare corrueret aut e loco moveretur, vel aliqvo modo turbaretur, similiter etiam, si lapis altaris frangeretur, omnino erant denuo consecranda. Cæremoniæ, qvæ in templorum, altarium, lapidum & cœmiteriorum consecrationibus, ut & campanarum baptisationibus adhibendæ erant, supra expositæ sunt, qvapropter hic easdem repetere supervacaneum videtur.

(a) *Jus Ecclesiast.* cap. 4. *Templa, eorumqve possessiones & omnes res ecclesiasticæ in Episcopi potestate sint, ut & decimæ & dona, qvæ qvis pro salute sua deo & sanctis ejus viris legitime dat; nam laicis talium rerum, nisi jussu Episcopi, potestatem habere non licet. Sacerdotes & clerici templis addendi sunt, ex constitutione veterum templorum instrumentorum; Si vero templum exuratur aut labefactetur, ut restaurari necesse habeat, templum ibi ædificandum est, ubi Episcopus permittit, & tam magnum, qvam vult; Qvi vero templum ædificare vult, tantam pecuniam & dotem ei addat, qvanta ei & ministris ejus sufficere Episcopo videtur. Ædificationem ita inchoët, ut intra duodecim a labefactatione menses, si possit, perfectum sit, ut in eo sacra peragi possint. Possessor fundi in vico suo templum ædificare tenetur, qvisqvis antea fieri curaverit, tum Episcopus, si placet, consecrabit: Qvi vicum illum inhabitat, ut & operarii ejus, hospitesqve, qvi per noctem apud eum hospitium habuerunt, & qvi permissu Episcopi decimas eo conferunt, qvibusvis duodecim mensibus, eodem die ac consecratum fuit, templi dedicationis diem celebrare tenentur. Deo omnes templa ædificare debent, sibi vero ipsi ad lucrum vel potestatem nemini exstruere licet.*

§. 37.

Cum *loca sacra* tot tantisqve cæremoniis consecrata essent, eorum *jura* & *sanctitas* summa habebantur, unde, non tantum templis & cœmiteriis, sed etiam territorio circa eadem asyli jura erant, adeo, ut qvodvis templum, qvod pleno jure gaudebat, ex omni parte, seu circumcirca qvadraginta gressus, in honorem dei & hominum pacem possideret; Minora vero seu Capellæ 30 gressus, intra qvem ambitum omnes æqve ac in ipso templo tuti esse debebant; Hinc, qvi in templo & locis consecratis pugnam ciebat, capite erat plectendus, & ex ejus bonis episcopo 15. marcæ solvendæ, reliqvum autem fisco regio adjudicandum. Qvi vero templum aut loca sacra cremavit, damnum restituere debuit, & ipso opere anathemati illigatus censebatur, a qvo, nisi ab ipso Pontifice Romano absolvi non potuit; nec ulli licitum erat cum armis templum intrare, aut ad eorundem parietes fulcire, abacisqve templi imponere, nisi arma amittere, aut eadem tribus oris redimere vellet: Qvicunqve autem aliqvid deliqverat, & in cœmiteria aut templa confugit, ibidem ab omni vi & pœna tutus esse debuit, qvicunqve eum inde per vim dolum aut insidias extraxit, eandem sibi attraxit pœnam, ac si insontem ibidem occidisset, nisi reus avaritiæ ergo, & ad pecuniam lucri faciendam, aliqvem in templo aut cœmiterio vulnerasset aut interfecisset, tunc enim templi tutela indignus censebatur.

CAP. II.

De re litteraria & litteratis.

§. I.

De hujus periodi *re litteraria* seu viris doctis, eorum doctrina, scriptis, scholarumqve institutione & eruditionis propagatione verba facturi, ubi pedem figamus, vix invenimus, non qvod nulli nulla prorsus egerint & scripserint, aut nulla litterarum cognitione imbuti fuerint, sed qvod eorum opera ætatem non tulerint, aut si supersunt, auctorum nomina secum non ferant. Ne autem nihil prorsus habuisse, atqve ideo

formam

formam operis & inſtituti rationem mutaſſe videamur, nonnullos, qvorum fama tantum & nomina, non vero omnium, imo perpaucorum ſcripta ad nos pervenerunt, hic recenſebimus, eandem ac antea ſervaturi operis formam; primum Schalholtinis, ſecundum vero Holanis locum daturi.

§. 2.

Inter Schalholtinæ diœceſeos *Doctos* aut doctrinæ amantes, primam ſibi ſedem vindicat *Arnas Thorlaci filius* meridionalis Islandiæ ab anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono, ad annum ejusdem ſeculi nonageſimum ſextum Epiſcopus, ob litem, qvæ ei cum laicis interceſſit de præbendis eccleſiaſticis, qvæ *&* lingva vernacula vocantur *Stader*, communiter dictus *Stada-Arne*. Hic non tantum pro ſeculi more ipſe doctus fuit, nam in contubernio doctiſſimi viri Brandi Jonæi, Verenſis primo Abbatis, poſtea vero Holenſis Epiſcopi educatus & informatus, ipſius diſcipulorum ingenioſiſſimus exſtitit; Aſcenſa autem Cathedra, ſtatim non ſolum ludum litterarium aperuit, cui Oblaudum qvendam, virum doctum præfecit; ſed etiam ipſe libris conſcribendis operam dedit; Nam primo ſtatim epiſcopatus anno Conſtitutionem qvandam eccleſiaſticam conſcripſit & edidit, qvæ ad calcem Juris Canonici, cap. 44. in qvibusdam exemplaribus hodie legitur. Poſtea autem inſtinctu Jonæ Archiepiſcopi Nidaroſienſis, univerſum Islandorum jus canonicum mutare & reformare aggreſſus eſt, integrumqve Codicem *Juris Eccleſiaſtici*, ab Oblaudo, tum temporis Scholæ Schalholtinæ Rectore adjutus, adornavit, qvod opus anno 1274. perfecit, & anno 1275. in leges inferri curavit, cui antea memoratam conſtitutionem locis convenientibus inſeruit; Qvod, licet primo a Regibus Norvegiæ prohiberetur, Archiepiſcoporum tamen ope & imperio, qvi illud approbabant, Regibus non omnino contradicentibus, ab incolis, præſertim in diœceſi Schalholtina receptum fuit, tandemqve expreſſo & ſpeciali mandato Regis Magni Smeck, dato 1356. in utroqve Epiſcopatu vim legis obtinuit, qvam etiam hodie in qvibusdam retinet. Scripſiſſe illum etiam ſeu confeciſſe *librum daticum* aut rationarium qvoddam templorum in diœceſi Schalholtina haudqvaqvam dubitamus, licet idem temporis injuria dudum perierit. De reliqvis viri geſtis alibi a nobis actum eſt, qvæ hic inſerere ſuperfluum eſſe videtur.

§. 3.

Jonas Haltori filius, ejusdem diœceseos ab anno 1322. ad annum 1339. Epiſcopus, etſi natione fuit Norvegus, tamen inter Islandiæ eruditos & ſcriptores numerari meretur; Nam exſtant ejus conſtitutiones de ſponſaliis & matrimoniis contrahendis, ut & de eleemoſynis ex venationibus qvæ diebus feſtis peraguntur (a). Sunt etiam auctores graviſſimi, *BIORNUS* ſcil. de *SKARDSAA* & celeberrimus *TORFÆUS*, qvi huic, qvod in ſcribendis Hiſtoriis & conſervandis patriæ antiqvitatibus diligens fuerit, magnum exhibent teſtimonium, ſed qvid ſcripſerit, non indicant, qvod nos ideo præteriit.

§. 4.

Jonas Sigurdi ejusdem diœceſeos qvinqvennalis antiſtes vir item doctus fuiſſe videtur, licet ob alia apud ſynchronos male audiat: Hic *catalogum* qvorundam *templorum* omniumqve eorum poſſeſſionum, primo ſtatim officii anno conſcripſit. Eidem, non ſine veriſimilitudine tribuuntur qvædam conſtitutiones, qvarum non ultima eſt de omnibus bonis recte decimandis (b).

§. 5.

Girdero Ivari, dictæ diœceſeos ab anno 1349. ad annum 1360. haud pœnitendo moderatori, præter qvorundam *Templorum Rationaria*, *Conſtitutiones* qvædam *Eccleſiaſticæ* adſcribuntur, qvarum præcipua eſt de decimis ex fundis conductitiis, a colonis intra parœciam ſolvendis, non vero a poſſeſſoribus extra eandem ſæpiſſime habitantibus (c). Cujus autem reliqvæ Conſtitutiones ſint, utrum Jonæ Halthori, Jonæ Sigurdi, an vero Girderi, qvas infra Sect. 3. cap. 5. Jonæ Sigurdi adſcribimus, variant auctores; Nos eas huic tribuimus, ſeqventibus adducti rationibus: α) Qvia in eorum principio dicuntur ſancitæ in ſynodo generali, ſed certum

(a) Vid. infra Sect. 3. cap. 3. §. 2.

(b) Vid. Sect. 2. cap. 1. §. 2., Sect. 3. cap. 5. §. 2.

(c) Vide infra Sect. 3. cap. 6. §. 6.

tum eſt Jonam Sigurdi primum in Islandia ſynodos Norvegorum more habuiſſe. (β) Jonæ Sigurdi ab antiqvis tribuuntur multæ innovationes, præſertim circa decimas, ſed in his talia reperiuntur; Lubenter autem fatemur, habere etiam eos haud contemnenda argumenta, qvi easdem Jonæ Halthori aut Girdero tribuunt, pleræqve autem ex conſtitutionibus Eilifi Archiepiſcopi, qvas anno 1322 ſancivit, derivatæ ſunt.

§. 6.

Michaelem, licet a qvibusdam doctrinæ laude celebratum, cum nulla apud nos ejus rei reliqverit documenta, tam libenter præterimus qvam *Vilchini*, qvi Schalholtinæ Eccleſiæ ab anno 1394 ad annum 1406 magna cum laude præfuit, merita grato animo agnoſcimus. Reliqvit ille *Codicem*, qvi ab illo *Vilchinianus* nominatur, plerorumqve Templorum, qvæ intra diœceſin exſtiterunt, fundos & poſſeſſiones, cujuscunqve nominis ſunt, continentem & deſcribentem, qvi anno præſentis ſeculi qvadrageſimo ſexto regia auctoritate & edicto vim legis nactus, templis & paſtoribus haud vulgarem præſtat uſum. Plura, ſine dubio, egregius ille vir eccleſiæ navaſſet commoda, ſi non tam multis magnisqve preſſus incommodis, præmatura morte abreptus fuiſſet. Et hæc fere ſunt, qvæ de Epiſcoporum Schalholtinæ diœceſeos doctrina, & rem litterariam juvandi conatibus, dicenda habemus, niſi qvod plurimos horum, qvi jam nominati ſunt, cum ipſi litterati & litterarum amantes eſſent, Scholam ſeu aliqvalem ludum litterarium domi ſuæ habuiſſe, valde eſt veroſimile.

§. 7.

Locum poſt Epiſcopos proximum ſibi vindicat *Runolfus Sigismundi filius*, Abbas Tychvabænſis, vir doctus, magni nominis, & magna præditus prudentia, de qvo ipſius patronus & informator Brandus Jonæus, Epiſcopus Holanus, dixit, cum comparationem inter tres ſuos diſcipulos, Arnam Thorlaci, Jorundum Thorſteini, illum Schalholtinæ, hunc vero Holanæ diœceſeos poſtea Præſulem, & Runolfum Sigismundi (omnes enim Synchroni, ſimulqve in clientela & ſub informatione Brandi fuerunt) Arnam, eorum, qvos noſceret, eſſe præſentiſſimo præditum ingenio, Jorundum optimo pollere judicio, Runolfum vero tenaciſſima memoria & ſingulari

ſingulari induſtria ornatum eſſe. Anno 1264. patrono in Abbatia Tychvabæenſi ſucceſſit; Arnæ Thorlaci filio ſemper fuit addictiſſimus, ejusqve, plus ſimplici vice, cum in Norvegia abeſſet, vicarium egit, qvod Arnas grato ſemper agnovit animo, ipſiusqve conſiliis & miniſterio in rebus magni momenti uſus eſt. Poſt ejus obitum, cum Arnas Helgonis integrum qvinqvennium in Norvegia abeſſet, Runolfus denuo Epiſcopi vices in diœceſi Schalholtina egit. Anno 1303 in Norvegiam evocatus fuit, ſed ſenii forte & ingraveſcentis ætatis excuſatione uſus, profectionem declinaſſe videtur. Opera, qvæ ejus nomen præferunt, nulla ad nos pervenerunt, qvæ tamen, virum ſingularis induſtriæ, & plerumqve in otio monaſtico degentem, aliqva adornaſſe, valde fit veroſimile (a). Mors ejus

(a) Certe illius ſub auſpiciis ſacerdos Grimus *Vitam Johannis Baptiſtæ* lingva vernacula conſcripſit, cujus ad Runolfum hunc epiſtola dedicatoria e Codice pergameno optimæ notæ Bibliothecæ Magnæanæ No. 233 Folio, digna eſt qvæ hic legatur: " Uirdu-
" ligum herra Runólfi ábóta í Ueri ſendir Grímr preſtr quediu guds ok ſína ſanna
" vináttu. Þeſſ trúir ek ydr minniga vera. at þer bádut mik ſamanleſa ór líkama
" heilagra gudſpialla líf hins ſæla Jóhannis Baptiſte. oc ſetia þar yfir tilheyriligar
" glóſur leſnar af undirdiúpi omeliarum hins mikla Gregorii. Auguſtini. Ambroſii
" ok Jeronimi. ok annarra kennifedra. Nú þuí at huarki mællti fyrir mer gnótt
" klerkligra liſta edr náttúrugiöf hiartaligra uitzmuna. ne loſligr uitnisburdr fyrir-
" faranda lífs. ok adrir uóru ſtórmargir miklu betr til þeſſa ſtarfs fallnir. ſá ek
" öngua ſök til þeſſ er þer bundut þat mer á hendi. adra enn þá. at þer vnnut
" mer þeſs odrum framarr. ſem þer ſád mik odrum framarr þurfanda. enn þat er
" aflauſn andmarka. ef almáttigum gudi ok hans háleita fyrirrennara Jóhanni þætti
" nockut þeſſ vert fyrir þenna ſamanburd. Hefir ek nú gort. at brottkaſtadum
" ollum kinnroda. um þenna lut ydvarn bodſkap. Þó at ek viſſa á mínu verki
" mundu finnazt morg ok ſtór gordarlýti. Trúir ek at nockurum mönnum ſýniz
" í mörgum ſtödum mörg ord yferſett. þar ſem fá ſtanda fyrir. gorda ek þuí ſua.
" at þat var yduart atkuædi. at ek birta ord hans med glóſum. I annan ſtad trúda
" ek ef óböckfródir menn heyrdi hans hin fögru blóm. ok hinar myrku figúrur.
" at þeim mvndu þær á þá leid ónytſamar ſem gimſteinar eru ſuínum. ok at betra
" væri at lýſa hans ſpáſogur ok ſkynſemdir. morgum manni til trúbótar. helldr enn
" at ſinna heimſkra manna þocka þeirra ſem allt þickir þat lángt er frá criſtzköpp-
" um er ſagt. ok ſkemtaz framarr med ſkrökſögur. I þridia ſtad ſýndiz mer ſá
" óiſkurdr her til heyra. at miklum ſóma miklir lutir. af þuí let ek frammi allt
" þat er mer þótti af þeſſa dýra mannz lofi her til heyriligt. ok þat ſem ek trúda
" vitrum monnum mvndu ſogubót í þickia. Vil ek nú bidiandi vera. at þer takit
" þenna ſamanleſtr til ſkodanar ok umbótar. ægi fyrir annat enn þat er þer budut
" mer

ejus a plerisqve refertur ad annum 1306. cum annis qvadraginta duobus Abbatem Verenſem non ſine laude egiſſet. Ejusdem veſtigia legit, ipſius in officio ſucceſſor Thorlacus, Laurentium Kalfi, Epiſcopum deinde Holanum,

---

" mer þetta at gera. ok mer ſýndiz ſem þer ſéed. ſakir áſtar ok gódvilia ok vísdóms
" á mannligar bókliſtir ok gudligar rökſemdir. til þeſſa ſtarfs öruggir. ok vti muni
" vera byrgd oll ſkynſamlig áleitni oſſ ſamlendra manna. af þuí aullu ſem þer vilit
" med ydrum ſkynſemdum ueria. Sua vil ek ok einkannliga bidia. at þer æſtit
" þeſſ almáttigan gud födur. at eigi taka ek fyrir þetta verk pínu ſakir ofdirfdar.
" helldr aflauſn andmarka fyrir yfirſetu. ok eptirlæti med ydr. ok þótt eigi uinniz
" til þeſſ gipta, at ek verda í valdra manna tölu várs herra. mega ek þó fyrir árnadar-
" ord ſæls Jóhannis med dómi berſyndugra manna fordaz bruna helvítis fyrir mak-
" liga ok uidrkuæmiliga idranar áuöxtu. ok bída ſællar vánar í hinni ſídarri ſeálfs
" drottins tilkuámu. Qvod ipſe p. " Id eſt: *Grimus Sacerdos, reverendo domino Runolſo Abbati Verenſi ſalutem dei, ſuamqve veram amicitiam mittit. Credo te recordari, qvod a me petieris, ut ex corpore ſanctorum evangeliorum vitam beati Johannis Baptiſtæ colligerem, eamqve convenientibus gloſſis ex abyſſo homiliarum Magni Gregorii, Auguſtini, Ambroſii, Hieronimi aliorumqve Patrum ſelectis illuſtrarem. Jam qvoniam nec artium clericalium copia, nec connatum ſapientiæ donum, nec laudabile anteactæ vitæ teſtimonium me commendabat, alii vero qvam plurimi huic negotio longe aptiores præſto erant, nullam aliam vidi rationem, cur hoc mihi commiſeris, qvam qvod id mihi præ aliis indulgere voluiſti, qvo me præ aliis indigere cognoviſti, remiſſionem puta peccatorum, modo deus omnipotens, & laudabilis ejus præcurſor Johannes hanc compilationem tale qvid mereri cenſerent. Diſcuſſo itaqve omni genarum rubore, tuo hac in re mandato parui, qvamvis multos magnosqve nævos in hoc meo opere deprehendi poſſe non ignorarem. (Inprimis) ſuſpicor, nonnullis viſum iri, me variis in locis multa verba profudiſſe, ubi in textu pauca tantum exſtant; Id vero ideo feci, qvod tuum fuit mandatum, ut ejus verba gloſſis illuſtrarem. Deinde & elegantes illius flores, figurasqve reconditas, illiteratis, ſi talia audirent, haud ſecus ac gemmas ſuibus, inutiles fore exiſtimavi, adeoqve ſatius eſſe vaticinia ejus & ratiocinia ad fidem multorum emendandam illuſtrare, qvam fatuorum hominum, qvibus omnia illa qvæ de Chriſti athletis referuntur, prolixa videntur, qviqve majorem ex fabulis delectationem capiunt, opinionem curare. Tertio ſententiam* magna decent magnos *hac qvadrare cenſui, unde ex pretioſi hujus viri laudibus, omnia qvæ huc pertinere mihi videbantur, qvæqve hiſtoriæ perficiendæ inſervire ſapientes viros judicaturos credidi, in medium protuli. Te itaqve jam rogo, ut hanc compilationem revidendam & emendandam ſuſcipias, idqve non aliam ob cauſam, qvam qvod mihi hoc faciendum iniunxiſti, & qvia ob amicitiam, benevolentiam, & tam in humanis artibus, qvam divinis argumentis eruditionem, ita ad hoc opus inſtructus mihi videris, ut omnis rationabilis noſtratium impugnatio, ab omni eo qvod tuis ratiociniis defendere volueris, exulare*

lanum, dulcedine litterarum captus, diu fecum retinens, qvi ipfum Abbatem, aliosqve monafterii alumnos, lingvam Latinam aliasqve artes liberales docuit.

§. 8.

Nec omnino omittendus eft Magifter *Oblaudus*, ut puto, Vegardi filius, qvem Arnam Thorlaci filium anno 1269. cum cathedram Scalholtinam afcendit, fecum ex Norvegia adduxiffe ferunt, ludoqve litterario, qvem Scalholti inftituit, præfeciffe; qvo officio fungens, manum & operam Epifcopo commodavit in confcribendo *Jure Ecclefiaftico*, cujus crebram antea fecimus mentionem. Paulo poft Norvegiam repetiiffe, & Canonicum Nidarofienfem factum effe, verofimile eft; Nam in litteris Bonifacii 8. ad Bardum Svarti Canonicum Bergenfem, datis anno 1297. inter Canonicos Nidarofienfes Jorundi Archiepifcopi adverfarios nominatur. Hinc, aut rixarum, qvæ inter Canonicos & Archiepifcopum vigebant, pertæfus, aut etiam Archiepifcopi iræ cedens, denuo in Islandiam venit, Holisqve fedem fixit, nam a Jorundo Epifcopo ludo litterario, qvi ibidem, eo fedente, floruit, præpofitus fuit, tantiqve ab eo factus effe dicitur, qvanti antea in Norvegia æftimatus fuerat. In hac ftatione fuit, cum Vifitatores Laurentius & Biornus anno 1307. Holas venirent, & qvoniam Laurentius ipfi & complicibus, juffu Archiepifcopi Nidarofienfis bullam excommunicationis publice qvondam prælegerat, ideo eum nunc, non tantum obliqvis afpexit oculis, fed etiam fannis & dicteriis excepit. Qvid de eo pofthac factum fit, nos fugit.

§. 9.

Huic addendum ducimus *Eifteinum Asgrimi* filium, monachum primo Tychvabæenfem, ubi a Jona Sigurdi filio anno 1343. una cum fodalibus

---

lare merito debeant. Adhæc impenfe rogo, velis omnipotentem deum patrem orare, ne pro hac opera propter temeritatem cruciatus fubeam, fed veniam potius impetrem peccatorum, propter affiduitatem & obfeqvium tibi in hoc præftitum, & qvamvis ea mihi non contingat felicitas, ut in numerum electorum domini noftri referar, per intercesfionem tamen beati Johannis, notoriorum peccatorum judicio, æftum infernalem debitorum & convenientium pœnitentiæ fructuum ope vitare, beatamqve in ultimo ipfius domini adventu fpem exfpectare mibi concedatur. Qvod ipfe p.

ſodalibus Magno & Asgrimo, qvi anno ſuperiore contra loci Abbatem ſeditionem moverant, ipſumqve verberibus male mulctatum, e monaſterio ejecerant, multaqve ob alia flagitia, qvorum inſimulabantur, ferreis catenis compedibusqve conſtrictus fuit. Ab Epiſcopo poſt factam pœnitentiam ſeu exantlatis pœnis competentibus dimiſſus, monaſterium Helgafellenſe ingreditur, ſed qvomodo ſe ibidem geſſerit, memoriæ proditum non eſt, niſi qvod anno 1352 inter Girderum Epiſcopum ex una, ex altera autem parte Eiſteinum & Olaum Islandiæ Præfectum, ingens orta eſt diſcordia, qvæ in conventu, qvi eodem anno Scalholti habitus fuit, aliqvatenus ſopita eſt. Circa annum 1353. in Norvegiam tranſiiſſe, & membris monaſterii Helgaſetrenſis usqve ad annum 1357 adnumeratus eſſe perhibetur, qvo, ab Olao Archiepiſcopo, una cum Ejulfo Brandi Canonico Nidaroſienſi, ut Generalis eccleſiarum Viſitator in Islandiam miſſus fuit, ubi ſub ſpecioſo viſitationis nomine varias exactiones & mendicationes exercebant. Anno autem 1358 diſcordiarum ignis inter ipſum & Girderum male ſopitus & ſub cineribus latitans, in apertum incendium erupit, qvod eo proceſſit, ut Eiſteinus Præſulem probroſis proſcinderet carminibus, & in Norvegiam abiturus, ad cauſam coram Archiepiſcopo dicendum, dicam impingeret; Ille vero anathematis fulmine adverſarium percutiens, profectionem prohiberet, qvod Eiſteinum ita perculit, ut ſupplex gratiam peteret, & ſinceram pœnitentiam teſtaturus, inſigne illud poëma, qvod communiter vocatur *Lilia*, in ſanctæ virginis honorem componeret (a). Fuiſſe hunc Eiſteinum turbulenti & contumacis ingenii res ipſa loqvitur, ſed qvod ſimul præclaris animi dotibus præditus fuerit, vel inde patet, qvod non tantum Archiepiſcopus arduum viſitationis munus ei concrediderit, ſed & a Girdero hoſte infenſiſſimo, qvem graviſſime offenderat & læſerat, ſummo honore mactatus fuerit. Nam anno 1353 poſt priorem offenſionem qvartam occi-

(a) Inſigne illud poëma, centum ſtrophas continet, judicio ſummi viri *A. MAGNÆI* beatiſſ. mem. omnium poëtarum ſcriptorum qvæ medio ævo inclaruerunt, perfectiſſimum. Bis ex typographia Holana publici juris factum eſt, primo anno 1612, & deinde 1748. Sed eodem judice, qvantum per doctiſſ. viri *ARNGRIMI JONÆ* correctionem, fermentum Pontificiæ Religionis amiſit, tantum etiam a nativa ſeu originali ſvavitate & poëſeos flore degeneravit, qvare nos etiam illud Per. 4. Sect. 2. cap. 1. ubi de Mariolatria ſermo erit, exhibebimus. Plura qvidem Eiſteino tribuuntur poëmata, ſed cum dubiæ ſint auctoritatis, nos eorum recenſionem omittimus.

dentalem & auſtralem viſitans, Eiſteinum inter alios magni nominis viros ſecum habuit, qvorum ille primus ſemper nominatur, & anno 1359. in Norvegiam tranſiturus, ipſi Officialatum ſeu Inſpectionem Qvartæ occidentalis commendavit. Anno 1360. Eiſteinus Norvegiam petens, cœli ſaliqve inclementiam perdiu patitur, tandemqve ad inculta Halogalandiæ delatus, naufragium facit, ex qvo ægre evadens, amiſſis omnibus bonis, Nidaroſiam nuper ingreſſus, ibidem 1361. animam exhalavit.

§. 10.

Tandem non omnino prætermittendi videntur qvidam politici ordinis viri, qvi eccleſiæ aut reipublicæ litterariæ aliqvid utilitatis adtulerunt, qvales fuerunt *Sturla Theodori*, *Thorvardus Thorarini*, & *Jonas* Nomophylax, qvorum opera ad conſcribendum & reformandum *Legum Codicem*, eundemqve popularibus, ſi non obtrudendum, ſaltem commendandum, uſi ſunt Potentiſſimi Norvegiæ Reges, Magnus *Lagabœter*, ejusqve filius Ericus, a qvibusdam *Preſtahatare* ſeu *Miſocleros* cognominatus. Sed cum de Sturla & Thorvardo alibi actum ſit, hic tantum de *Jona* qvædam memoranda veniunt. Cujas fuerit celeber hicce vir, Islandus an Norvegus, nobis non conſtat, proniores tamen ſumus ad eorum ſententiam amplectendam, qvi Islandum natione fuiſſe autumant, his potiſſimum inducti rationibus: 1) Qvia non ſit veroſimile, reges prudentiſſimos, qvi Islandos recentes ſubditos qvibusvis blandimentis delinire ſtuduerunt, iisdem alienigenam nomophylacem, ipſorum moribus inſvetum, cum novo legum codice obtruſiſſe. 2) Qvia Jonas ſæpiſſime in Islandia manſit, ibidemqve ſat ſplendidum habuit patrimonium; Nam anno 1288. vadimonium pro Arna Epiſcopo obiens, decimam annuæ uſuræ partem viginti qvatuor imperiales profeſſus eſt: Sed hanc noſtram ſententiam nemini obtrudimus, nam rectiora edocti eandem mutare parati ſumus; Nec certius eſt, qvando primum Nomophylacis officium adierit; Plures id ad annum 1280. referunt; Nos autem, ſi Auctor *Vitæ Arnæ Epiſcopi* illam meretur fidem, ad annum 1275. elevare non dubitamus; dicit enim modo laudatus ſcriptor, Arnam Epiſcopum Regi Norvegiæ inter alia ſcripſiſſe anno 1276, Jonam Nomophylacem ſe in omnibus ſatis prudenter gerere, Sturlæ autem, (qvi id temporis eodem officio fungebatur) auctoritatem ſeneſcere, aut minorem

eſſe,

eſſe, qvam præſens rerum ſtatus reqvirat. Anno 1279. ad exteros abiiſſe videtur, nam anno 1280. novum *Legum Codicem*, qvi ad hodiernum usqve diem apud nos in uſu eſt, & ab eo *Jonæus*, ſeu *Jons Bok* appellatur, e Norvegia adtulit, a qvo tempore Nomophylacis officium ad annum 1299. continuavit, qvo tandem exauctoratus fuit, ſed qvam ob cauſam, incertum eſt. Inter Islandiam & Norvegiam aliqvoties commeavit, nam ad annum 1294. notatur, qvod ex Norvegia collegam nactus Thorlacum Narfi filium, Nobilium ſeu Domini titulo ornatus, reverſus ſit. Poſt exauctorationem Norvegiam qvidem petiit, reſtitutionem forte recuperaturus, ſed re infecta anno 1301. reverſus. In contentionibus, qvas epiſcopi cum laicis habuerunt, licet laicis haud obſcure faveret, prudenter ſe & medium ſæpe geſſit; Anno enim 1286. litigantium reconciliatorem, & conditionum internuntium egit. Anno 1306. vitam cum morte commutavit.

§. 11.

Hiſtoricorum, qvi hæc tempora nobilitarunt; poſt *Sturlam Thordi*, de qvo ſupra, Per. 2. Sect. 1. Cap. 2. §. 20. actum eſt, celeberrimus fuit *Hoikus Erlendi filius*, cujus materna genealogia in *Landnamæ* part 2. cap. 25. a viro ſapientiſſimo Geſto Oddleifi filio ad ipſum Hoikum usqve deducitur, ſed paternum genus Norvegicum fuiſſe videtur. Anno 1306. Nomophylax factus, cum Svenone Longo, ab exteris regia adferens edicta & reſcripta, in patriam reverſus eſt. Idem etiam in annalibus de eo, legitur ad annum 1308. ſcilicet qvod cum Bardo Hogni Nomophylax & regiorum mandatorum executor exſtiterit, qvod iisdem fere verbis ad annum 1310. repetitur, unde non abſurde colligitur eum hac tempeſtate regii præfecti locum tenuiſſe, aut ejus vices geſſiſſe. Anno 1308. Arnæ Helgonis Epiſcopo Scalholtino ſvaſor fuit, ut in emeritorum & ægrotorum ſacerdotum gratiam, noſocomium Gaulveriabajæ inſtitueret; Qvod autem ipſi apud poſteros maximam laudem conciliavit, fuit *Landnamæ* concinnatio, de qvo opere ipſa *Landnama*, ſub finem, *Part. 5. cap. 15.* hoc modo loqvitur: *Recitatæ jam ſunt Islandorum Origines, pro ut viri docti easdem litteris mandarunt, primo Arius ſacerdos ille Sapiens Thorgilſi filius, & Kolſkeggus Sapiens; ſed hunc librum ſcripſit dominus Hoikus Erlendi, ſecundum exemplar qvod ſcripſerat Sturla*

 Nomo-

Nomophylax Theodori filius, vir sapientissimus, & alterum illud, qvod scripserat Stirmerus Sapiens, omnia illa sua faciens, in qvibus consentiebant, & id ex qvovis excerpens, qvod reliqvis uberius habuit, ideoqve non est mirandum hanc Landnamam aliis esse prolixiorem. Publicis typis hoc opus mandatum fuit Scalholti, anno 1688. obiit Hoikus anno 1334.

§. 12.

De Holanæ ditionis *Eruditis* aliqvid pro instituti ratione dicturi, primum locum concedimus ejusdem dioecefeos Episcopis, *Jorundo Thorsteini, Audino Ruffo, Laurentio Kalfi, Egillo Ejulfi, Jonæ Skalle,* & *Petro Nicolai*, doctis utpote & doctorum doctrinæqve promotoribus, pleriqve enim eorum ludum litterarium domi suæ instituerunt, cujus alumnos & ludimagistros proprio ære & sumtibus sustentarunt, unde non paucos bonæ frugis viros, qvi ecclesiæ & reipublicæ utilem postmodum navarunt operam, prodiisse probabiliter concluditur: Qvidam etiam viva voce alios erudierunt, & pædagogico officio functi sunt, qvod de Laurentio & Egillo certum est; Qvidam vero scripta & publico conducibilia opera reliqverunt, qvalia sunt *templorum rationaria* ab Audino 1318, Jona Skalle anno 1360, & Petro, circa annum 1394. conscripta, qvæ hodie supersunt, publico haud vulgarem usum præstantia, sub qvo circa annum 1399. Scholæ præfuisse videtur Dominus Johannes Doctor Decretorum. De Laurentio itidem litteris mandatum est, qvod scriba fuerit peritissimus, inqve legendo & lecta annotando assiduus. Dolendum itaqve est, labores viri docti injuria temporis ita periisse, ut nehilum qvidem eorum supersit, aut ad nos pervenire potuerit.

§. 13.

Horum exempla alii qvidam imitati sunt, qvorum non ultimus fuit *Gudmundus* Abbas Thingorensis & *Thorlacus* Abbas Thveraënsis, qvi vocato ad se Laurentio Kalfi filio, ut monachos suæ curæ commissos erudiret, in qvo ille tantum profecit, ut utrumqve monasterium secum in studia raperet, ita ut monasterium Thingorense, sub Gudmundi modera-

moderamine perraro doctiores habuerit alumnos. Præ aliis vero laudatur *Bergus Socki filius*, poſt modum Abbas Thveraënſis factus, qvi tantam ſibi eruditionem comparaſſe dicitur, ut multas Sanctorum Vitas egregie compoſuerit (a). Ad hæc tempora etiam referendi ſunt *Biarnus* Abbas Thingorenſis, *Biarnus* Hoſkulſtadenſis, *Thorſteinus Illugonis*, *Kodranus Hrani filius*, *Sniolfus Sumarlidi filius*, *Thorſteinus Halli*, *Jonas Kodrani*, *Paulus Thorſteini*, *Thormodus Thorkeli*, qvi omnes viri docti evaſerunt, & eccleſiæ utilem præſtiterunt operam, aliiqve ſacerdotes, qvorum numerum inire non minus erit longum, qvam tædioſum, præſertim cum nulla eorum ſcripta aut opera recenſere valeamus.

§. 14.

Sed omnibus aliis dubiam reddunt prudentiæ & virtutum palmam nobile par ſacerdotum, Haflidus Steini, ejusqve filius Enarus Haflidi. *Haflidus*, poſtqvam ſcholam Thingorenſem ſub Vermundo Abbate freqventaverat, & per legitimos gradus ad ſacerdotium usqve aſcenderat, qvod ei Arnas Scalholtenſis contulit, in Norvegiam tranſiit, ubi tantam eruditionis famam adeptus eſt, ut Erici Regis Aulicus Concionator conſtitutus fuerit, qvo officio fungens, cum Margareta Erici Regis filia, ad capeſſendum, morte avi vacuum factum Scotiæ imperium, e Norvegia in Scotiam proficiſcens, magna pompa & ſacra inſtituta proceſſione deduceretur, omnisqve clericorum turba ad augendam ſolennitatem convocata obmuteſceret, qvod diutius caneret non facile inveniens, ille reliqvis promtior extemplo intonavit: *Veni Sancte Spiritus*, qvo, aliisqve ejusmodi, ſibi non vulgarem gratiam apud Regem conciliavit. In Islandiam reverſus, primo monaſterii Thingorenſis, deinde autem, plus ſimplici vice, Holanæ cathedræ Diſpenſator fuit. A Jorundo Holano Epiſcopo, viro ſagaciſſimo, adeptus teſtimonium, qvod illo meliorem patrem familias & œconomum prudentiorem neminem noſceret, cui, ut

(a) Huic verſionem *vitæ Olai Tryggvini* attribuit Codex pergamenus ſatis antiqvus in Archivo Antiqvitt. Holmienſi ſub No. 1. Fol. reperiundus, cujus rubrum tale eſt: " Her byriar ſögo Olafs kóngs tryggvaſonar er bergr ábóti ſnaradi. " Id eſt: *Hic incipit Vita Olai Tryggvini, qvam Bergus Abbas tranſtulit*, conf. ſupra Per. 2. Sect. 1. cap. 2. §. 23. & Per. 1. cap. 10. §. 2. pag. 80.

ut & Audino Ruffo, ſemper fuit cariſſimus Præbenda Breidabolſtadenſi diu fructus eſt, cujus templum & ædificia partim de novo exſtruxit, partim reparavit. Obiit Anno 1319.

§. 15.

Patris veſtigia longe prætergreſſus eſt *Enarus Haflidi filius*, natus 1307. Sexennis, ſeu anno 1313. primum ſacri ordinis gradum aſcendit (a). Sub Audino ſcholam Holenſem freqventavit; Sub Laurentio, ante Annum 1330. Diaconus factus, cui, ſecundum proprium Confeſſionarium maxime familiaris, & a qvo moriente magnificis donis mactatus fuit. Anno 1331. a Jona Haldori filio Scalholtino Epiſcopo ſacerdotio initiatus fuit; Sed anno 1333. ab Egillo Holano Hoſkulſtadenſi Parœciæ præfectus. Anno 1338. in Norvegiam tranſiiſſe oportet, ſiqvidem Jonæ Halthori filio morienti aſtitit, ſed ſeqvente anno in Islandiam remeaſſe, nam eodem Gudmundo Abbati Thingorenſi exeqvias ivit. Anno 1340. Holanæ cathedræ Diſpenſator conſtituitur, qvod officium denuo anno 1345. & ſeqventibus cum epiſcopi vicariatu in ſpiritualibus, conjunxit; Sed 1370. tantummodo Diſpenſatorem egit. Anno 1344. præbenda Breidabolſtadenſi beatur. Anno 1345. altera vice ad exteros abiens, usqve ad limina apoſtolorum pervenit, inde reverſus, aliqvantiſper Avenione hæſit; Hinc Lutetiam Pariſiorum inviſit, deinceps per Galliam, Germaniam & Daniam, tandemqve anno 1346. ſalvus qvidem, ſed facto naufragio, domeſticos lares reviſit. Anno 1361, cum borealis qvadrantis incolæ Jonam Skalle ejecerunt, ab ejus partibus firmiter ſtetit, eiqve ideo percarus exſtitit. Anno 1391. cauſæ cuidam graviori illigatus fuiſſe videtur, in qva Archiepiſcopus ſecundum Enarum pronunciavit. Tandem annorum

(a) Ad annum 1313, dicitur: " Vígdr Einar Haflidaſon Krúnuvígſlu " ɔ: *initiatus Enarus Haflidi filius conſecratione coronæ*, ubi cogitare ſubit, tum ei primum coronam qvæ noſtra lingva vocatur *krúna*, raſam fuiſſe, ideoqve hunc actum *krúnuvígſlu* vocatum fuiſſe. In his *Annalibus* ad certos annos ſuorum parentumqve fatorum mutationem & res geſtas accurate memorat: Nec multum abſumus, ut ei aut Egillo Epiſcopo Holano tribuamus *Laurentii Vitam*, qvæ ſatis concinne ſcripta eſt, manifeſtum enim eſt ipſius authorem Laurentio fuiſſe perfamiliarem, qvod de utroqve horum verum eſt.

annorum ſatur, ad decimas Cal. Octobris 1393. animam exhalavit, Holis in templo cathedrali ſepultus, anno ætatis nonageſimo qvarto; officii ſacerdotalis ſexageſimo primo. *Annales* eum ſcripſiſſe omnino perſvaſi ſumus, nam in qvodam exemplari *Annalis*, qvi a qvibusdam vocatur *Antiqvus*, ad annum 1306, hæc occurrunt verba: *Natus Enarus Haflidi, in octava nativitatis glorioſæ Virginis. Oro homo peccator, ut qvisqvis hæc legens aut audiens, intercedat pro me apud deum, ut in die extremi judicii electis ejus adnumerer, & ut ipſius beata mater Maria, mihi in hora mortis opituletur, mihiqve apud benedictum ſuum filium miſericordiam impetret! Ave Maria mater Domini mei, ſuccurre mihi peccatori, hic & in futuro ſeculo! Amen.*

§. 16.

Thoroddo Runarum Magiſtro an hic locus aſſignandus ſit, dubitamus, cum præter nomen ſolum, in vulgus ſatis notum, nullæ ipſius eruditionis reliqviæ aut ſcripta nobis in manibus ſint (a). Multo minus de *Oddi Aſtronomi* ætate aliqvid certi ſtatuere audemus; opera qvæ adhuc ſuperſunt, hæc ipſi tribuuntur: *Stiornu-Oddi Somnium*, qvod Celeberrimus *TORFÆUS* fabuloſum vocat, ideoqve Oddi ſapientia indignum, eiqve temere attributum; & *Stiornu-Odda-Tal*, Tractatus Aſtronomicus ſeu Calendarium perpetuum, qvod in libello, dicto *Blanda*, occurrit, haud vulgarem eruditionem redolens. Sunt qvi hunc libellum ad ſeculum decimum qvartum referunt; Sunt &, qvi eum antiqviorem faciunt, qvorum ſententiæ nos etiam ſubſcribimus, eidemqve firmandæ, haud contemnenda argumenta in promtu ſunt (b).

§. 17.

(a) Exſtitiſſe aliqvando hoc vel priori ſeculo Thoroddum, antiqvarum Runarum collectorem, aut novarum inventorem, valde eſt veroſimile; Sed qvod ille aut qvidam alius omnes Runas ſeu caracteres ideo excogitaverit, ut antiqvi nullis prorſus talibus ſignis aut figuris ad exprimendum animi ſenſus uſi fuerint, non tantum tam abſurdum eſt qvam qvod abſurdiſſimum, ſed & omni veritati hiſtoricæ repugnans, unum aut alterum tale Alphabetum, & forte plura, recens eſſe inventa libenter concedimus, ſed non ideo ſeqvitur, omnia commentitia eſſe, aut qvod antiqvi nullos habuerint characteres. Conf. qvæ hac de re notavimus Per. 1. cap. 10. §. 8.

(b) *Oddum Aſtronomum*, virum fuiſſe ſagaciſſimum, & circa chriſtianæ religionis in Iſlandiam introductionem, longe ante ſeculum decimum qvartum floruiſſe, noſtra eſt ſententia:

§. 17.

Ex hactenus dictis fatis conftat, qvalis hac tempeftate fuerit litterarum ftatus, fcilicet, qvod qvidam Epifcopi fcholam feu feminarium qvoddam litterarum domi fuæ inftituerint, in qvibus nonnullos educari & erudiri curarunt; Qvorum veftigiis Abbates qvidam infiftebant, qvidam vero id penitus omiferunt, litterarum nullam prorfus agentes curam. Artes vero qvæ tradebantur, fuerunt, præter Grammaticam & aliqvalem lingvæ latinæ guftum, legendi, fcribendi & canendi peritia; Qvi enim in his aliqvantum profecerant, doctis annumerabantur; Ad altiora autem fpirantes, his addebant ftudium juris feu lectionem Decretorum Pontificum, de privilegiis & immunitatibus ecclefiæ, feftorum celebratione, & id genus alia; Solidum autem Theologiæ, Hiftoriarum, Lingvarum, Poëfeos & Aftronomiæ ftudium, cujus majores fummopere dediti fuerunt, in fabularum & Legendarum compofitiones degeneraffe videtur: Nam præter Arnæ Thorlacidæ & Laurentii Vitas, & qvosdam Annales, vix invenias hujus temporis fcriptum, qvod aliqvam oleat eruditionem, & lectu dignum cenferi qveat. Et fi modo Epifcopos, Jonam Halthori, Laurentium, aliosqve exceperis, qvorum neminem fua laude privandum exiftimamus, ne unum qvidem reperire licet, qvi cum Isleifo, Giffuro, Thorlacis duobus, Klango, Paulo, Magno, Jona Ogmundi, Ketillo, Brando utroqve, prioris periodi epifcopis compares; Nec ex clericis qvenqvam, qvi Sæmundo, Ario, Lopto, Oddo, Gunnlogoqve æqvipares; Multo autem minime inter laicos, qvi Kolfkeggo, Giffuro Halli, Jonæ Lopti & Snorroni opponas, præter folum Sturlam Theodori, ejusqve fratrem Olaum dictum *Hvítafkálld*, qvi ad hanc potius qvam fuperiorem periodum pertinere, qvibusdam videri poffunt, Enarus Haflidi, Hoikus & alii boni frugiqve viri, & pro modo feculi docti fuerunt, fed prioribus permultis parafangis poftponendi.

fententia: librum vero, qvi *Blanda* vocatur, feculo duodecimo aut decimo tertio confcriptum, eiqve calendarium Oddi, ab Oddo Monacho aut alio qvodam viro docto reformatum, infertum effe, eo usqve ftatuimus, qvo ad certiora edocti fuerimus. Conf. fupra Per. 1. cap. 11. §. 13. pag. 97.

Cum

Cum in antecedentibus diem virorum in hac & præcedenti Periodo laudatorum emortualem, ſæpiſſime omiſerimus, qvamvis, ſi ille in hiſtoriis annotatus fuiſſet, multis in locis chronologiæ lucem adferre poſſet, non abs re erit ſeqventes *Faſtos Necrologicos* hic inſerere, unicos, qvi Iſlandice conſcripti & viros plerumqve Iſlandos ſiſtentes nobis viſi ſunt. Hi in Archivo Antt. Holm. exiſtunt inter Codic. chart. No. 76. Fol. manu Pauli Hallerii Iſlandi, qvi illuſtr. Seefeldio qvondam a Bibliotheca, poſtmodum vero cœtus in Siælandia Hageſtadenſis Paſtor fuit. *Faſti* illi *Necrologici* ſeculo adhuc decimo qvarto ſcripti eſſe videntur, partim qvia perſonæ hoc tempore recentiores ibi non occurrunt, partim etiam ideo qvod *Succeſſio Regum Norvegiæ* in eodem Codice olim obvia, cum Magno Smek deſinit, cujus laudes carmine panegyrico Author canere exorſus fuerat. Dicti faſti ſive *Obituarium* tales ſunt;

Ad Januarii.

diem 1. obitus Hakon*ar* k. S. ſ.
8. o. Gregorius Dagsſ.
9. Þori (*initium menſis*).
14. o. þeirra oddz Þ. ſ.
16. Þori.
18. f. (*natus*) Arnallr biſ*cop.*
21. o. Johan Snorraſon.
22. o þeirra Þórgils, Bergs oc Asbiarnar.
25. o. þeirra Kolbeins Granar.
26. o. Eyſteinn erkibi*ſkup.*

Ad Februarii diem.

1. o. Thorlacr Epiſcopus R. ſ.
4. o. Tumi S. ſ. o. Ingi k Haralldz ſ.
5. Gudmund Hiallcaſon.
6. o. Gotormr Erki*biſcop.*
8. Góe (*initium menſis*).
11. Ketell p*reſtr* Þórláksſ. o. Jórunn Einarsd.
13. o. Haurdaknútr k. Saulveig M. d.
15. Góe.
18. o. Hallr G. ſ.
20. o. Styrmir p*reſtr.*
21. o. Leggr p*reſtr.*
22. o. Gudmundr Grís.
23. o. Hollti Þórgrímsſ.
24. o. Johan Erki*biſcop.* Bárdr Lilia.
27. o. Klöingr epiſcopus.

Ad Martii.

1. o. Herra Oddz Þorvardsſ.
2. o. Gudrún Hreinsd.

4. o. Hrafn S. f. Þórdr *prestr* Sturluf.

6. o. Hallkell Abóti (*Abbas*). Sigurdr Er.

8. o. Snorri oc Þórdr Þ. f. Ketill Ketillsfon.

9. o. Sverrir k. (*Rex*). Einmánodr (*initium mensis*).

12. o. Haflidi ábóti (*Abbas*).

15. o. Olafr júnkherra (*Domicellus*).

16. o. Gudmundr b*iscop*. Þórfidr Abóti. Einmánodr.

21. o. Abfalon Erkib*iscop*.

25. o. Bótólfr.

26. o. Sigurdr kóngr Jórfalafari.

28. o. Valldimar Danakóngr.

29. o. Aartíd (*anniversaria*) Einars Eiriksfonar.

Ad Aprilis.

6. o. Arbiörn Jónsfon.

8. Sumar (*initium æstatis*).

10. o. Þórdar S. f.

13. o. Þóra Jónsd. Sæmundar. Gudmundar O. S. f.

15. Bardagi (*prælium*) at Hólum. Sumar.

18. o. Biörn Köggill.

19. o. Tumi S. f. Haugneffbardagi (*prælium*).

23. o. Ingi k. B. f.

28. o. Magnús k. Bardagi i Bœ. Ormr f. (*pater*) Biarnar.

29. o. Sveinn k. Ulfsf.

Ad Maji.

1. Sörli Ercib*iscop*.

5. o. Auzurr Erkib*iscop*.

8. o. Valdimar Danak. (*Rex Danorum*).

7. Brenna (*incendium*) Aunundar Þ. f.

9. Anno domini MCCLXXX. o. Magnus k. H. f. Aslaci. Nicolai Ep*iscopi* Ton..... (*Tonsbergensis*).

15. o. Augmundr Abóti (*Abbas*).

18. o. Eiricr Svíakonóngr (*Rex Svecorum*).

20. o. Arnallz b*iscops*. Bardagi (*prælium*) á Ilovöllum.

23. o. Skúli Hertogi (*Dux*).

26. o. Hreinn ábóti.

28. o. Gizorr Episc*opus*.

31. o. Snorra Sturluf.

Ad Junii.

1. o. Gudmundar Bödvarf.

10. o. Sigurdr k. Mildr (*Rex Munificus*).

15. o. Magnus k. E. f. Ormr k. b. (*Regis*

(*Regis frater*) Har. J. ſ. XVIII h. manna (*ejus aſſeclarum*).

18. o. Ari Þórgílsſ. Alþíngi (*comitia generalia*).

19. o. Erlingr Jarl (*Comes*).

22. o. Scúli p*reſtr* Þórſteinsſ.

23. Alþíng.

24. o. Orœkia S. ſ.

Ad Julii.

5. o. Isleifr b*iſcop*. Colr b*iſcop*.

7. o. Ketill b*iſcop*. Arni b*iſcop*.

12. o. Þórleifr Ormsſon. Mitſumar (*medium æſtatis*).

13. o. Rex Norvegie Eirikus.

17. o. Hallbera S. d*óttér*.

19. Mitſumar.

22. o. Ketill ábóti. Kolbeinn Arnórsſ. Helga Jónsd.

23. o. Sturla Þ. ſ.

24. o. Helga Niculásd. o. Gróa Hermundard.

25. o. Hallveig O. d.

27. o. Gizurr H. ſ.

30. o. Sturla Þ. ſ. o. Geirlaug Þórdard.

Ad Augusti.

6. o. Ormr Jónsſ. Þórvalldr S. ſ. Brandr Ep*iſcopus*.

8. o. Þórir Archiepiſcopus.

11. o. Gudormr konóngr (*Rex*).

14. o. Magnus Epiſcopus G ſ.

18. o. Hákonar Erkib*iſcops* (*Archiepiſcopi*).

21. Fall (*cædes*) Sighvatz oc Sturlu. Mart*yrizat*us Eiſteinn Rex.

22. o. Kolbeins oc Þórdar.

24. o. Magnús Berfótz (*Magni Nudipedis*).

29. o. Eyſteinn Rex M. ſ. Bardagi (*prælium*) á Helgaſtödum.

Ad Septembris.

1. o. Þórvaldr Gizurarſ.

9. o. Olafr k. T. ſ. Kolbeinn T. ſ.

13. o. Snorri p*reſtr* Narvaſon.

15. o. Biarne Epiſcopus.

20. o. Magnus Gudmundarſ.

22. o. Olafr Rex kyrri (*Qvietus*).

23. o. Snorri S. ſ.

24. o. Þórdr Tiggi.

25. o. Haralldr kóngr Sigurdarſ.


27. o Þórdr Andresſ.

30. Brenna (*incendium*) í Hýtardal. Magnus b*iſcup*. LXXII.

Ad Octobris.

11. o. Þórdar Kacala. Vetr. (*initium hyemis*).

14. o.



14 o. Haralldr Rex Gudinaſ.

15. o. Marcus lögmadr (*Nomophylax*).

17. o. Godormr Þ. ſ.

18. o. Vetr (*initium hyemis*).

20. Biörn Epiſcopus.

22. Brenna (*incendium*) á Flugumýre.

25. Magnus k. Gódi (*Rex Magnus Bonus*).

Ad Novembris.

1. o. Johan Loptzſ. o Haralldr Gormsſ.

2. o. Vígaſtýr.

5. o. Biörn Sturluſ.

6. Godný B. d.

7. Sæmundar Jonsſ. Asgrimr *preſtr* Ey.

9. Ari *preſtr* Fródi.

13. o. Knútr k. enn ríki (*Rex Knutus Magnus*).

23. Arni Oreida.

29. o. Páll Epiſcopus. Oddr Sveinbiarnarſon.

Ad Decembris.

2. o. Gudmundr Þórdarſ. Audun h. ſ.

7. o. Gudrún Þ. d.

14. o. Haralldr k. Gilli.

18. o. Háconar konóngs ens krónada (*Haqvini Regis coronati*).

19. o. Þórdr N. ſ.

22. o. Olafr Rex.

30. o. Þórarinn Þ. ſ.

31. o. Gudormr Eyólfsſon.





